UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01650801 2

Eg 2

ausgeschieden
ausgeschieden
ausgeschieden

THEOPHILI

PARAPHRASIS

JUSTINIANI INSTITUTIONUM;

SECUNDUM VERSIONEM LATINAM

G. O. REITZII.

ACCEDUNT

JUSTINIANI INSTITUTIONES

CUM VARIARUM LECTIONUM DELECTU

EX RECENSIONE

E. SCHRADER.

EDITIO NOVA.

MAGYAR TUD. AKADÉMIA 1870

AMSTELODAMI,
APUD FREDERICUM MULLER.
1860.

K
C8226I6
1860

L. S.

Nemini in studio juris Romani vel paululum versato, ignotum est Theophili Paraphrasin Institutionum Justiniani, cognitioni juris Romani maximi esse momenti. — Quod si etenim jam olim non prorsus neglectum jacebat, hocce Theophili opus, cum Paraphrasis exarata credebatur a nescio quodam auctore post Accursium, qui hic illic nugas quasdam effutiret a se imperito excogitatas, longe majoris pretio merito habetur nunc, cum constat Theophilum fuisse virum illustrem et antecessorem, cujus opera Imperator in concinnandis Institutionibus suis usus est, ac praeterea post repertas Gaji Institutiones omnibus liquet, auctorem ex limpidis fontibus sua hausisse eumque si quis unquam multorum quae memorat institutorum idoneum esse testem. Nostro igitur potissimum tempore, magis magisque invaluit usus hujus Paraphraseos, quae re vera ob nativam simplicitatem et brevitatem dignissima est quam in suum usum convertant, qui se primis legitimae scientiae elementis imbui cupiant.

Ad faciliorem Paraphraseos intellectum, doctus editor Basilicorum, C. A. Fabrotus, a. 1638 ejus versionem Latinam e Graeco edidit, quae versio elegantiâ sane sese commendat, et post varias editiones a. 1761 ultimis typis excusa est Lugduni-Batavorum, apud S. et J. Luchtmans. Quatuor autem annis post, anno 1765, vir Doctiss. G. O. Reitz (qui jam antea, cum D. Ruhnkenio, Supplemen-

tum ediderat in Basilica) aliam eamque accuratiorem ediderat versionem, Fabrotianae multis quidem numeris praestantiorem, sed cujus usus minus invaluit cum ob formam haud ita idoneam (sunt enim duo volumina formae, ut vocant, 4ae) tum etiam quod textus Institutionum Justiniani, ad quas Paraphrasis pertinet, deëst. — Utraque praeterea editio Paraphraseos rara est et magno pretio constat; quare post initum hac de re consilium, decrevi hanc optimam versionem, Reitzianam scilicet, denuo typis demandare eique adjungere Cl. Schraderi recensionem Institutionum Justiniani, quae omnes alias longo post se intervallo relinquit. Haec autem editio Schraderi, cum facta sit sumtibus iisque non parvis, Bibliopolae honestissimi, G. Reimeri, Berolinensis, a collega mihi observatissimo veniam petii, quam mihi pro sua humanitate dedit addendi Schraderi textum huic Theophili editioni; — qua liberalitate omnes juris studiosos sibi devinxit. Spero igitur fore ut nova haecce editio aliquando inserviat ad promovendum in patria nostra studium juris Romani, quo olim majores nostri non parvam sibi apud omnes gloriam conciliarunt!

IV Id. Septembr. MDCCCLX. F. MULLER.

INDEX TITULORUM.

LIBER I.

De iustitia et iure. . . . . Pag. 4
De iure naturali et gentium et civili. . . . . " 6
De iure personarum. . . . . " 15
De ingenius. . . . . " 17
De libertinis. . . . . " 18
Qui, quibus ex causis, manumittere non possunt. . . . . " 22
De lege Furia Caninia sublata. . . . . " 28
De his, qui sui, vel alieni iuris sunt. . . . . " 28
De patria potestate. . . . . " 31
De nuptiis. . . . . " 32
De adoptionibus. . . . . " 40
Quibus modis ius potestatis solvitur. . . . . " 45
De tutelis. . . . . " 51
Qui dari tutores testamento possunt. . . . . " 54
De legitima agnatorum tutela. . . . . " 56
De capitis minutione. . . . . " 58
De legitima patronorum tutela. . . . . " 60
De legitima parentum tutela. . . . . " 61
De fiduciaria tutela. . . . . " 62
De Atiliano tutore, et eo, qui ex lege Iulia et Titia dabatur. . . " 63
De auctoritate tutorum. . . . . " 66
Quibus modis tutela finitur. . . . . " 67
De curatoribus. . . . . " 69
De satisdatione tutorum vel curatorum. . . . . " 71
De excusatiouibus tutorum vel curatorum. . . . . " 74
De suspectis tutoribus vel curatoribus. . . . . " 80

LIBER II.

De rerum divisione. . . . . " 83
De rebus incorporalibus. . . . . " 104
De servitutibus. . . . . " 106
De usufructu. . . . . " 109
De usu et habitatione. . . . . " 112
De usucapionibus et longi temporis possessionibus. . . . . " 114
De donationibus. . . . . " 121
Quibus alienare licet, vel non. . . . . " 125

Per quas personas nobis acquiritur. . . . . " 130
De testamentis ordinandis. . . . . " 136
De militari testamento. . . . . " 142
Quibus non est permissum testamenta facere. . . . . " 146
De exheredatione liberorum. . . . . " 150
De heredibus instituendis. . . . . " 156
De vulgari substitutione. . . . . " 162
De pupillari substitutione. . . . . " 164
Quibus modis testamenta infirmantur. . . . . " 169
De inofficioso testamento. . . . . " 173
De heredum qualitate et differentia. . . . . " 176
De legatis. . . . . " 182
De ademptione legatorum. . . . . " 202
De lege Falcidia. . . . . " 203
De fideicommissariis hereditatibus. . . . . " 207
De singulis rebus per fideicommissum relictis. . . . . " 216
De codicillis. . . . . " 219

LIBER III.

De hereditatibus, quae ab intestato deferuntur. . . . . " 222
De legitima agnatorum successione. . . . . " 234
De senatusconsulto Tertulliano. . . . . " 241
De senatusconsulto Orphitiano. . . . . " 245
De successione cognatorum. . . . . " 247
De gradibus cognationis. . . . . " 249
De successione libertorum. . . . . " 255
De assignatione libertorum. . . . . " 261
De bonorum possessionibus. . . . . " 262
De acquisitione per arrogationem. . . . . " 269
De eo, cui libertatis causa bona addicuntur. . . . . " 271
De successionibus sublatis, quae fiebant per bonorum venditionem et ex senatusconsulto Claudiano. . . . . " 274
De obligationibus. . . . . " 276
Quibus modis re contrahitur obligatio. . . . . " 278
De verborum obligatione. . . . . " 281
De duobus reis stipulandi et promittendi. . . . . " 286
De stipulatione servorum. . . . . " 287
De divisione stipulationum. . . . . " 289
De inutilibus stipulationibus. . . . . " 291
De fideiussoribus. . . . . " 301
De literarum obligatione. . . . . " 304
De consensu obligatione. . . . . " 306
De emptione et venditione. . . . . " 307
De locatione et conductione. . . . . " 312
De societate. . . . . " 315
De mandato. . . . . " 320

De obligationibus quasi ex contractu. . . . . " 325
Per quas personas nobis obligatio acquiritur. . . . . " 330
Quibus modis obligatio tollitur. . . . . " 332

LIBER IV.

De obligationibus, quae ex delicto nascuntur. . . . . " 337
De vi bonorum raptorum. . . . . " 348
De lege Aquilia.. . . . . " 351
De iniuriis. . . . . " 358
De obligationibus, quae quasi ex delicto nascuntur. . . . . " 364
De actionibus.. . . . . " 366
Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur. . . . . " 390
De noxalibus actionibus.. . . . . " 398
Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur.. . . . . " 401
De his, per quos agere possumus.. . . . . " 402
De satisdationibus.. . . . . " 404
De perpetuis et temporalibus actionibus, et quae ad heredes vel in heredes transeunt.. . . . . " 408
De exceptionibus. . . . . " 410
De replicationibus. . . . . " 415
De interdictis.. . . . . " 418
De poena temere litigantium.. . . . . " 425
De officio iudicis. . . . . " 428
De publicis iudiciis. . . . . " 432

CORRIGENDA.

pag. 102 in not. crit. v. 2 pro *c.* legas: *e.*

" 316 in textu § 1. v. 5 post *partes* adde: et damni.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI [a]).

IMPERATOR CAESAR FLAVIUS IUSTINIANUS, ALAMANNICUS, GOTHICUS, FRANCICUS, GERMANICUS, ANTICUS, ALANICUS, VANDALICUS, AFRICANUS, PIUS, FELIX, INCLUTUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER AUGUSTUS CUPIDAE LEGUM IUVENTUTI.

Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus, et bellorum et pacis, recte possit gubernari, et princeps Romanus victor existat non solum in hostilibus proeliis, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellens [b]), et fiat tam iuris religiosissimus, quam victis hostibus triumphator [c]).

§ 1. Quorum utramque viam cum summis vigiliis et summa providentia, annuente Deo, perfecimus. Et bellicos quidem sudores nostros barbaricae gentes sub iuga nostra deductae [d]) cognoscunt; et tam Africa, quam aliae innumerosae [e]) provinciae post tanta temporum spatia nostris victoriis, a caelesti numine praestitis, iterum dicioni Romanae nostroque additae imperio protestantur. Omnes vero populi legibus tam a nobis promulgatis quam [f]) compositis reguntur.

---

a) Raro def. — b) *expellat.* — c) *tr. magnificus.* — d) *redactae.* — e) *numerosae, innumeratae, innumerabiles, innumerae.* — f) *tam.. vel, iam.. vel, iam.. vel promulgatis vel.*

CONSTITUTIO CONFIRMANS INSTITUTIONES.

Imperatoriae Majestatis proprium est, non solum armis decorari, sed etiam legibus armari, ut utrumque, et belli et pacis tempus recte gubernetur: ac Romanorum Imperator victorias reportet, non solum in proeliis hostilibus excellens, sed etiam legitimis inventis calumniantium iniquitates expellens; fiatque in legibus quidem venerabilis, triumphet autem devictis hostibus.

§ 1. Horum utramque viam vigiliarum excessibus, maximaque rerum futurarum providentia, DEO adjuvante, noster perfecit Imperator. Et bellicos quidem sudores ejus barbaricae gentes domitae praedicant, experimento fortiorem cognoscentes: et tam Africa, quam aliae multitudine innumerabiles provinciae, post multos annorum circuitus, ipsius victoriis divinitus praestitis, Romanae rursus ditioni ejusque imperio additae, clamant.

§ 2. Et cum sacratissimas constitutiones antea confusas in luculentam ereximus consonantiam, tunc nostram extendimus curam et ad immensa prudentiae veteris volumina, et opus desperatum, quasi per medium profundum euntes, caelesti favore iam adimplevimus.

§ 3. Cumque hoc Deo propitio peractum est, Triboniano, viro magnifico, magistro et exquaestore [g]) sacri palatii nostri, nec non Theophilo et Dorotheo, viris illustribus, antecessoribus (quorum omnium sollertiam et legum scientiam et circa nostras iussiones fidem iam ex multis rerum argumentis accepimus) convocatis specialiter mandavimus, ut nostra auctoritate nostrisque suasionibus componant institutiones: ut liceat vobis prima legum cunabula, non ab antiquis fabulis discere, sed ab imperiali splendore appetere, et tam aures quam animae vestrae nihil inutile nihilque perperam positum, sed quod in ipsis rerum obtinet argumentis, accipiant; et quod in priore tempore vix post quadriennium [h])

---

g) *quaestori, .. et exconsule.* — h) μετὰ τρίετῆ (Theoph.), *per triennium.* cf. Praef. Dig. 2 (4). § 1. 5.

---

§ 2. Universus autem populus legibus tam promulgatis ab ipso quam compositis regitur, quemadmodum et lex ipsa.

Et principales quidem constitutiones olim confusas atque inter se pugnantes in evidentissimam perduxit consonantiam. Quum enim tres Codices essent, Gregorianus puta, et Hermogenianus, et Theodosianus, et multae insuper aliae constitutiones, quae post *Codicem* Theodosianum latae fuerant, nec non magna esset contrarietas inter constitutiones dictis Codicibus insertas: Optimus Imperator noster inutiles atque eadem dicentes, et cum iis quae nunc obtinent pugnantes, tolli jubens, Codicem mandavit conscribi, suae Serenitati cognominem. Sed et innumeros veterum Jurisprudentium libros sua cura dignatus est: et opus omni spe majus, quasi per medium profundum iens, divino exstruxit favore, et probatas veterum sententias in uno collegit libro.

§ 3. Hoc autem cum perfecisset, Tribuniano, gloriosissimo Magistro et Exquaestori sacri Palatii, nec non Theophilo et Dorotheo, viris illustribus et Antecessoribus, quorum omnium solertiam et legum scientiam, summamque circa Principales jussiones fidem, ex multis argumentis Imperator sanctissimus intelligens, dictis *viris* convocatis mandavit specialiter, ut pro ipsius auctoritate et suasionibus ejus obtemperantes, Institutiones sive Elementa legum componerent: ut adolescentibus liceat prima legum exordia, non ab antiquis fabulis discere; (namque ea quae olim obtinebant, at nunc ab usu rejecta sunt, legentes, similes sunt iis qui fabulas legunt:) sed ab Imperiali splendore haec accipientes, tam auribus suis quam mente, nihil inutile neque frustra positum, sed quod in ipso negotiorum obtinet experimento, addiscant.

Et quod antea vix post trienne tempus legentibus contingebat, ut post tanti temporis spatium Imperatorias legerent Constitutiones: illud nunc ex ipso, ut

prioribus contingebat, ut tunc constitutiones imperatorias legerent, hoc vos a primordio ingrediamini, digni tanto honore tantaque reperti felicitate, ut et initium vobis et finis legum eruditionis a voce principali procedat.

§ 4. Igitur post libros quinquaginta digestorum seu pandectarum, in quos omne ius antiquum collatum [i]) est (quos per eundem virum excelsum Tribonianum, nec non ceteros viros illustres et facundissimos confecimus), in hos quatuor libros easdem institutiones partiri iussimus, ut sint totius legitimae scientiae prima elementa.

§ 5. In quibus breviter expositum est, et quod antea obtinebat, et quod postea desuetudine inumbratum ab imperiali remedio illuminatum est.

§ 6. Quas ex omnibus antiquorum institutionibus, et praecipue ex commentariis Caii nostri tam institutionum, quam rerum cotidianarum, aliisque multis commentariis compositas, cum tres praedicti viri prudentes nobis obtulerunt, et legimus, et cognovimus, et plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodavimus.

§ 7. Summa itaque ope et alacri studio has leges nostras accipite, et vosmet ipsos sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherrima foveat,

---

i) *collectum*.

---

ita dicam, facto adgrediuntur, tanto dignati honore, tantaque fruentes felicitate, ut et legum initium et harum doctrinae finis ab imperatoria iis voce accidat. Nam et praesens volumen ab imperatoria componitur voce, quod exordium est legum doctrinae: et post lectionem interpretationis veterum legum, oportet eum qui leges docetur, constitutionum sese lectioni dedere.

§ 4. Post illa igitur compositi sunt *quinquaginta* libri Digestorum sive Pandectarum, in quibus collecta est omnis antiquorum legislatio, quae per gloriosissimum Tribunianum et ceteros illustres ac facundissimos viros composita fuit: post haec autem in quatuor his libris dictorum Digestorum introductiones jussit Serenissimus Imperator noster partiri, ut totius legitimae disciplinae prima sint elementa.

§ 5. In quibus breviter expositum est, et quod olim obtinebat, et *quod* postea desuetudine inumbratum, ab Imperiali remedio illuminatum est.

§ 6. Haec autem Elementa ex omnibus ab antiquis scriptis Institutionibus, et maxime ex Commentariis Gaji, tam quos in modum Institutionum *conscripsit*, quam ex Codicibus ejus, ubi de rebus quotidie incidentibus disserit, atque ex aliis multis voluminibus, dicti tres Viri prudentissimi composita, Magno Imperatori obtulerunt: Serenitas autem ipsius ea legens, decrevit propriam et plenissimam iis vim constitutione indulgendam esse.

§ 7. Adhortatur igitur per praesentem constitutionem Clementissimus Imperator noster *eos*, ad quos hoc rescriptum emisit, ut summa ope et alacri studio, praesentes accipiant leges: et per earum lectionem sic se ostendant

toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram rempublicam in partibus eius vobis credendis [k]) gubernare [l]).

Data undecimo calendas decembres, Constantinopoli, domino nostro Iustiniano perpetuo augusto tertium consule.

INSTITUTIONUM

COMPOSITARUM PER TRIBONIANUM,

VIRUM MAGNIFICUM, MAGISTRUM ET EXQUAESTORE SACRI PALATII, ET THEOPHILUM ET DOROTHEUM, VIROS ILLUSTRES, ANTECESSORES,

INCIPIT LIBER PRIMUS.

TITULUS PRIMUS.

DE IUSTITIA ET IURE.

Iustitia est constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuens [a]).

§ 1. Iurisprudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

§ 2. His generaliter cognitis, et incipientibus nobis exponere iura

---

k) *credendam.* — l) *gubernari.*

a) *tribuendi.*

---

prudentes, ut pulcerrima alantur ac foveantur spe, fore ut omni legitimo perfecto opere, diversas reipublicae ipsius partes gubernent.

LIBER PRIMUS.

DE JUSTITIA ET JURE.

TITULUS I.

Ante omnia definitionem justitiae scire oportet. Est igitur justitia, constans et perpetua voluntas, jus unicuique suum tribuens. Deinde dicamus, quomodo definiatur et Jurisprudentia.

§ 1. Jurisprudentia autem est, divinarum atque humanarum rerum notitia, justique et injusti scientia.

§ 2. His igitur generaliter praecognitis, incipientibus nunc nobis exponere Leges ac Jura populi Romani, ita maxime videntur ea commode tradi posse,

populi Romani: ita maxime [b]) videntur posse tradi commodissime, si primo levi ac simplici, post deinde diligentissima atque exactissima interpretatione singula tradantur. alioqui, si statim ab initio rudem adhuc et infirmum animum studiosi multitudine ac varietate rerum oneraverimus: duorum alterum, aut desertorem studiorum efficiemus, aut cum magno labore eius [c]), saepe etiam cum diffidentia, quae plerumque iuvenes avertit, serius ad id perducemus, ad quod leviore [d]) via ductus, sine magno labore, et sine ulla diffidentia maturius perduci potuisset.

§ 3. Iuris praecepta sunt haec: honeste vivere, alterum non laedere, suum cuique tribuere.

§ 4. Huius studii duae sunt positiones, publicum et privatum. publicum ius est, quod [e]) statum rei Romanae spectat; privatum, quod ad singulorum utilitatem pertinet. Dicendum est igitur de iure privato, quod tripertitum est. collectum [f]) est enim ex naturalibus praeceptis, aut gentium, aut civilibus.

---

b) *maxime* def. — c) *eius* def. — d) *leniore.* — e) *quod ad.* — f) *est tripertite collectum*, vel similia.

---

si primo facili ac simplici via, post deinde exactissima diligentissimaque interpretatione singula exequamur. Alioqui si statim in ipsis initiis prooemiisque rudes etiamnum et infirmas adolescentum aures multitudine ac varietate rerum oneraverimus: duorum alterum, aut desertores hujus studii efficiemus, aut cum magno labore, saepe etiam cum diffidentia, quae plerumque juvenes avertit, serius ad ea perducemus, ad quae leviori via deducti, sine labore et bona cum spe maturius perduci possent.

§ 3. Juris autem praecepta tria sunt haec. Honeste vivere: alterum non laedere: et jus cuique suum tribuere.

§ 4. Porro studii hujus duae sunt positiones sive species, Publicum et Privatum. Et dicitur Publicum quidem Jus, quod ad statum rei Romanae spectat. Privatum vero, quod ad singulorum utilitatem pertinet.

Dicendum est autem de Jure privato, quod ex tribus constat partibus: collectum est enim aut ex naturalibus, aut ex gentium, aut ex civilibus praeceptis.

TITULUS SECUNDUS.

DE IURE NATURALI ET GENTIUM ET CIVILI.

Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. nam ius istud non humani generis proprium est, sed [a]) omnium animalium, quae in caelo, quae in terra, quae in mari nascuntur. hinc descendit maris atque feminae coniugatio [b]), quam nos matrimonium appellamus; hinc

---

a) *sed et, sed etiam.* — b) *coniunctio.*

DE JURE NATURALI, GENTIUM ET CIVILI.

TITULUS II.

Naturale jus est, quod ad omnia animalia, terrestria, aquatica et aëria extenditur. Nec enim ad homines tantum natura suam *vim et curam* restrinxit, sed disposuit aëria *et* terrestria ordinavit: neque quae in mari nascuntur, extra providentiam suam destituit. Exemplum autem Juris Naturalis *est* maris ac feminae conjunctio, quam nos Matrimonium appellamus, et natorum educatio et cura. Videmus enim, non modo homines, sed et reliqua animalia iis qui hoc jus observant, accenseri. Namque natura videns unumquodque animalium morte consumi, per matrimonium et exinde *consequentem* liberorum procreationem, atque erga natos amorem, educationemque et successionem, iis immortalitatem paravit.

Diximus in superioribus, legum alias esse naturales, alias gentiles, alias civiles. Cum ergo Juris naturalis definitionem et exempla diximus, necessario etiam de *jure* gentili dicere debemus. Nam qui rempublicam constituit, eamque legibus ornare cupit, duabus his attendens viis legislationem conficit: aut enim *leges* gentium sancit, quas et naturales abusive appellamus, aut civiles, et vel scriptas, vel non scriptas.

Quid est Jus Gentile? Jus Gentile est, quod ad omnes homines, scilicet qui secundum rationem vivere volunt, extenditur. Exempla autem hujus *sunt*: Homicidas *capite* truncari; [oportet enim illos, per quae peccaverunt, puniri:] Adulterum puniri; Furem pecunia multari, siquidem nos in pecunia laesit; Debitorem benevolum esse erga eum, qui necessitatis tempore benignus apparuit; Servum obedire rationabilibus dominorum jussis; Contractus, venditiones, emtiones, locationes, conductiones, deposita, societates, mutua celebrari; donationes fieri; testamenta conscribi.

Quid est Jus Civile? Quod locale et utile *aut necessarium* appellatur, loco inclusum, et loci necessitatem explens, atque *id* quod illum locum laedit, tollens. Veluti Atheniensium civitas frumento advectitio utebatur, quippe quae sterilis esset, et maximum apud eos incommodum erat, penuriae frumentariae

liberorum procreatio et educatio. videmus etenim cetera quoque animalia istius iuris peritia censeri.

§ 1. Ius autem civile, vel gentium ita dividitur. omnes populi, qui legibus et [c]) moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur: nam quod quisque populus [d]) ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium civitatis est, vocaturque ius civile, quasi ius proprium ipsius civitatis; quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur, vocaturque ius gentium, quasi *quo iure omnes gentes utuntur* [e]). Et populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utitur. quae singula qualia sunt [f]), suis locis proponemus.

§ 2. Sed ius quidem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Atheniensium. nam si quis velit Solonis vel Draconis leges appellare ius civile Atheniensium, non erraverit. sic enim et ius, quo populus

---

c) *aut.* — d) *pop.* def. — e) *utantur.* — f) *sint.*

---

onus. Hoc igitur *aliquis* tollere volens, quidnam sanciret nisi hoc? ut negotiatores frumentarii *vectigalium* immunitate donarentur. Hoc enim palam facto, multi navigabant in Atticam, duo haec studentes, ut et celeriter propter inopiam frumenti procederet venditio, et insuper quod pro hujusmodi negotiatione vectigal non solvebant. Multis autem *eo* navigantibus, multum nimirum importabatur frumentum. Hoc igitur jus Atheniensibus solis utile erat: Alexandrinis autem vel aliis, quibus abundantia est frumenti, non solum inutilis sed et ridiculus foret *legislator* tale quid sanciens. Alterum exemplum Juris civilis Lacedaemoniorum urbs *praebet*, quae peregrinos expellebat, lege à Lycurgo lata, ut ne per peregrinorum admixtionem corrumperetur deteriusque redderetur Lacedaemoniorum ingenium. Haec quidem lex observatur apud Lacedaemonios; Athenienses vero eam adspernantur, in tantum ab expellendis peregrinis alieni, ut et ara Misericordiae apud eos colatur: tam promte eos, qui ad se commeant, excipientes, ut saepe ob humanitatis excessum bellare quoque pro iis non dubitaverint.

§ 1. Omnis igitur populus aut scriptis utitur legibus, aut non scriptis, et partim propriis, id est civilibus, partim communibus, id est jure gentium. Quaecumque enim jura civitas quaelibet sibi constituit, et intra eam consistunt, ea Jus civile appellantur: quaecumque autem naturalis aut gentilis ratio inter omnes homines invenit, ea apud omnes gentes custodiuntur et Jus gentium appellantur. Et populus igitur Romanus alias quidem civilibus, alias autem gentilibus utitur legibus, quae singula, et qualia natura sint, suis exponemus locis.

§ 2. Sed jus civile ex unaquaque civitate proficiscens, in qua etiam obtinet, appellationem accipit, [veluti Atheniensium vel Lacedaemoniorum]. Nam si quis velit *leges* Solonis [Atheniensium legislatoris] vel Draconis [Lacedae-

Romanus utitur, ius civile Romanorum appellamus; vel ius Quiritium, quo Quirites utuntur: Romani enim a Quirino Quirites appellantur. Sed quotiens non addimus [g]), cuius sit civitatis, nostrum ius significamus: sicuti cum poëtam dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Graecos egregius Homerus, apud nos Virgilius. Ius autem gentium omni humano generi commune est. Nam usu exigente et humanis necessitatibus, gentes humanae quaedam [h]), sibi constituerunt. bella etenim orta sunt, et captivitates secutae et servitutes, quae sunt iuri naturali contraria [i]): iure enim naturali ab initio omnes homines liberi nascebantur. Ex hoc iure gentium et omnes paene contractus introducti sunt, ut emptio venditio, locatio conductio, societas, depositum, mutuum, et alii innumerabiles.

§ 3. Constat autem ius nostrum [k]) aut ex scripto, aut ex non [l]) scripto: ut apud Graecos, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. Scriptum ius est lex, plebiscita, senatusconsulta, principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentium.

---

g) *a. nomen.* — h) *iura qu.* — i) *contrariae.* — k) *n. quo utimur.* — l) *non ex, sine.*

---

moniorum] jus civile Atheniensium [vel Lacedaemoniorum] appellare, non peccaverit neque a veritate aberraverit. Similiter et jus, quo Romana utitur civitas, jus Quiritum *dicitur*, id est, quo Quirites utuntur. Romani enim a Quirino, id est Romulo, qui ex Marte ortum habere jactabat, Quirites appellantur. Si autem quis indefinite jus civile dicat, non addito hujus illiusve civitatis, Romanum significat: sicuti, quum Poëtam dicentes neque proprium nomen addentes, apud Graecos quidem Homerum, apud Romanos autem Virgilium significamus.

Gentile autem jus commune est omni hominum generi. Usu enim jubente, et humana necessitate exigente, nostrum genus permulta ex sese invenit sive constituit. Etenim bella sunt orta, et ea captivitates secutae et servitutes introductae, id quod juri naturali contrarium accidit. Natura enim ab initio omnes homines liberos nasci novit. Ex hoc jure gentili etiam omnes paene contractus inventi sunt, veluti emtio, venditio, locatio, conductio, societas, depositum, mutuum, et alii quam plurimi contractus.

§ 3. Quum igitur primam legum divisionem diximus, quod *earum* aliae sint naturales, aliae gentiles, aliae civiles, et unamquamque definivimus exemplisque declaravimus, veniamus ad alteram legum divisionem. Legum aliae sunt scriptae, aliae non scriptae. Et scriptae quidem leges sunt, ut lex, plebiscita, senatusconsulta, constitutiones Imperatoriae, magistratuum edicta, prudentum responsa.

§ 4. Lex est, quod populus Romanus, senatorio magistratu interrogante, veluti consule, constituebat. Plebiscitum est, quod plebs, plebeio magistratu interrogante, veluti tribuno, constituebat. Plebs autem a populo eo differt, quo species a genere. nam appellatione populi universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis et senatoribus; plebis autem appellatione, sine patriciis et senatoribus, ceteri cives significantur. sed et plebiscita lege Hortensia lata non minus valere, quam leges coeperunt.

§ 5. Senatusconsultum est, quod senatus iubet atque constituit. Nam cum auctus est populus Romanus in eum modum, ut difficile sit in

---

§ 4. Libenter vero discerem, quot apud Romanos sint legumlatores, et quales ii, et quomodo ea quae a singulis sanciuntur, nominentur? Sex apud Romanos sunt Legumlatores, Populus, Plebs, Senatus, Imperator, Magistratus *urbis* Romae, Prudentes. Et quid est Populus? communis statûs concilium, una cum plebejis *sive privatis*, etiam connumeratis Senatoribus. Quod autem a populo sancitur, dicitur LEX, quia in scripto populus legem ferebat. Commune autem scripti juris nomen *est* lex: [siquidem ex ea reliquae juris sanctiones deducuntur.] Quoniam vero summus legislatorum est populus, oportebat etiam jus ab eo constitutum communi scripti juris nomine ornari. Fiebat autem *lex* in hunc modum: Senatorio magistratu, veluti Consule, interrogante, an hoc constitui oporteret, populus adnuebat.

Plebs est reliqua omnis multitudo, exceptis Senatoribus. Jus autem ab ea constitutum, Plebiscitum vocabatur, id est a plebe cognitum et decretum. Plebejo enim magistratu, id est Tribuno, (hic *Graecis* est δημαρχος) interrogante, plebs jus constituebat.

Plebs autem a populo *in* eo differt, quo genus differt a specie. Populi enim appellatione omnes significantur cives, connumeratis Patriciis et Senatoribus: Plebis autem appellatione sine Patriciis et Senatoribus reliqui cives significantur.

§ 5. Tertio loco apud Romanos jus constituit Senatus. Senatus autem est coetus ex selectis viris, purus ab omni plebejo *sive privato*. Jus autem ab illis constitutum speciali nomine Senatusconsultum dicitur. Sed possit aliquis dicere: quomodo, cum populus posset convenire legemque facere, in diversas appellationes *ipsam* legem distraxerunt? Causa autem haec est: In *urbe* Roma, *utpote* populosa, ut fieri amat, seditio et discordia aliqua exorta fuit inter Senatores ac Plebem, Senatoribus forte principatum habere cupientibus. Hujus *rei* causa a se discedebant et separatim agebant, separatimque res publicas administrabant. Et quoniam in republica versantes sine negotiis vivere non poterant, ad exorientes controversias ac lites tollendas, a Senatoribus leges ponebantur. Sed et plebs seorsum jura constituebat, et merito quae ab his constituebantur, diversam acceperunt appellationem. Jus enim a Senatu sancitum, non poterat Lex appellari, quum plebis voluntas non accessisset; ac necessario ab auctoribus dicebatur Senatusconsultum. Senatus enim est *coetus ille*: consulere autem curam agere. Quoniam ergo Senatus, curam agens

unum cum convocari legis sanciendae causa: aequum visum est, senatum vice populi consuli.

§ 6. Sed et quod principi placuit, legis habet vigorem: cum lege regia, quae de imperio eius lata est, populus ei et in eum omne suum

---

eorum qui in lites incidebant, jura constituebat, merito Senatusconsultum dictum est. Sed etiam apud plebejos oriebantur litium causae, et jus statuebatur ab illis, quod non poterat Lex dici, quum non secundum sententiam et *auctoritatem* Senatorum factum esset. Dicebatur igitur Plebiscitum, id est multitudinis sententia ac decretum. Sed quoniam inimicitiae immortales inter eos manere non poterant, Hortensius quidam civitatis *patriae* amans suasit iis, mutuum odium deponere, et in concordiam reverti, enarrans mala ex inimicitiis evenientia, et persuadens in amicitiam *utrosque* coëgit. *Illis* igitur in unum convenientibus, plebs volebat, ut jura a se constituta etiam adversus Senatores obtinerent: postulabat autem et Senatus, ut Senatusconsulta etiam adversus plebejos valerent. Et utrisque adversantibus, ac Senatoribus quidem dedignantibus plebiscita accipere, plebe autem *id* aegre ferente, Senatusque consultis obtemperare nolente, futurum erat ut inimicitiae renovarentur: donec idem Hortensius, sedans eorum discordiam, persuasit ut alteri alterorum jura acciperent, iisque parerent. Neque sic quidem lex poterat appellari jus ab alterutro constitutum, quum ab initio ex consensu ambarum partium sancitum non esset. Quoniam vero [etiam a plebe factum plebiscitum] eumdem exitum habebat, et eumdem sortiebatur effectum, ut scilicet adversus cunctos obtineret, etiam Legis vigorem habet. Tempore autem procedente, et Romanis in magnam multitudinem adauctis, *ita* ut eorum difficilis in unum locum esset conventus ad leges ferendas, aequissimum visum est, vice universi populi solum Senatum jura constituere.

§ 6. Diximus tres legumlatores, Populum, Plebem, Senatum. Quum ergo definitionem cujusque diximus, et quomodo jus ab his constitutum appelletur, dicamus igitur etiam de quarto legislatore. Quartus legislator apud Romanos est Princeps.

Et quid est Princeps? Princeps est, qui potestatem imperandi a Populo accepit. Quod autem ab eo constituitur, generali nomine Constitutio vocatur, id est dispositio aut forma. Dividitur autem in tria, in Epistolam, in Edictum, in Decretum.

Et quid est Epistola? Rescriptum Principis ad relationem Praesidis *aut magistratus* super quadam re ambigua emissum. Veluti, eveniebat in aliqua provincia, *ut* mortuo quodam, quum non esset ullus heres aut adscendentium aut descendentium, duo de illius hereditate litigarent, frater et thius *sive patruus* defuncti. Horum enim uterque volebat solus hereditatem consequi: ille ut frater, hic ut thius *sive patruus*. Quum ergo lex non esset, hanc ambiguitatem dirimens, relatio ad Principem facta est a provinciae praeside. Lecta relatione Princeps rescripsit fratrem mortui praeferendum esse.

Jus quoque in Decreto constituit Princeps. Et quid est Decretum? Sententia Principis inter duas partes apud ipsum litigantes prolata, veluti in eadem

imperium et potestatem concessit. Quodcumque igitur imperator per epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto praecepit, legem esse constat: hae sunt, quae constitutiones appellantur. plane ex his quaedam sunt personales, quae nec ad exemplum trahuntur, quoniam non hoc princeps vult: nam quod alicui ob merita indulsit, vel si cui poenam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit, personam non egre-

---

specie: Duo quidam litigabant de hereditate cujusdam mortui, frater nempe et thius *sive patruus* defuncti, de eo quem oporteret in aditione hereditatis praeferri. Et Princeps ambobus auditis, pronuntiavit fratrem praeferendum esse: atque hoc est lex Principis. Dicitur autem decretum a decernere, quod significat dispicere. Dispiciens enim *in* suo animo, quod ei videtur justum, pronuntiat. Dicitur autem aequivoce etiam magistratus sententia decretum. Sed hoc differunt, quod Principis decretum et *eam* ipsam et aliam ejusmodi quandocumque exortam causam dirimat; magistratus autem *decretum solam* eam: aliquando nequidem eam, si appellatio secuta fuerit.

Jus etiam in Edicto constituit Princeps. Et quid est Edictum? Omne quod ex sua natura motus Princeps statuit ad subditorum disciplinam atque utilitatem. Dicitur autem edictum ab edicere, quod significat praedicere et reprimere quae aliquando subditis eventura sunt tristia *sive mala.* Saepe enim apud se ratiocinatur Princeps, absurdum esse quod a subditis suis fiat. Veluti, quidam mutuos dans centum aureos usurae, nomine stipulatus est sibi in annum dari aureos octo. Absurdum hoc apud se meditatus Imperator, et commotus adversus talia peccantes constitutionem emisit, ut quoque anno ob aureos centum mutuo datos, sex verbi gratia aurei pro usura dentur. Quae autem a Principe constituuntur, aequipollere Legi, inter confessa est. Sed dicere aliquis possit: Cur, quum qui Senatusconsulta condebant, multi essent, decretum *eorum* adversus plebejos non obtinebat? Et rursus cum plebs innumera esset, *cur* plebiscita adversus Senatores non valebant, nisi Hortensius quidam, ut adversus utrosque ab alterutris *sancita* obtinerent, persuasisset? Princeps autem quum unus sit homo, jus constituit, et nemo ejus placitis adversatur? Sed dicemus, si quis velit rationem cognoscere, *eum* definitionem Principis in animo concipere debere: namque Princeps est, qui potestatem imperandi a populo accepit. Populus autem in se *et* Senatum et plebejos habet. Quapropter neque plebs ejus constitutionibus adversabatur, neque Senatus illas reprobabat. Hoc enim facientes suis ipsorum repugnarent suffragiis. Populus enim eum constituit, Lege Regia hoc sanciente, quae de Imperio lata, omnem Principi adversus populum potestatem dedit. Quae igitur ab eo sanciuntur, communi nomine Constitutiones vocantur.

Harum autem aliae sunt personales, neque in exemplum trahuntur, quoniam non hoc Princeps voluit. Nam si quem de republica sua bene meritum honoraverit, veluti ut ei liceat publica vectigalia non solvere. Si igitur evenerit postea, ut alius similiter aut forte etiam magis rem ejus publicam demeruerit, is non poterit ex illa lege similia sibi vindicare, quia personae inhaeret *haec* lex. Sed etsi poenam interdum alicui delinquentium juste majorem irrogavit,

ditur. aliae autem, cum generales sunt, omnes procul dubio tenent.

§ 7. Praetorum quoque edicta non modicam iuris obtinent auctoritatem. haec etiam ius honorarium solemus appellare, quod, qui honorem gerunt, id est magistratus, auctoritatem huic iuri dederunt.

---

aut etiam alicui peccanti forte ignovit, non ad imitationem hoc fecit. Nimirum nemo eorum qui postea deliquerint, similem consequetur gratiam, aut ulterius punietur quam oportet. Haec enim intra *personas* passas consistent. Personales igitur non transgrediuntur eos, de quibus sancitae sunt: Generales autem ad omnes et personas et negotia extenduntur.

§ 7. Diximus quatuor Legumlatores, Populum, Plebem, Senatum, Principem. Quinto loco jura constituunt apud Romanos Magistratus Populi Romani, qui et ipsi sella consulari sive curuli utebantur. Multi autem hi ac diversi *sunt:* generali autem nomine omnes vocantur Magistratus Populi Romani. Hi autem jura constituebant, non in Epistola, non in Decreto, sed in Edicto tantum. Et quaenam *est* causa, Principem quidem et in Decreto jura condere et in Edicto: Magistratus autem in Edicto tantum? Inde *hujus rei fluxit* causa: Veteres Romanam rempublicam constituentes, eamque bonis legibus instruere cupientes, ut inculpata sua foret legumlatio, studuerunt. Hoc autem adsecuti sunt, permittentes Principi, et in Decreto, et in Edicto jus constituere, magistratibus non item. Sciebant enim, magistratum multis subjacere suspicionibus, quod vel amicitiae gratificans vel dona accipiens vel ob odium judicans, sic pronuntiaverit. At Imperator his *suspicionibus est* superior: neque enim auro inescatur, (qui non solum fortunarum nostrarum, sed et ipsorum corporum est dominus:) neque ob amicitiam jus transgreditur, (Imperator enim *aliquem* diligens, aliter juvare potest, unde magis inclarescat et *commendetur:*) neque per odium quid facit, (non enim odit quemquam Imperator eorum qui sunt sub ejus regimine; si quis autem inveniatur, mortuis connumerabitur.) In Edicto autem solo jura constituere magistratibus concessum est: quoniam ante negotia et *caussas* proponitur, [id est, antequam negotia et caussae moveantur] et omni sinisteriori suspicione caret. Jura autem constituere inprimis concesserunt Praetori Urbano et Praetori Peregrinorum, atque Aedilibus Curulibus. Et Praetor Urbanus hinc nominatus est; Praetor quidem a praecedendo, id est anteeundo et imperando: Urbanus autem, quia Urbs per excellentiam Roma dicitur: jus enim reddebat *civibus* qui Romae erant. Alter autem nominabatur Praetor Peregrinus; Praetor quidem a praecedendo: Peregrinus autem, quia jus reddebat peregrinis et advenis. Quum enim multitudo esset innumera, neque omnes Praetor Urbanus audire posset, creatus est Peregrinus, ut jus redderet peregrinis.

Aediles porro Curules et ipsi jura constituebant. Nominati autem sunt inde, quoniam templorum splendor et *decentia* iis curae erat. (Aedes enim sunt templa; et *Curules dicuntur a* cura. Namque iis curae erat, ne quis ante quadragesimum forte annum sacerdotium capesseret:) vel potius, quia forum curabant, ita vocati sunt. Aediles enim *Graecis sunt* ἀγορανομοι: vel *quod* omnium *est* verissimum, hinc: secessionis tempore, sicuti apud Senatores erat Consul, jura dans litesque

Proponebant et aediles curules edictum de quibusdam casibus [m]), quod edictum [n]) iuris honorarii portio est.

§ 8. Responsa prudentium sunt sententiae et opiniones eorum, quibus permissum erat iura condere [o]). Nam antiquitus institutum [p]) erat, ut essent, qui iura publice interpretarentur, quibus a Caesare ius respondendi datum est, qui iurisconsulti appellabantur. quorum omnium sententiae et opiniones eam auctoritatem tenebant, ut iudici recedere a responso eorum non liceret, ut est constitutum.

§ 9. Ex non scripto [q]) ius venit, quod usus comprobavit. nam diuturni mores consensu utentium comprobati legem imitantur.

§ 10. Et non ineleganter in duas species ius civile distributum

---

m) *causis.* — n) *et ipsum.* — o) *concedere, de iure respondere.* — p) *constitutum.* — q) *sine scripto.*

---

dirimens: sic etiam apud plebejos constituebatur quidam, quem oportebat accipere aditiones *eorum* qui aliquo auxilio indigebant, et ab aditione ADILIS nominatus fuit: postea suavioris soni causa addita est littera E, et factum AEDILIS. Curules ideo, quia sella curuli utebantur. Horum autem edicta obtinebant etiam in provinciis. Dicebatur autem horum legislatio Jus honorarium, quoniam in honorem magistratuum atque auctorum, ea obtinebant et observabantur. Et Aediles igitur de quibusdam capitibus jus constituebant, atque horum edictum pars facta sive connexa fuit Edicto amborum Praetorum, Urbani ac Peregrini.

§ 8. Sexto loco jura constituunt Prudentes. Prudentes autem voco, quibus jura condere aut Populus aut Senatus aut Princeps permisit. Jus autem ab his constitutum generali nomine vocatur Responsum Prudentum, quoniam per consultationem et responsionem jura condebant.

Porro Responsum dividitur in Sententiam et Opinionem. Et quid est Sententia? Absoluta et indubia responsio, veluti Licet hoc facere; Non licet hoc facere. Opinio autem suspensa et cum dubitatione prolata responsio, veluti Opinor licere hoc facere; Opinor non licere hoc facere. Ceterum concessum his est publice jura constituere sive leges interpretari, qui Jurisconsulti sunt dicti, hoc est de Jure interrogati. Consulere enim est interrogare: quorum sententiae et opiniones eam habent auctoritatem, ut non audeat Judex ipsorum responsis non parere, sicuti et Imperatoris constitutio declarat. Et in his quidem consistit Jus scriptum, id est in iis quae constituuntur a Populo, aut Plebe, aut Senatu, aut Principe, aut Magistratibus *urbis* Romae, aut Prudentum responsione.

§ 9. Non scriptum autem Jus est, quod diuturna consuetudo consensu utentium confirmavit, atque ad similitudinem Juris scripti redegit.

§ 10. Inculpate ergo dicat quis, in duas species hanc civilem dividi legis-

videtur. Nam origo eius ab institutis duarum civitatium, Athenarum [r]) scilicet et Lacedaemonis [s]), fluxisse videtur. in his enim civitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedaemonii quidem magis ea, quae pro legibus observarent, memoriae mandarent; Athenienses vero ea, quae in legibus scripta reprehendissent [t]), custodirent.

§ 11. Sed naturalia quidem iura, quae apud omnes gentes peraeque servantur, divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent; ea vero, quae ipsa sibi quaeque civitas constituit, saepe mutari solent, vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata.

§ 12. Omne autem ius, quo utimur, vel ad personas (Tit. 3 pr.) pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Ac prius de personis videamus. nam parum est ius nosse, si personae, quarum causa statutum [u]) est, ignorentur.

---

r) *Atheniensium.* — s) *Lacedaemoniorum.* — t) *comprehendissent.* — u) *constitutum.*

---

lationem, in Jus scriptum et non scriptum. Prima autem horum origo ex disciplina duarum urbium, Athenarum puta et Lacedaemonis defluxisse videtur: in his enim urbibus solebat hoc fieri atque obtinere, ut Lacedaemonii quidem suas leges memoriae mandarent, Athenienses autem illas observarent, quas scriptas esse scirent, easque custodirent.

§ 11. Sed jura quidem gentium apud omnes gentes observantur, *utpote* ex divina *quadam* providentia constituta: unde firmitatem atque immutabilitatem *suam* habent. Quaecumque autem Jus civile, id est quae civitas quaelibet sibi constituit, immutari saepe solent, vel tacito populi consensu, vel alterius legis latione.

TITULUS TERTIUS.

DE IURE PERSONARUM.

Summa itaque divisio de iure [a]) personarum haec est: quod omnes homines aut liberi sunt, aut servi.

§ 1. Et libertas quidem est, ex qua etiam liberi vocantur, naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid [b]) aut vi aut iure prohibetur.

§ 2. Servitus autem est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur.

---

a) *de iure* def. — b) *quod, quid* (def. *si*).

DE JURE PERSONARUM.

TITULUS III.

Quum diximus, quid sit justitia, et generalem Legum *sive Juris* divisionem enarravimus, didicimusque et quot olim legumlatores fuerint et quomodo id quod a quoque constituebatur, appellatum sit: et ut legum aliae scriptae *sint*, aliae nec scriptae, deveniamus ad aliud, ac discamus circa quot Romanorum legislatio versetur. Circa tria igitur versatur, circa personas, circa res, circa actiones. Et quidem circa personas, cum dicimus, ille Senator *vel Senatorius* est, aut plebejus *sive privatus*. Circa res, cum quaerimus, utrum ratum sit factum ab aliquo testamentum an irritum? Circa actiones, cum ambigitur utrum illi competat actio, an non competat? Atque primo loco de personis disserere oportet, deinde de rebus, et post illa de actionibus. Convenit autem concinnitati ejusmodi ordo. Personis enim exsistentibus, inter confessa est *etiam* res exoriri: Rebus autem exsistentibus, et de actionibus necesse *est* quaerere. Oportet igitur de Personis loqui. Frivola enim et inutilis legum *est* cognitio, si personae a nobis ignorentur, quarum gratia leges inventae sunt.

Summa itaque personarum divisio haec est, quod hominum alii sint liberi, alii servi.

§ 1. Et libertatem quidem, ex qua etiam liberorum *hominum* appellatio sumta est, sic definire oportet: Libertas est, facultas naturalis cuique permittens facere quae velit, nisi lex aut vis prohibuerit. Vis quidem, quando volentem me aliquid forte facere, quod legibus non est vetitum, prohibet quispiam, vi majori *me* cogens. Lex autem, quando poenarum minis cohibeor facere quae volo. Servo enim facere quid secundum *suam* sententiam, etiam domini timor impedit.

§ 2. Servitus autem est constitutio Juris gentium, ex qua quis alterius

§ 3. Servi autem ex eo appellati sunt, quod imperatores captivos vendere iubent [c]), ac per hoc servare, nec occidere solent. qui etiam mancipia dicti sunt, quod [d]) ab hostibus manu capiuntur.

§ 4. Servi autem aut nascuntur, aut fiunt. nascuntur ex ancillis nostris. fiunt aut iure gentium, id est, ex captivitate; aut iure civili, cum homo liber maior viginti annis ad pretium participandum sese venundari passus est.

§ 5. In servorum condicione nulla differentia est. In liberis multae differentiae sunt: aut enim ingenui sunt, aut libertini.

---

c) *iubent* def. — d) *eo quod.*

---

dominio subjicitur, contra jus naturale. Natura enim omnes produxit liberos; bellorum autem ratio servitutem adinvenit. Nam jus belli victos vult esse possessionem *ac rem* vincentium.

§ 3. Atque inde Servi dicuntur, quoniam bellorum Duces captivos, quos vendere volebant, servabant atque occidi vetabant. Itaque a servando dicti sunt servi, qui et mancipia appellantur, quia manu capiuntur ex hostibus.

§ 4. Porro servi aut nascuntur aut fiunt. Nascuntur qui ex nostris ancillis nobis obveniunt. Fiunt aut ex jure gentium, hoc est ex captivitate; aut lege civili, veluti quum quis *homo* liber et major viginti annis ad participandum pretium se ipsum passus est venumdari. Fortasse enim dico alicui, ut me vendat aureis ex. gr. viginti, et ipse quidem lucretur quinque, mihi autem praebeat quindecim. Talis enim ex propria Romanorum lege ademtionem sustinet libertatis, cui insultavit, indignum se illa ostendens, et inde sibi competens arbitrium liberum prodens, vilis auri acceptione.

§ 5. Et servorum quidem conditio nullam recipit divisionem. Nec enim dici potest de illis, minus servus aut magis servus. Est itaque indivisum *quid* servitus. In liberis autem multas invenimus differentias. Aut enim ingenui sunt aut libertini.

TITULUS QUARTUS.

DE INGENUIS.

Ingenuus est [a]), qui statim, ut natus est, liber est; sive ex duobus ingenuis matrimonio editus [b]), sive ex libertinis [c]), sive ex altero libertino, altero ingenuo. sed etsi quis ex matre libera nascatur, patre servo, ingenuus nihilominus nascitur; quemadmodum qui ex matre libera et incerto patre natus est, quoniam vulgo conceptus est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit. et ex contrario, si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit, eum, qui nascitur, liberum nasci, quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in utero [d]) est. ex his et [e]) illud quaesitum est, si ancilla praegnas manumissa sit, deinde ancilla postea facta pepererit, liberum an servum pariat? et Marcellus [f]) probat, liberum

---

a) *is est, est is.* — b) *e. est, e. sit.* — c) *duobus l., l. duobus.* — d) *ventre.* — e) *et* def., *etiam, autem, vero, vero et.* — f) *Marcianus.*

DE INGENUIS.

TITULUS IV.

Diximus liberos in duo dividi, in ingenuos et libertinos.

Et ingenuus est, qui statim a partu liber est, et nondum servitutis jugum gustavit, sive ex matrimonio duorum ingenuorum natus est, sive duobus libertinis: sive una persona sit ingenua, et altera libertina.

Sed et si quis ex libera nascatur matre, patre vero servo, ingenuus similiter erit, sicuti qui ex libera matre et incerto patre, hoc est ex meretricia consuetudine. Nec enim laedit infantis ingenuitatem, quod ex meretricia consuetudine facta sit conceptio. Sufficit autem liberam esse matrem in tempore partus, etsi conceptionis tempus eam vidit *aut novit* servam.

Et ex contrario, si libera conceperit, in servitutem vero redacta, quoniam se ipsam passa est venumdari, pepererit, liberum est quod nascitur. Qui enim in utero est, non laeditur ex calamitate quae matri accidit.

Sed quoniam diximus, sufficere infanti ad libertatem, quod mater in pariendo libera sit, et, si conceptio in libertate, partus autem in servitute contingat, liberum esse qui nascatur, exinde vide quid quaesitum sit: Quaedam cum serva esset eo tempore quo conceperat, servitute liberata est: parvo tempore elapso, in servitutem *rursus* redacta est: peperit in hac servitute. Videamus, utrum liber an servus sit qui nascitur. Et dicimus liberum esse. Sufficit

nasci: sufficit enim ei, qui in ventre est, liberam matrem vel medio tempore habuisse. quod et verum est.

§ 1. Cum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit illi in servitute fuisse, et postea manumissum esse. saepissime enim constitutum est, natalibus non officere manumissionem.

TITULUS QUINTUS.

DE LIBERTINIS.

Libertini sunt, qui ex iusta servitute manumissi sunt.

Manumissio autem est datio libertatis [a]). nam quamdiu quis in ser-

a) *de manu missio id e. d. l., de manu datiò.*

enim ei qui in utero est, quod medio tempore libera fuerit mater: quod etiam verum est.

§ 1. Natus autem ingenuus, si per ignorantiam suae conditionis servierit, et postea manumissus fuerit, nullum circa ingenuitatem patietur damnum ex manumissione. Hoc enim saepius principalibus dictum est constitutionibus, datam ex abundanti libertatem, praejudicium ingenuitati haud facere. Et quomodo contingit, ut ingenuus manumittatur? Dicamus veluti ex facto: Habebam ego liberam quamdam mulierem in ministerio. Peperit haec, et anniculum, verbi gratia, relinquens infantem, obiit. Evenit ut et ego paulo post morerer. Heres meus in meis bonis infantem reperiens, putavit esse servulum; et ipse quoque infans adultus suam ignorabat conditionem. Lex autem veritatem noscens, propter heredis et ipsius pueri errorem non mutavit ejus ingenuitatem. Et si heres meus benevolentia affectus ipsum manumiserit, libertas ex abundanti, ut dictum est, addita, propter falsam servitutem, veram ingenuitatem non laesit.

DE LIBERTINIS.

TITULUS V.

Diximus quinam sint ingenui: dicamus etiam de Libertinis. Libertinus autem est, qui ex justa servitute manumissus est. Adde autem, Et legitima. Itaque libertinus est, qui ex justa et legitima servitute manumissus est. Adjectum est definitioni, Justa, ut eximam *eum* qui per ignorantiam sui status serviit. Legitima autem additum est, propterea quod natura servos ignoret, sed illa *servitus* ex bellorum ratione inventa est. Liberatio autem dicitur a Romanis manumissio.

Et quid est Manumissio? Datio libertatis. Etenim quamdiu quis in servi-

vitute est, manui et potestati suppositus est, et manumissus liberatur potestate. Quae res a iure gentium originem sumpsit: utpote cum iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cum servitus esset incognita. sed postea quam [b]) iure gentium servitus invasit [c]), secutum est beneficium manumissionis. et cum uno naturali [d]) nomine homines appellaremur, iure gentium tria genera hominum esse coeperunt, liberi, et his contrarium servi, et tertium genus libertini [e]), qui desierant esse servi.

§ 1. Multis autem modis manumissio procedit: aut enim ex sacris constitutionibus in sacrosanctis ecclesiis, aut vindicta, aut inter amicos, aut per epistolam, aut per testamentum, aut aliam quamlibet ultimam voluntatem [f]). Sed et aliis multis modis libertas servo competere potest, qui tam ex veteribus, quam nostris constitutionibus introducti sunt.

§ 2. Servi vero a dominis semper [g]) manumitti solent: adeo, ut vel

---

b) *post quam.* — c) *ingenuitatem inv.*, *inv. ingen.* — d) *communi*, *nat.* def. — e) *liberti.* — f) *v. manumittuntur*, *v. manumittitur.* — g) *saepe.*

---

tute est, manui ac potestati nostrae subjacet: sed manumissus, ea potestate liberatur. Haec autem manumissio ex jure gentium primam originem sumsit, quoniam secundum jus naturale omnes nascuntur liberi. Neque enim manumissio erat nota, cum servitus esset incognita. Posteaquam vero jus gentium servitutem introduxit, consequenter *et* manumissionis beneficium utile visum est. Et quum natura unum nobis nomen Hominis praebeat, (omnes enim homines appellamur) jus gentium ut tria essent hominum genera, constituit. Sunt enim liberi, et liberis oppositi servi, et tertium genus libertinorum, id est eorum qui servi esse desierunt.

Diximus hominum alios esse servos, alios liberos: et servitutem esse individuam; libertatem vero in duo dividi, in ingenuos et libertinos. Ingenuitas quoque individua est, nec majus aut minus in se habens. Videamus porro de Libertinitate, quae et ipsa hodie individua est, olim in tria scissa, ut procedente sermone dicemus. Definivimus autem in superioribus libertinum, qualis sit.

§ 1. Multis autem modis manumissio procedit. Aut enim ex sacris constitutionibus in sacrosanctis ecclesiis manumittere possumus; aut apud magistratum, quod dicitur vindicta (causam appellationis *infra* discemus), aut inter amicos, aut per epistolam, aut in testamento, aut in qualibet ultima voluntate, et aliis quamplurimis modis libertas dari potest: quorum quidam ex veteribus, alii ex nostri Imperatoris constitutionibus introducti sunt.

§ 2. Libertas porro servis omni tempore legitime dari potest, etiam feriato die: non solum cum magistratus in suo Praetorio est, sed etiam *eo* procedente, potest *aliquis* adiens manumittere: veluti, quum Praetor Romae, vel Proconsul aut provinciae rector in provinciis ad balneum aut theatrum abit, aut

in transitu manumittantur, veluti cum praetor aut proconsul aut praeses in balneum vel in theatrum eat.

§ 3. Libertinorum autem status tripertitus antea fuerat. nam qui manumittebantur, modo maiorem et iustam libertatem consequebantur, et fiebant cives Romani; modo minorem, et Latini ex lege Iunia Norbana fiebant; modo inferiorem, et fiebant ex lege Aelia Sentia dediticiorum numero. Sed dediticiorum quidem pessima condicio iam ex multis temporibus in desuetudinem abiit; Latinorum vero nomen non frequentabatur [h]): ideoque nostra pietas omnia augere, et in meliorem statum reducere [i]) desiderans, in duabus constitutionibus hoc emendavit, et in pristinum statum reduxit [k]), quia et a primis urbis Romae cunabulis una atque simplex libertas competebat, id est eadem, quam habebat manumissor, nisi quod scilicet libertinus sit, qui manumittitur,

---

h) *frequentatur.* — i) *deducere, perducere.* – k) *perduxit.*

---

forte ad aedificium publicum, aut propter quamcumque causam in publico conspicitur loco.

§ 3. Libertinorum autem triplex erat divisio. Olim enim manumissi, aliquando majorem et maxime legitimam accipiebant libertatem, fiebantque cives Romani: aliquando minorem, et efficiebantur Latini Juniani ex lege Junia Norbana, quae conditionem eorum prima reperit. Deditities vero invenit *lex* Aelia Sentia. Ait enim, si quis servitutis tempore in unum ex vitiis ab ipsa notatis inciderit, veluti si propter aliquod delictum stigmata in fronte acceperit, vel in publicum carcerem conjectus fuerit, aut etiam propter aliquod delictum verberatus, delictum confessus sit, et post illa reconciliatus domino manumissus fuerit, fiebat deditities libertinus. Nominavit autem eos dediditios, ad exemplum peregrinorum. Quondam enim peregrinorum aliqui, cum tributarii Romanorum essent, rebellionem meditantes adversus Romanos, arma cepere contra eos, *quos* acie instructa Romani vicerunt. Peregrini enim illorum fortitudinem sustinere non valentes, abjectis armis se dediderunt. Humane autem agentes Romani, vitam quidem iis concessere, sed sola appellatione eos notavere, nominantes eos deditities, quia sese dedidissent. Et hi igitur libertini ex *lege* Aelia Sentia, vocati sunt deditities: namque participantes cum illis turpitudinem, participarunt etiam appellationem.

Sed deditities quidem ex plurimis jam annis in desuetudinem abierunt: Latinorum vero nomen haud erat inter frequentata. Unde et Imperator noster, omnia augens et in pulcriorem ordinem transferens, in duabus constitutionibus veterum correxit errata, tollens et Deditities et Latinorum conditionem, atque ad pristinam formam Libertinorum *statum* revocans, et libertinitatem faciens uniformem: siquidem etiam ab initio Romanorum Imperium simplicem quamdam libertinorum conditionem noverat, hoc est ut eamdem haberent libertatem, quam etiam manumissor possidebat, et ambo essent cives

licet manumissor ingenuus sit. et dediticios quidem per constitutionem nostram expulimus, quam promulgavimus inter nostras decisiones, per quas, suggerente nobis Triboniano, viro excelso, quaestore, antiqui iuris altercationes placavimus; Latinos autem Iunianos, et omnem, quae circa eos fuerat, observantiam, alia constitutione per eiusdem quaestoris suggestionem correximus, quae inter imperiales radiat sanctiones. et omnes libertos nullo, nec aetatis manumissi, nec dominii [1]) manumissoris, nec in manumissionis modo discrimine habito, sicuti

1) *domini.*

Romani, in eo solo differentia manente, quod manumissus esset libertinus, quamvis manumittens esset ingenuus.

§ 4. Et dedititios quidem constitutio sustulit sanctissimi Imperatoris, rescripta ad suggestionem Tribuniani excellentissimi Quaestoris, quam decisionibus connumeratam promulgavit, veterum ambiguitates dirimens. Latinos autem Junianos et omnem quae circa eos erat observantia, eodem suggerente gloriosissimo Quaestore, republica expulit per aliam constitutionem, quam quoque effulgentem videre licet inter Imperiales constitutiones, ita ut omnes libertini, cives sint Romani, nullo habito discrimine circa aetatem manumissi, aut dominium manumittentis, aut modum manumissionis, sicuti observabatur antiquitus. Quid autem hoc sit, necesse *est* dicere. Habe haec in modum praeviae contemplationis: Est apud Romanos legitima aetas et naturalis aetas; legitimum dominium et naturale dominium; legitimus manumissionis modus et naturalis manumissionis modus. Et naturalis quidem aetas est, quae minor est triginta annis; legitima autem, quae superat triginta *annos:* non quod majorem triginta annorum aetatem natura ignoret, (omnis enim aetas *est* naturalis) sed quia lex specialiter memorat *aetatem* triginta annos superantem, idcirco eam vocavi legitimam. Est igitur, ut dixi, legitimum dominium et naturale dominium. Ac naturale dicitur in bonis, et Dominus Bonitarius: legitimum vero dicitur jure Quiritum, id est Romanorum. Quirites enim *dicuntur* Romani a Romulo, ex quo originem habuerunt; et dominus jure Quiritario. Sed si quis utrumque habebat dominium, dicebatur pleno jure dominus, utpote ambo habens, legitimum et naturale. Est etiam legitimus manumissionis modus: et legitimus modus fiebat tribus modis, vindicta, censu, testamento.

Et vindicta erat facta apud magistratum manumissio. Dicebatur autem vindicta, quia vindicabatur et revertebatur mancipium in naturalem libertatem: aut a Vindicio quodam, qui, cum servus esset, conjurationem adversus Romanos erupturam indicavit et publice a Romanis manumissus fuit, inque ejus honorem omnes, qui apud magistratum manumittebantur, vindicta dicebantur manumitti.

Censu autem procedebat in hunc modum. Census erat tabula vel charta, in qua Romani suas conscribebant facultates, ut tempore belli pro modo

antea observabatur, civitate Romana donavimus; multis additis modis, per quos possit libertas servis, cum civitate Romana, quae sola in praesenti est, praestari.

TITULUS SEXTUS.

QUI, QUIBUS EX CAUSIS, MANUMITTERE NON POSSUNT.

Non tamen cuicumque volenti manumittere licet. nam is, qui in

---

proprii patrimonii quisque conferret. In hoc igitur censu; si quando servus jussu domini sese liberum scripsisset, liberabatur a servitute.

Testamento vero, quum quis suum servum in testamento manumitteret. Naturales porro manumissionis modi erant tres, inter amicos, per mensam, per epistolam. Et quidem inter amicos, quum praesentibus amicis aliquem manumittebant: per mensam, quando una accumbere ad libertatis donationem imperabant servo: per epistolam, quum agenti illi in alia regione per litteras permittebant in libertate versari. Postquam tibi haec sunt praecognita, vide reliquum quod *nobis* proposueramus: quum tria legitima concurrerent in servo manumittendo, ut ipse et annum trigesimum superasset, et dominus in eo haberet dominium legitimum, id est ex jure Quiritum, et servus quoque vindicta vel censu, vel testamento manumitteretur, neque vitium subesset, omnino manumissus fiebat civis Romanus. Si vero, cum vitium nullum subesset, non concurrebant tria legitima, (aut enim servus minor erat triginta annis, aut dominus tantum bonitarius erat, neque legitimum quoque habebat dominium, aut manumissio fiebat per mensam vel per epistolam, vel inter amicos, aut duo interdum deficiebant legitima, aut etiam *omnia* tria) manumissus fiebat Latinus Junianus. Quum vero vitium subesset, omnino fiebat dedititius. Sed haec quidem olim: hodie autem, quoniam uniformis est libertinitas, ut dictum est, manumissus omnino fit civis Romanus, haud quaerentibus nobis neque de dominio, neque de manumissionis modo, neque de aetate.

QUI ET EX QUIBUS CAUSIS MANUMITTERE NON POSSUNT.

TITULUS VI.

Docuerunt nos superiora, quot modis fiat manumissio: nunc necessarium est discere, quod non omni domino liceat dare libertatem. Namque in fraudem creditorum, id est in damnum et fraudationem creditorum, manumittens nihil agit. *Lex* enim Aelia Sentia libertati impedit; nam odit eos qui proprias facultates deminuunt in damnum eorum, qui tempore necessitatis egentibus

fraudem creditorum manumittit, nihil agit: quia lex Aelia Sentia impedit libertatem.

§ 1. Licet autem domino, qui solvendo non est, testamento servum suum cum libertate heredem instituere, ut fiat liber heresque ei solus et necessarius, si modo nemo alius ex eo testamento heres extiterit, aut quia nemo heres scriptus sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa heres non extiterit. idque eadem lege Aelia Sentia provisum est, et recte: valde enim prospiciendum erat, ut egentes homines, quibus alius heres extiturus non esset, vel servum suum necessarium heredem habeant [a]), qui satisfacturus esset creditoribus, aut, hoc eo non faciente, creditores res hereditarias servi nomine vendant, ne iniuria defunctus afficiatur.

§ 2. Idemque iuris est, etsi sine libertate servus heres institutus est.

---

a) *haberent.*

---

pecunias praebuerunt. Ipsa autem *haec lex*, quae haec cavit, dedit quibusdam manumittendi licentiam, etsi eorum patrimonium inde minuatur, scilicet obaeratis. Obaeratus autem est, [cui nihil relinquitur post debitorum detractionem, aut sic: Obaeratus est] qui plura debet quam possidet. Hic igitur obaeratus in multa versabatur anxietate, non tam ipsius vitae perpendens aerumnas, (quas aliquando modis quibusdam posset effugere) quam quae post mortem *eventura sint*, cogitans et inferendam sibi ignominiam. Nemo enim bene sanorum adire sustinebit hereditatem, ex qua nullum lucrum adeunti *adlucet*, sed innumerae injuriae, calamitates et in jus raptiones. Nemine igitur hujus hereditatem adeunte, necesse *est* ut patrimonium ejus a creditoribus divendatur, atque hinc ipsius memoria vilescat. Neque enim creditores jam dicunt, hujus *illiusve* heredis bona venumdari, sed ipsius defuncti.

§ 1. Dicit ergo obaerato *lex* Aelia Sentia, ut, si servos habet, unum eorum scribat heredem cum libertate, qui post mortem heres illi fiet ex necessitate, dictus Solus et Necessarius. Solus quidem, quia unum ac solum, neque ultra, obaerato licet heredem scribere: nam intra unum *lex* suam constitutionem terminat: Necessarius autem, quoniam etiam nolens fit heres. Sed hic fiebat heres, quum alius non esset heres ex testamento, vel quia alius haud erat scriptus, vel quia scriptus nolebat heres esse. Summae *ergo* providentiae haec legis *pars* erat, ut obaeratis, quorum hereditatem quisque repudiabat, suus servus esset heres, qui creditoribus satisfacturus et debitum iis persoluturus erat: aut eo non facto bona vendebantur, non jam defuncti, sed heredis, et inde mortuo salvus honor contingebat. Atque uterque beneficio adficiebatur, et defunctus et libertus. Nam obaeratus, etsi *quantum* ad servi pretium suas facultates minuerat, tamen ignominiam effugiebat: servus autem, etsi ignominiam patiebatur, tamen ignominiae mercedem habebat libertatem.

§ 2. Sed etsi sine libertate servus scriptus erat heres, liber fiebat, gene-

quod nostra constitutio non solum in domino, qui solvendo non est, sed generaliter constituit, nova humanitatis ratione — ut ex ipsa scriptura institutionis etiam libertas ei competere videatur — cum non est verisimile, eum, quem heredem sibi elegit, si praetermiserit libertatis dationem, servum remanere voluisse, et neminem sibi heredem fore.

§ 3. In fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore, quo manumittit, solvendo non est, vel qui, datis libertatibus, desiturus est solvendo esse. praevaluisse tamen videtur, nisi animum quoque fraudandi manumissor habuit, non impediri libertatem, quamvis bona eius creditoribus non sufficiant: saepe enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines. itaque tunc

---

raliter hoc jubente Imperatoris nostri constitutione, sive obaeratus, sive locuples erat defunctus, quae nova *quadam* humanitatis ratione fuit usa, ut ex ipsa sola institutione servus liberetur. Nec enim verosimile est, non velle dominum, eum liberum esse, quem sibi successorem studuit esse, sed in servitute manere, et neminem sui patrimonii fieri heredem.

§ 3. In fraudem creditorum quomodo quis manumittere videatur, necesse *est* quaerere. Et quidam dicebant, eum in fraudem creditorum manumittere, qui plura debeat quam possidet: alii eum, cui nihil relinquitur post aeris alieni deductionem: cujus praesentia quidem bona creditores absolvere sufficiant, sed data libertate eveniat ut creditores fraudentur, quum hoc modo substantia ejus creditoribus satisfacere posse desinat. Obtinuit autem, non *hoc* solum spectare, an obaeratus sit manumissor, sed etiam an in fraudem creditorum det libertatem: tunc etenim datio libertatis inhibetur, quando *et* consilium et eventus cernitur: ita ut ambobus concurrentibus, servus haud liberetur; uno autem deficiente, servus liber efficiatur.

Ambo autem, et consilium et eventum, invenire licet in hujusmodi specie. Possidebat quis trecentorum aureorum patrimonium: hic debebat aureos trecentos: volebat in fraudem suorum creditorum servos manumittere, qui centum aureos valebant, atque hoc modo fiebat patrimonium ejus ducentorum aureorum. Hic utrumque est, et consilium et eventus, namque mala mente *consilioque* hoc fecit, et eventus laedit creditores.

Deficit autem eventus sic: Habens quis mille aureorum patrimonium, aureos trecentos *se* habere putabat, sed debebat quadringentos. Manumisit suos servos in fraudem creditorum, qui valebant centum aureis. Hic quidem pessimum *est* consilium, nam in damnum creditorum factum est: sed eventus ipsis est innoxius. Etenim post deductionem pretii servorum manumissorum, relinquitur res sufficiens ad creditores absolvendos.

Deficit autem consilium, veluti in hac specie: Habebat quis mille aureorum patrimonium, debebat quadringentos. Evenit, ut hic suam patriam relinqueret. Et quodam fortuito casu imminutum est ejus patrimonium, domo forte deflagrata aut collapsa, ut illud ad trecentos recideret aureos. Nondum sciens suarum facultatum imminutionem, servos aliquot, qui centum valebant aureis,

intellegimus impediri libertatem, cum utroque modo fraudantur creditores, id est, et consilio manumittentis, et ipsa re, eo quod bona non suffectura sunt creditoribus.

§ 4. Eadem lege Aelia Sentia domino minori viginti annis non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta [b]), apud consilium, iusta causa manumissionis adprobata fuerit [c]).

---

b) *qu. s. dicta, vind. q. s.* — c) *f. manumissi, f. vel man., f. manumissio; fuerint.*

---

quibus propter benevolum erga se animum gratiam referre *cupiebat*, manumisit. In hac specie, non malum quidem est consilium, at eventus laedit creditores. nam non sufficit reliquum patrimonium ad creditores absolvendos. Ecce enim hic putabat, magnas esse suas facultates, et creditoribus inde posse satisfieri ac benevolentissimos manumisit servos, atque omnino ostendit, malum consilium haud subesse. Eventus autem erat pessimus, quia non, ut putabat, revera patrimonium majus erat aere alieno. Nonnunquam enim per ignorantiam aliter opinamur de nostris facultatibus, quam *se* habet veritas. Itaque dicendum est breviter, libertates tum esse irritas, quum et mala mente servos manumisero, et factum creditores laedat.

§ 4. Intelleximus e superioribus, *legem* Aeliam Sentiam impedire libertates, in fraudem creditorum datas, *quippe* quae manumittentis consilium odit, utpote in aliorum injuriam initum. Eadem lex inhibet libertates, quae a minoribus viginti annorum praestantur, non ob odium, sed ob favorem manumittentium. Sciebat enim, quam facile, qui hanc agunt aetatem, decipiantur, et servorum blanditiis obsecundent, atque hoc modo suam ipsorum minuant substantiam. Hoc ergo sciens, istorum insidiis suam opposuit legislationem. Prohibens autem hos suum liberare servum, permisit libertatem dare justa de causa, apud magistratum in consilio probanda. Sed dicamus primo, quid Consilium sit, et sic dicemus justas causas. Consilium est consessus certorum virorum, stato anni tempore conveniens. Habebatur autem hoc consilium non solum Romae, sed etiam in provinciis: coibatque tempore conventus. Et quid est Conventus? Statum tempus ad litium diremtionem introductum. Romani enim integrum fere annum bellando transigentes, ad quoddam tempus ab hieme atque ejus incommodis prohibiti (siquidem in republica versantes, extra lites vivere non poterant) omissis armis, litibus vacabant, multosque ad hoc judices constituebant, qui suas controversias dirimerent, qui*que* vocabantur Recuperatores, quia per eos unusquisque debitum recipiebat. Tempus autem *hoc* dicebatur Conventus, quia eodem conveniebant et judices et litigantes. Postremo autem conventus die habebatur consilium, etiam in provinciis in hunc modum. Procedebat Praeses, et in suo considebat tribunali, et cum eo viginti viri, qui dicebantur Peregrini Recuperatores, quia per eos mancipium naturalem libertatem recipiebat; scis enim, naturam omnes produxisse liberos: atque apud hos dicebantur justae causae a manumittentibus. Habebatur autem et Romae Consilium, uno conventus die, praetore in suo tribunali sedente,

§ 5. Iustae autem manumissionis causae sunt: veluti si quis patrem, aut matrem, aut filium filiamve, aut fratrem sororemve naturales, aut paedagogum, aut nutricem educatoremve, aut alumnum alumnamve, aut collactaneum manumittat, aut servum, procuratoris habendi gratia, aut ancillam, matrimonii causa, dum tamen intra sex menses uxor ducatur, nisi iusta causa impediat, et qui manumittitur procuratoris habendi gratia ne minor septem et decem d) annis manumittatur.

§ 6. Semel autem causa adprobata, sive vera sive falsa sit, non retractatur.

§ 7. Cum ergo certus modus manumittendi minoribus viginti annis

d) XVIII.

eique assidentibus quinque Senatoribus et quinque equitibus Romanis. Equitum vero Romanorum dignitas erat inferior honore Senatorio.

§ 5. Quando Consilium diximus, dicamus quoque justas causas.

Justa est causa, quum minor viginti annis patrem vel matrem voluerit manumittere, quos natura quidem filio parentes dedit, sed domini voluntas servos fecit. Et quomodo procedit, ut ille quidem in servitute genitus sit liber et Romanus, parentes autem sub filii sint dominio? Pone hos tres sub uno eodemque esse dominio; morientem vero dominum instituere filium heredem, qui minor sit viginti annis, et hoc modo evenire, ut suorum ipse parentum cum aliis rebus dominus fiat. Deinde filius nolens suos genitores in servitute videre injuria affectos, manumittebat eos in consilio. Justa est etiam causa, dicere, filius naturalis meus est, filia mea naturalis est. Finge enim, aliquem suae servae amore captum, habuisse ex ea filium vel filiam; sic servus erat infans, utpote ex ventre servo natus. Et rursus dicere, frater naturalis meus est, et soror mea naturalis est. Nam quum pater meus, cum sua serva concumbens, haberet *ex ea* liberos, quos non manumisit; illo moriente, lex me horum fecit dominum, sed ego propter naturalem cognationem eos manumisi. Justa quoque causa est, dicere, paedagogus meus est, aut nutrix, aut educator, aut alumnus, aut alumna, *aut* quod vulgo dicitur, collactaneus: aut servum manumittere volo procuratoris habendi gratia, ut scil. liber factus sine impedimento omnia mea administret negotia: aut ancillam manumisi matrimonii causa, hoc est, ut eam uxorem ducam. Nam quoniam inter liberum et servam nuptiae non consistunt, idcirco eam manumisi. Sed manumittens matrimonii causa, intra sex menses eam ducere debet uxorem, nisi justa causa impedierit: veluti quum Senator factus est manumissor, nam Senator libertinam ducere non potest. Et manumissus procuratoris habendi gratia septemdecim annis major esse debet.

§ 6. Si autem semel justa causa in consilio dicta fuerit, sive vera est sive falsa, non retractatur, libertate *jam* impertita. Nam cum illa dicitur, contradicere licet, et hujus dationem impedire: *libertate* autem jam competente, omnis qui fictam esse dicit justam *illam* causam, ineptus *est*.

§ 7. Quoniam vero diximus, minorem viginti annis manumittere non posse,

dominis per legem Aeliam Sentiam constitutus sit, eveniebat, ut, qui quatuordecim annos aetatis expleverit, licet testamentum facere possit, et in eo heredem sibi instituere legataque relinquere possit, tamen, si adhuc minor sit annis viginti, libertatem servo dare non poterat [e]. quod non erat ferendum, si is [f], cui totorum bonorum in testamento dispositio data erat, uni servo libertatem dare non permittebatur, quare non [g] similiter ei, quemadmodum alias res, ita et servos suos in ultima voluntate disponere, quemadmodum voluerit, permittimus, ut et libertatem eis possit praestare? sed cum libertas inaestimabilis est, et propter hoc ante vicensimum aetatis annum antiquitas libertatem servo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in testamento dare servo suo concedimus, nisi septimum et decimum annum impleverit, et octavum decimum tetigerit. cum enim antiquitas huiusmodi aetati et pro aliis postulare concessit, cur non etiam sui iudicii stabilitas ita eos adiuvare credatur, ut et ad libertates dandas servis suis possint provenire [h].

---

e) *posset.* — f) *si enim is, nam.* — g) *qu. nos non, qu. nos.* — h) *pervenire.*

---

nisi justam in consilio causam dixerit, inde absurdum quid oritur. Contingit enim, ut annis quatuordecim major legata possit relinquere multis aureis digna, et testari heredesque instituere, et quomodo velit, de suo patrimonio statuere; servum vero decem aureis dignum manumittere nequeat. Ridicula ergo lex, quod majora quidem indulgeat, minora autem in potestate non relinquat: *id* quod non ferendum esse videtur, quia omne quidem patrimonium suum, in quem velit, transfert, servum autem manumittere non potest. Ideo etiam sanctissimus Imperator noster absurditate legis motus, sanxit, ut, sicuti alias res disponit adolescens, testans quomodo velit, sic etiam viginti annis minor suos servos manumittere in testamento permittatur. Quoniam vero inaestimabilis apud Romanos est libertas, et propterea *lex* Aelia Sentia ante vigesimum annum libertatem dare prohibuit; ideo mediam quamdam viam ipse iniens, non aliter permisit minori viginti annis in suo testamento dare libertatem servo suo, nisi decimum septimum annum excesserit, et decimum octavum inchoaverit. Quum enim veteres majori annis septemdecim pro aliis postulare permittant, quare non dicamus, stabilitatem judicii ejus etiam ad servum suum servitute liberandum prodesse? Nam qui ceteros, tamquam prudens, in postulando juvat, indemnitatem procul dubio sibi ipse procurabit. Itaque annis viginti minor inter vivos quidem non manumittet, in testamento autem post decimum septimum annum hoc faciet. Cum enim sex sint anni post decimum quartum usque ad vigesimum impletum, Imperator in tribus prioribus annis usque ad decimum septimum *impletum*, prohibitionem *legis* Aeliae Sentiae servavit, post decimum vero septimum hoc fieri permisit.

TITULUS SEPTIMUS.

DE LEGE FURIA [a]) CANINIA SUBLATA [b]).

Lege Furia [a]) Caninia certus modus constitutus erat in servis testamento manumittendis. quam, quasi libertatibus [c]) impedientem et quodammodo invidam, tollendam esse censuimus, cum satis fuerat inhumanum, vivos quidem licentiam habere, totam suam familiam libertate donare, nisi alia causa impediat libertati [d]), morientibus autem huiusmodi licentiam adimere.

TITULUS OCTAVUS.

DE HIS, QUI SUI, VEL ALIENI IURIS SUNT.

Sequitur de iure personarum alia divisio. nam quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri subiectae sunt; rursus earum, quae

---

a) *Fusia.* — b) *tollenda.* — c) *libertates.* — d) *libertatem.*

DE LEGE FUSIA CANINIA TOLLENDA.

TITULUS VII.

Lex quidem Aelia Sentia minori viginti annis domino servum suum manumittere non permittebat. Erat autem *et* alia lex de manumissione loquens, Furia Caninia, quae certos manumitti volebat in testamento. Hanc vero legem religiosissimus Imperator noster, tamquam libertati repugnantem, ejusque dationi invidentem, sua sustulit constitutione: inhumanum esse judicans, vivos quidem licentiam habere omnes suos servos manumittendi, nisi aliqua causa impediat, veluti quod manumittens viginti annis sit minor, aut in fraudem creditorum libertatem det: morientibus autem licitum non esse, suos servos sine impedimento manumittere.

DE HIS QUI SUI VEL ALIENI JURIS SUNT.

TITULUS VIII.

Absoluta est nobis prima personarum divisio, in qua dictum fuit, hominum alios esse liberos, alios servos; et servitutem esse individuum quid, libertatem vero dividi in duo: nam liberorum *hominum* alii sunt ingenui, alii libertini.

alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate parentum, aliae in potestate dominorum sunt. videamus itaque de his, quae alieno iuri subiectae sunt: nam si cognoverimus, quae istae personae sunt, simul intellegemus, quae sui iuris sunt.

Ac prius dispiciamus de his, quae in potestate dominorum sunt.

§ 1. In potestate itaque dominorum sunt servi. quae quidem potestas iuris gentium est: nam apud omnes peraeque gentes animadvertere possumus, dominis in servos vitae necisque potestatem esse a). et quodcumque per servum acquiritur, id domino acquiritur b).

§ 2. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio nostro sunt, licet, sine causa legibus cognita, et c) supra modum in servos suos saevire. Nam ex constitutione divi Pii d) Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quam qui servum alienum occiderit. Sed et maior asperitas dominorum eiusdem

---

a) *fuisse*. — b) *acquiri*. — c) *et* def. — d) *Pii* def.

Et ingenuitas est individua: Libertinitas autem olim in tria dividebatur. Namque libertorum quidam fiebant cives Romani, nonnulli Latini Juniani, alii dedititii. Addidimus quoque religiosissimum Imperatorem nostrum variis constitutionibus dedititiorum ac Latinorum conditionem sustulisse, ut deinceps etiam libertinitas sit uniformis, sicuti est ingenuitas.

Dicatur autem etiam secunda personarum divisio: namque hominum alii sunt in potestate, alii suae potestatis; hoc est, alii sui juris sunt, alii juris alieni. Discamus igitur prius de *hominibus* alieni juris, nam inde nobis notitia etiam de *hominibus* sui juris accidet: quotquot enim inter hos non *sunt*, manifestum *est* inter *homines* esse sui juris. Jus vero alienum dicitur Potestas: eamque habemus aut in servos nostros aut in liberos nostros.

§ 1. Et prius videamus de his, qui in potestate suorum dominorum sunt. Est autem potestas summum jus et *arbitrium*. Haec autem in servos potestas juris gentium est: nec enim apud Romanos tantum hoc observatur, sed etiam apud alias gentes. Et in tantum summa haec est potestas, ut vitae necisque potestatem in illos habuerimus, et licuerit nobis impune eos occidere. Et quodcunque per servos adquiritur, hoc domino obvenit.

§ 2. Hodie autem nemini hominum sub Romano imperio degenti, licet citra causam legibus cognitam suum servum occidere, sed neque supra modum in eum saevire. Namque Antonini Imperatoris constitutio sanxit, ut citra justam causam servum suum occidens sic puniatur, ut qui alienum servum occidit. Justa autem causa est, quum quis suum servum uxori suae concumbentem invenit, vel manus ei intulit: at is antevertens ense illum occidit. Impunis in his est caedes.

Imperator autem non modo injustam servorum necem prohibuit, sed et

principis constitutione coërcetur. nam consultus a quibusdam praesidibus provinciarum de his servis, qui ad aedem sacram, vel ad statuas principum confugiunt, praecepit, ut, si intolerabilis videatur dominorum saevitia, cogantur servos bonis condicionibus vendere, ut pretium dominis daretur. et recte: expedit enim reipublicae, ne quis rem suam male utatur, cuius rescripti, ad Aelium Marcianum emissi, verba haec sunt: *Dominorum quidem potestatem in suos servos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi. sed dominorum interest, ne auxilium contra saevitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur his, qui iuste deprecantur. ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt; et,*

---

indignationem dominorum *terminos* excedentem inhibuit in alia constitutione, quae ex hac causa originem sumsit. Quidam Julius Sabinus, adversus servos suos asper erat. Hi non ferentes immoderatam ejus acerbitatem, relicto domino, alii in sacras confugiebant aedes, alii ad statuas Imperatorias: *et* procedente Aelio Marciano provinciae praeside, inclamabant ejus auxilium. Hic autem interrogans, conditionem *eorum* cognovit, et causam hujus aditionis intellexit. Legem vero non habens, quae talem speciem dirimeret, quaesivit ex Principe quid *se* oporteret facere, omnia enarrans facta. Imperator hac re commotus admonuit, non oportere *eum* temere credere servis, aliquid contra dominos dicentibus, (servus enim natura domini hostis *est*.) Sed judicium constituere *causam*que inter illos cognoscere. Et si appareat dominorum indignatio intolerabilis, cogentur domini servos, contra quos ita saeviunt, bona conditione vendere, ac pretium dabitur dominis. Propterea autem dixit, Bona conditione, ut ne dominus succensens forte servo, graves conditiones in venditione adscribat: pactus ex. gr. ut ille in vinculis sit, aut ut nunquam manumittatur, aut ut in regione habitet, habente gravissimum insuetis coelum: ac domino vendenti potestas fiat, per pacta servum etiam post venditionem puniendi. Recte autem et illud Imperator addidit, ut et servus vendatur et pretium domino detur: quo servus quidem per venditionem acerbum effugiat dominum, dominus autem servi damnum non patiatur, propter pretii acceptionem, neque indignetur dominus, non licere sibi propriis imperare servis. Imperator enim subditis etiam invitis bene facit. Fieri enim poterat, ut servi refugio destituti sese interimerent, aut etiam fugam adornantes dominum suo *ipsorum* pretio defraudarent. Ita utrorumque curam habuit, et dominorum, et servorum. Utilis enim res est reipublicae, ne quis suo patrimonio male utatur. Sunt autem constitutionis verba, ad Aelium Marcianum rescripta, haec: dominorum potestatem imminutam oportet esse in servos, neque decet *eam* hac lege tolli, hoc est, non decet quidquam de domini juribus deminui. Expedit vero et dominis, ut adjuventur servi a dominis male habiti, vel ex ira immoderata, vel fame, vel intolerabili injuria: unde servis justa petentibus negare haud oportet. Cognosce igitur de querela *eorum* qui e familia sunt Julii Sabini, atque ad statuas confugerunt. Et si quaerens compereris

si vel durius habitos, quam aequum est, vel infami iniuria affectos cognoveris, veniri iube, ita ut in potestatem domini non revertantur. qui Sabinus, si meae constitutioni fraudem fecerit, sciet, me admissum severius executurum.

TITULUS NONUS.

DE PATRIA POTESTATE.

In potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreaverimus.

§ 1. Nuptiae autem sive matrimonium est viri et mulieris coniunctio, individuam consuetudinem vitae continens.

§ 2. Ius autem potestatis, quod in liberos habemus, proprium est civium Romanorum: nulli enim alii sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus.

§ 3. Qui igitur ex te et uxore tua nascitur, in tua potestate est.

---

inhumaniorem in eos *fuisse* Sabinum quam deceat, vel in turpissimam eos deductos actionem, venumdari jube, ita tamen, ut ne revertantur in vendentis dominium. Si enim dictus Sabinus in fraudem hujus constitutionis aliquid facere meditatus fuerit, prima quidem specie servos vendens, clanculum autum pactus, ut sibi illi reddantur, severissimum ei se praebebit Imperator, talia peccanti et ipsius eludenti constitutionem.

DE PATRIA POTESTATE.

TITULUS IX.

Cognovimus in superioribus, jus potestatis nos habere in nostros servos et in nostros liberos. In servos autum potestate dicta, reliquum *est* dicere de potestate in liberos. In potestate habemus liberos nostros, quos ex legitimis nuptiis *sive conjugio* genuimus.

§ 1. Conjugium vero dicitur Romana lingua Nuptiae sive matrimonium. Et quid est matrimonium *sive nuptiae?* Viri et mulieris conjunctio, individuam vitae consuetudinem promittens aut praestans.

§ 2. Jus autem potestatis, quod habemus in nostros liberos, Romanorum tantum proprium est. Nemo enim alius in suos liberos talem habet potestatem, qualem Romani. Itaque juris civilis est hoc jus: nam in servos *potestas est* juris gentium.

§ 3. Natus igitur e me et uxore mea, in mea potestate est; sicuti et natus

item qui ex filio tuo et uxore eius nascitur, id est nepos tuus et neptis, aeque in tua sunt potestate, et pronepos et proneptis, et deinceps ceteri. Qui tamen ex filia tua nascitur, in tua potestate non est, sed in patris eius.

TITULUS DECIMUS.

DE NUPTIIS [a]).

Iustas autem nuptias inter se cives Romani contrahunt, qui secuncundum praecepta legum coëunt, masculi quidem puberes, feminae autem viripotentes, sive patresfamilias sint, sive filiifamilias, dum tamen filiifamilias et consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt. nam hoc fieri debere, et civilis et naturalis ratio suadet in tantum, ut iussum parentis praecedere debeat. unde quaesitum est, an

---

a) *de iustis nuptiis.*

---

ex filio meo qui in potestate est, et ejus uxore, id est nepos meus ac neptis mea, similiter mihi subjecti fient. Idem *est juris* et in pronepotibus et abnepotibus ac deinceps. Nati autem ex filia mea non subjicientur potestati materni avi, meae scilicet, sed patri suo subjecti erunt.

DE NUPTIIS.

TITULUS X.

Justas vero nuptias inter se contrahunt Romani, si legibus cauta de nuptiis custodiverint. Oportet autem mares esse puberes, feminasque viripotentes: hoc est, illos excessisse quartum decimum annum, has majores esse duodecim annis. Haec autem dicimus, sive alieni, sive sui juris sint, qui nuptias coëunt. Sed in *hominibus* alieni juris etiam aliud quid quaerimus, ut consensus sit parentum quorum in potestate sunt coëuntes. Hoc enim fieri oportere et civilis et naturalis ratio exigit: Civilis quidem propter *jus* Romanis proprium, id est potestatem *patriam:* Naturalis autem, quia aequum *est, eos* qui ad eam usque aetatem *liberos* educarunt, [parentes scil.] hoc honore dignari, [id est nuptiis consentire]. Oportet autem patris praecedere jussum, [id est oportet patrem consentire]. Unde controversiae causa etiam illud exstitit: Furentis patris filius aut filia in matrimonium coïre gestiebant. Nec enim desinit in potestate habere liberos pater furore laborans: quoniam neque sana mens patris liberos in potestatem redigit paternam, (ut dicamus patrem

furiosi filia nubere, aut furiosi filius uxorem ducere possit? cumque super filio variabatur, nostra processit decisio, qua permissum est, ad exemplum filiae furiosi filium quoque posse, et sine patris interventu [b]), matrimonium sibi copulare secundum datum ex constitutione modum.

§ 1. Ergo non omnes nobis uxores ducere licet. nam quarundam nuptiis abstinendum est.

Inter eas enim personas, quae parentum liberorumve locum inter se obtinent, nuptiae contrahi non possunt, veluti inter patrem et filiam, vel avum et neptem, vel matrem et filium, vel aviam et nepotem, et usque ad infinitum. et si tales personae inter se coierint, nefarias atque in-

---

b) *interitu.*

---

mente orbatum, una et potestatem in liberos amittere) sed natus ex justis nuptiis partus. Voluerunt ergo liberi in matrimonium coire; sed cum alieni juris essent, patris indigebant consensu; consentire autem furiosus non poterat. Quaerimus an possint? et siquidem dicamus, consensum esse, cum pater expresse dicat, Placet mihi factum, talem a furioso consensum fieri morbus haud permittit. Si vero admittamus, consensum esse, cum pater videns non contradicat negotio, nuptiae sine impedimento procedent. Sed neque hoc verum est: furiosus enim tacens non consentit. Is enim tacens consentit, qui sentiens quid agatur, contradicere potest, si *sibi* illud non placeat. Furiosus autem tacet, victus a malo, non adquiescens. Quum igitur multae super his Jurisconsultorum controversiae essent, facta est constitutio nostri Imperatoris, hanc litem dirimens, ac furiosi filio permittens, legitimam sibi ducere uxorem, neque consensum patris exspectare, sicuti et filiae, (nam *jus* filiae indubium erat) *his* scilicet servandis, quae sacra continentur constitutione.

§ 1. Quum vero diximus, justas esse nuptias, si Romanus quartum decimum egressus annum duxerit Romanam duodecim annis majorem: an si quis ducat matrem suam vel sororem vel filiam, licitum *est* matrimonium? Et dicimus, nequaquam: dantur enim nuptiae prohibitae.

Atque ad harum intellectum, habe haec in modum praeviae inspectionis: Cognatio nomen est generale; dividitur autem in tria, in adscendentes, in descendentes et ex transverso. Et adscendentes quidem sunt, qui nos genuerunt, veluti pater, mater, avus, avia, et qui his etiam superiores *sunt:* Descendentes autem, qui ex nobis gignuntur, veluti filius, filia, nepos, neptis, et qui his etiam *sunt* inferiores. Ex transverso *sunt*, qui neque nos genuerunt, neque ex nobis gignuntur, sed ejusdem stirpis et radicis nobiscum *sunt* participes, veluti frater, soror, patruus vel avunculus, amita vel martertera, consobrinus, consobrina, atque ex his prognati. Transversa porro cognatio dividitur in duo, in agnatos et cognatos. Et agnati quidem sunt, qui per virilem sexum nobis conjunguntur, veluti frater consanguineus aut soror consanguinea, et liberi ex fratre *consanguineo*, atque ex filio fratris nepos, neptis;

cestas nuptias contraxisse dicuntur. Et haec adeo ita sunt, ut, quamvis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse coeperint, non possint c) inter se matrimonio iungi in tantum, ut etiam dissoluta adoptione idem iuris maneat: itaque eam, quae tibi per adoptionem filia aut neptis esse coeperit, non poteris uxorem ducere, quamvis eam emancipaveris.

§ 2. Inter eas quoque personas, quae ex transverso gradu cognationis iunguntur, est quaedam similis observatio, sed non tanta. Sane

---

c) *possunt.*

---

aut patruus et liberi ex eo, atque ex filio patrui nepos, neptis; aut amita: et simpliciter quando non invenitur persona feminina, quae causa sit cognationis, dicitur ex ordine procedere agnatio. Cognati autem *sunt*, qui per femininum sexum nos contingunt, veluti frater uterinus (non item consanguineus) et qui ex eo descendunt; aut soror uterina; aut etiam sororis consanguineae liberi, nam et ipsi sunt cognati, quoniam sororis persona agnationem diremit. Agnati dicuntur et legitimi, et cognati sive naturales: cognati autem naturales tantum, non item quoque legitimi. Quos enim lex novit, hos et natura novit: quos vero natura agnoscit, non omnino et lex agnoscit. Haec autem agnatio bifariam contrahitur, aut natura aut lege sive adoptione. Et natura quidem, quum ex nuptiis legitimis liberi prognati fuerint: adoptione autem, quum quis filium habens alium quemdam in adoptionem acceperit: sic enim adoptatus filii mei naturalis et fratris sui adoptivi est agnatus. Est vero cognatus quoque: quos enim adoptio agnatos ei facit, hos facit etiam cognatos. Etenim actus legitimus, id est adoptio, facile connectitur agnationi, quae et ipsa est legitima. Legitima enim legitimis connectuntur. Ceterum agnatio adoptioni connexa [*vel, per adoptionem contracta*] secum trahit et naturam, id est cognationem: et quos agnatos vocat adoptivus, hos et cognatos appellat: quos autem cognatos vocaturus erat, si naturalis mihi filius esset; hos, quia adoptivus est, neque agnatos neque cognatos appellat. Nam cognatio naturalis in adoptione nulla esse censetur.

Postquam tibi haec praecognita sunt, vide reliquum argumentum. Diximus in superioribus, non semper Romanum cum Romana junctum legitimas facere nuptias, quia nonnullae sint prohibitae.

Et sane inter adscendentes et descendentes in infinitum nuptiae sunt prohibitae. Nec enim potest quis ducere matrem suam, aut aviam, aut filiam, aut neptem, sive naturales sint, sive adoptivae, etiamsi maxime adoptio per emancipationis modum dissoluta sit. Pudefaciat enim *quondam* adoptivam pristina patris et avi appellatio.

§ 2. Sed et inter personas transversas aliqua est prohibitio, at non perpetua. Ecce enim, inter fratrem ac sororem non contrahuntur nuptiae, sive eodem patre eademque matre pariter sint nati, sive consanguinei tantum aut uterini tantum.

enim inter fratrem et sororem nuptiae prohibitae sunt, sive ab eodem patre eademque matre nati fuerint, sive ex alterutro eorum. sed si qua per adoptionem soror tibi esse coeperit: quamdiu quidem constat adoptio, sane inter te et eam nuptiae consistere non possunt; cum vero per emancipationem adoptio dissoluta sit, poteris eam uxorem ducere; sed et si tu emancipatus fueris, nihil est impedimento nuptiis. et ideo constat: si quis generum adoptare velit, debere eum ante filiam suam emancipare; et si quis velit nurum adoptare, debere eum ante filium emancipare.

§ 3. Fratris vel sororis filiam uxorem ducere non licet. sed nec neptem fratris vel sororis ducere quis potest, quamvis quarto gradu sint: cuius d) enim filiam uxorem ducere non licet, eius neque neptem permittitur. eius vero mulieris, quam pater tuus adoptavit, filiam non videris impediri uxorem ducere, quia neque naturali neque civili iure tibi coniungitur.

---

d) *cum.*

Si autem adoptiva mihi sit soror, donec quidem adoptio constitit, matrimonium impeditur: ea vero dissoluta, quoniam *aut* ego aut illa emancipata fuit, sine impedimento procedent nuptiae. Quum enim adoptio, quae legitima est, per emancipationem, quae et ipsa est legitima, dissoluta sit: consequenter nullam cognationis speciem ad eam habeo. Antea enim, quum ambo essemus in *ejusdem* potestate, ipsam et agnatam et cognatam vocabam: postquam autem emancipatio adoptionem dissolvit, agnatam eam non vocabo. Nec enim amplius adoptio, quae legitima est, in se continet legitimam cognationem, id est agnationem: agnatione autem sublata, dissoluta est etiam cognatio: Nam quoniam eam agnatam vocare non possum, consequenter nec cognatam.

Ideo si quis suum generum in adoptionem velit accipere, debet prius filiam emancipare. Si quis autem filium habens et nurum, nurum in adoptionem velit accipere, filium prius emancipare debet. Nisi enim hoc fecerit, per adoptionem generi vel nurus nuptiae dissolventur; invenientur enim fratres: atqui inter fratres, neque si adoptivi sint, consistit matrimonium.

§ 3. Fratris mei aut sororis meae filiam, uxorem ducere fas non *est*: sed neque horum neptem, etiamsi maxime quarti sint gradus: ex quo gradu uxorem possum ducere, veluti patrui vel amitae, *avunculi vel materterae*, filiam adoptivam. Generalis enim tibi sit regula: illius personae, cujus filiam non possum uxorem ducere, hujus neque neptem. Si autem pater meus naturalis puellam aliquam adoptaverit, et ex ea nata sit filia, possum eam uxorem ducere, quia haec cognata mihi est, quasi per femininum sexum *me* contingens. Diximus autem, cognationem naturalem in adoptione nullam esse.

§ 4. Duorum autem fratrum vel sororum liberi, vel fratris et sororis, iungi possunt [e]).

§ 5. Item amitam, licet adoptivam, uxorem ducere non licet, item materteram: quia parentum loco habentur. qua ratione verum est, magnam quoque amitam et materteram magnam prohiberi uxorem ducere.

§ 6. Affinitatis quoque veneratione quarundam nuptiis abstinere necesse est. Ut ecce privignam aut nurum uxorem ducere non licet,

---

e) *non p.*

---

§ 4. Duorum fratrum vel sororum liberi, aut fratris et sororis, inter se non possunt matrimonio conjungi.

§ 5. Amitam meam (amita autem est patris soror) haud possum uxorem ducere, etsi adoptiva est: quin nec materteram, (matertera autem est matris soror) quia matrum locum obtinent. Eadem ratione neque amitam magnam, neque materteram magnam, quia aviarum locum obtinent. Est autem amita magna avi mei soror, quam pater meus amitam, ego vero magnam amitam nomino: matertera autem magna aviae meae soror, quam mea mater appellat materteram, ego autem magnam materteram. Dictum est in amita, quod non possim eam ducere, neque si adoptiva sit; non autem in matertera.

Et quomodo contingit, ut amita sit adoptiva, aut magna amita adoptiva? Veluti avus meus paternus habens filium, meum patrem, accepit puellam quamdam in adoptionem, et pater quidem meus vocabat eam sororem adoptivam, ego autem amitam adoptivam.

Magna autem amita adoptiva quomodo contingit? Finge, proavum meum paternum, habentem filium, meum avum, accepisse in adoptionem puellam quamdam, quam meus avus vocabat sororem adoptivam, et pater meus amitam adoptivam, at ego magnam amitam adoptivam. Ideo autem in amita adoptionis *appellatio* addita fuit; non item in matertera, quia per virilem sexum mihi conjuncta, inveniebatur agnata: erat autem ipsa et cognata. Agnatus enim omnino et cognatus *est*. In matertera autem adoptio plane non impediebat nuptias: nam quum matertera per femininum sexum me contingat, cognata est: sed adoptione interjecta, nullam cognationis speciem adversus me habet, propter regulam dicentem, naturalis cognatio in adoptione nulla esse intelligitur: itaque quum hae nuptiae non prohibeantur, idcirco non apposui *in ficta specie* adoptivam materteram.

Quomodo autem hic contingit, ut matertera per adoptionem fiat? veluti avus meus maternus habens filiam, matrem meam, in adoptionem accepit puellam quamdam, quam mea mater appellabat sororem adoptivam, ego autem materteram adoptivam.

§ 6. Diximus in superioribus nuptias propter cognationem prohibitas. Sunt vero etiam aliae, non propter jus cognationis, sed propter adfinitatem haud procedentes. Adfinitas autem est necessitudo personarum per nuptias nobis conjunctarum extra cognationem. Veluti, non possum ego ducere

quia utraeque filiae loco sunt. quod scilicet ita accipi debeat, si fuit nurus aut privigna: nam si adhuc nurus est, id est, si adhuc nupta est filio tuo, alia ratione uxorem eam ducere non possis, quia eadem duobus nupta esse non potest; item si adhuc privigna tua est, id est, si mater eius tibi nupta est, ideo eam uxorem ducere non poteris, quia duas uxores eodem tempore habere non licet.

§ 7. Socrum quoque et novercam prohibitum est uxorem ducere, quia matris loco sunt. quod et ipsum dissoluta demum affinitate procedit: alioqui, si adhuc noverca est, id est, si adhuc patri tuo nupta est, communi iure impeditur tibi nubere, quia eadem duobus nupta esse non potest; item si adhuc socrus est, id est, si adhuc filia eius tibi nupta est, ideo impediuntur nuptiae, quia duas uxores habere non possis.

§ 8. Mariti tamen filius ex alia uxore et uxoris filia ex alio ma-

---

meam privignam vel nurum, quia filiarum locum tenent: et nurus quidem est filii uxor; privigna autem meae uxoris filia. Sed addendum est Quondam, dicendumque, non possum uxorem ducere, *quae* quondam mihi nurus, vel *quae* quondam mihi privigna *fuit*. Addentes enim Quondam ostendimus, non superesse personas quae adfinitatis causae fuerunt. Et tamen ne sic quidem possum *matrimonio* jungi, etiam mortuis personis, per quas adfinitas exstitit, sed pudore adfinitatis conjugium prohibemus. Quum enim dixero meam quondam nurum, ostendi obiisse meum filium, illiusque virum. Quum autem dixero meam quondam privignam, ostendi mortuam esse illius matrem, meamque uxorem. Si enim adhuc illa quidem nurus, haec autem privigna est, majori ratione prohibeor eam ducere: invenitur enim aut vir duas habens uxores, aut mulier duos habens maritos. Si enim uxorem duxero *quae* nunc mihi nurus *est*, invenitur illa habens et filium meum et me: si vero *eam quae* nunc mihi privigna *est*, eveniet mihi, ut duas uxores habeam, *eam quae* nunc mea uxor *est*, et illius filiam, privignam meam. Capitalis autem sancita est poena contra *eos qui* duplex matrimonium contrahunt. Nemo igitur majorem prohibitionem negligens, scilicet poenam capitalem; minorem tractat, dicitque conjunctionem esse prohibitam propter adfinitatis honorem.

§ 7. Non possum ducere *eam quae* mea quondam socrus, aut mea quondam noverca *fuit*, quia matrum locum obtinent. Et socrus quidem est uxoris meae mater; noverca *autem* patris mei uxor, ex qua non sum natus. Addidi vero et hic Quondam, ut ostendam non superesse personas *quae* adfinitatis causae *exstiterunt*, quia mortua est mea uxor aut pater meus: si enim adhuc vivunt, duplicitas matrimonii introducitur. Namque si meam socrum duxero, invenior duas habens uxores, socrum atque ejus filiam: sin *eam quae* nunc noverca *est*, efficietur illa duarum personarum uxor, patris mei et mea ipsius. Scis autem, capitalem esse in duplici conjugio poenam.

§ 8. Patrimus habens filium ex Titia, duxit uxorem Patrimam habentem.

rito, vel contra, matrimonium recte contrahunt, licet habeant fratrem sororemve ex matrimonio postea contracto natos.

§ 9. Si uxor tua post divortium ex alio filiam procreaverit, haec non est quidem privigna: sed Iulianus huiusmodi nuptiis abstinere debere ait; nam nec sponsam filii nurum esse, nec patris sponsam novercam esse, rectius tamen et iure facturos eos, qui huiusmodi nuptiis se abstinuerint.

§ 10. Illud certum est, serviles quoque cognationes impedimento esse nuptiis, si forte pater et filia, aut frater et soror manumissi fuerint.

§ 11. Sunt et aliae personae, quae propter diversas rationes nuptias contrahere prohibentur, quas in libris digestorum seu pandectarum ex veteri iure collectorum f) enumerari permisimus.

§ 12. Si adversus ea, quae diximus, aliqui coierint, nec vir, nec uxor, nec nuptiae, nec matrimonium, nec dos intellegitur. Itaque ii, qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris non sunt: sed tales sunt,

---

f) *collectarum.*

---

filiam ex Titio: aut etiam ex contrario, ille quidem filiam habebat, haec autem filium. Horum liberi, vulgo dicti comprivigni, recte inter se junguntur: etiamsi maxime frater aut soror iis nata fuerit ex matrimonio post ipsorum nativitatem contracto.

§ 9. Uxor mea meum matrimonium repudio dissolvens, secundo viro se conjunxit: ex hoc peperit filiam. Quaerimus, an *hanc* ejus filiam ducere possim? Et fateor, eam non esse privignam; (privigna enim est, *quae* ante meas nuptias *fuit* nata) verum propter honestatem abstinere me oportet ab illius conjunctione: nam et *ea quae* filii mei sponsa *fuit*, mihi nurus non facta est, nuptiis non subsecutis; neque patris mei sponsa mihi noverca facta est, impeditis nuptiis: et quantum per *jam* dicta poteram eas uxores ducere: sed etiam hic propter honestatem suadet nobis Julianus, ut ne ad tales accedamus nuptias.

§ 10. An vero cognatio servilis impedimento est nuptiis? veluti, aliquis manumissus est cum sua sorore: quaerimus an permissum sit, nuptias inter illos contrahi. Et quantum quidem ad *juris* subtilitatem, haud censetur aliqua inter illos esse cognatio: sed propter jus sanguinis conjunctio prohibita est.

§ 11. Sunt autem et aliae personae, quas ob diversas causas uxores ducere non possum. Sed has in Digestis sive Pandecte ex multis veteribus collectas, inscribi sanctissimus Imperator noster permisit.

§ 12. Si quis vero adversus *jam* dicta aliquam uxorem duxerit, non reveritus adscendentium aut descendentium cognationem, neque personas ex transverso prohibitas, neque animadvertens adfinitatis prohibitionem, *aut* negligens etiam cognatos una *secum* manumissos: neque ipse maritus, neque illa uxor vocabitur, immo neque matrimonium *est ille* actus, neque dos *quod*

quantum ad patriam potestatem pertinet, quales sunt ii, quos mater vulgo concepit. nam nec hi patrem habere intelleguntur, cum his etiam g) incertus est: unde solent filii spurii appellari, vel a Graeca voce, quasi σπορά δην h) concepti, vel quasi i) sine patre filii. Sequitur ergo, ut, et dissoluto tali coitu, nec dotis k) exactioni locus sit. Qui autem prohibitas nuptias coëunt, et alias poenas patiuntur, quae sacris constitutionibus continentur.

§ 13. Aliquando autem evenit, ut liberi, qui l) statim ut nati sunt in potestate parentum non fiant, postea autem m) redigantur in potestatem. Qualis est is, qui, dum naturalis fuerat, postea curiae datus, potestati patris subiicitur. nec non is, qui, a muliere libera procreatus, cuius matrimonium minime legibus interdictum fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra constitutione, dotalibus instrumentis compositis, in potestate patris efficitur: quod, et alii

---

g) *is etiam, h. e. pater, h. e. coitus.* — h) νόθος, παρὰ τὴν σπορά. — i) ἄπατρος *qu.*, ἀπάτορες *qu.*, *S. P. qu.* — k) *nec* def.; *n. d. nec donationis.* — l) def. *qui.* — m) def. *autem.*

---

datum *fuerit.* Sed quoniam haec impudicorum propositum coërcere non possunt, majorem poenam imponit lex: dicit enim ex tali conjunctione natos in potestate patris non fieri, et quos natura donavit, lex ignorat, tamquam non natos secundum suam voluntatem: sed quantum pertinet ad patris potestatem, tales sunt, quales contingit *eos* esse *qui* ex meretricia consuetudine sunt nati, nam neque hi patres habere censentur, quoniam incertus hic est propter multitudinem coëuntium: sed solent hos spurios nominare, vel a Graeca voce, quasi σπορὰδην concepti, vel quasi sine patre filii. Consequenter igitur dicendum est, tali conjunctione dissoluta, non fieri dotis repetitionem. Qui autem illicitas amplectuntur nuptias, non solum dictas sustinent poenas, sed quasdam etiam alias, quas ex Imperialibus constitutionibus discere licet.

§ 13. Porro videre aliquando licet, *quod* aliquis simul ac natus est, in potestate patris non sit, sed postea in potestate fiat. Et qualis hic est? Concubui ego mulieri cuidam, cum qua legitimas contrahere nuptias non prohibebar. Concubui autem illi, non ut uxori, sed ut meretrici forte vel concubinae. Nati inde sunt liberi. Non sunt in potestate, quia nuptiae non praecesserunt, sed naturalis est filius. Hunc postea in curiam tradidi; fiet mihi in potestate. Idem quoque est, etsi mulieri cuidam concubui, non ut uxori, quam me uxorem habere non lex, sed voluntatis impedivit defectus. Natus est puer: *is* in potestate non est. Si vero postea, sicuti constitutio religiosissimi Imperatoris nostri sancivit, dotalia *instrumenta* cum ea fiant, non modo nati ante *instrumenta* dotalia, sed et qui postea, si aliquos nasci

ex eodem matrimonio si fuerint procreati, similiter nostra constitutio praebuit [n]).

TITULUS UNDECIMUS.

DE ADOPTIONIBUS.

Non solum tamen naturales liberi, secundum ea, quae diximus, in potestate nostra sunt, verum etiam hi, quos adoptamus.

§ 1. Adoptio autem duobus modis fit, aut principali rescripto, aut imperio magistratus. Imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos

---

n) *quod et aliis liberis, qui ex eodem matrimonio fuerint procreati, similiter nostra constitutio praebuit,* et multae aliae lectiones: veluti (loco *aliis*), *alii;* (l. *qui*), *si;* (l. *f. pr.*), *postea f. p., procreatis;* (l. *praebuit*), *prohibuit.*

---

contigerit, in potestate mea fient, secundum *ea* quae sanctissimi Imperatoris nostri constitutione continentur.

DE ADOPTIONIBUS.

TITULUS XI.

In superioribus cognovimus, habere nos quidem jus potestatis in liberos nostros, ex legitimis nuptiis nobis natos. Scire autem oportet, hanc potestatem etiam in adoptivis procedere liberis.

Et quid est adoptio? Legitimus actus, naturam imitans, in solatium improlium inventus. Forte enim aliquis liberos non habens, quod matrimonium non iniit, aut iniit quidem, sed liberos haud sustulit, aut sustulit quidem, sed eos amisit. *Hic* naturae vitium, vel contingens etiam infortunium levare cupiens, accepit quemdam in adoptionem. Hoc autem dictum est, quia non modo illi in adoptionem accipiunt, qui liberos non habent: nam et habentes sine impedimento accipient, ut et in superioribus dictum est super illa specie, ubi dicebamus, *eum qui* adoptare velit generum vel nurum, prius debere filium vel filiam emancipare. Itaque in illa specie, nisi nuptiae fuissent, nihil impediebat adoptionis actum: sed dixi hic in solatium improlium adoptionem esse inventam, ut ostenderem quod ut plurimum fit.

§ 1. *Quae Graece υἱοθεσία,* Romana lingua Adoptio dicitur. Ea quum sit nomen generale, in duo dividitur, in adrogationem et aequivocam adoptionem. Adoptio autem duobus modis fit, vel ex rescripto Imperiali, vel ex magistratuum jussu.

easve, qui quaeve sui iuris sunt. quae species adoptionis dicitur arrogatio. Imperio magistratus adoptare licet eos easve, qui quaeve in potestate parentum sunt, sive primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia, sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.

§ 2. Sed hodie ex nostra constitutione, cum filiusfamilias a patre naturali extraneae personae in adoptionem datur, iura potestatis [a]) naturalis patris minime dissolvuntur, nec quicquam ad patrem adoptivum transit, nec in potestate eius est, licet ab intestato iura successionis ei a nobis tributa sunt. si vero pater naturalis non extraneo, sed avo filii sui materno, vel, si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, etiam avo paterno, vel proavo simili modo paterno vel materno, filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia in unam personam concurrunt et naturalia et adoptionis iura, manet stabile ius patris adoptivi, et naturali vinculo copulatum, et legitimo adoptionis modo [b]) constrictum [c]), ut et in familia et potestate huiusmodi patris adoptivi sit.

§ 3. Cum autem impubes per principale rescriptum arrogatur: causa

---

a) *potest.* def. — b) *nodo.* — c) *contractum, constructum, constitutum.*

Ex Imperiali rescripto eos vel eas adoptamus, qui sui juris sunt: et haec adoptionis species dicitur Adrogatio. Magistratuum vero jussu adoptare licet, *eos easve* qui quaeve alieni sunt juris, sive primum apud parentes naturales gradum obtineant, qualis est filius vel filia, sive ulteriorem, qualis est nepos, neptis. Haec autem proprie adoptio dicitur, et generali et speciali nomine.

Atqui olim omnino licebat alienae potestatis *liberum* adoptare: et potestas patris naturalis transibat ad adoptivum.

§ 2. Sed hodie religiosissimi Imperatoris nostri Constitutio edita est jubens, si quis filiumfamilias adoptet, non dissolvi naturalis patris potestatem, neque quidquam ad patrem adoptivum transire, neque filium fieri in ejus potestate, licet jus succedendi in bona adoptantis intestati dicta constitutio illi tribuerit. Si vero pater naturalis non extraneo cuidam, sed socero suo eum in adoptionem dedit, qui illi erat avus maternus; vel saepe aliquis emancipatus, postea liberos procreans, natum sibi post emancipationem filium, patri suo, atque adoptati avo paterno, in adoptionem dedit. In his enim casibus, quoniam in unam atque eamdem personam et naturalia jura, id est et genituraе, et adoptionis *jura* concurrunt, sine controversia filius in patris adoptivi potestate erit, conjunctus ei et lege et natura, et in avi paterni *vel materni* erit familia ac potestate.

§ 3. Sunt igitur multae differentiae adrogationis atque adoptionis. Et prima haec: adrogatio fit apud Principem, adoptio apud magistratus.

cognita arrogatio permittitur, et exquiritur causa arrogationis, an honesta sit, expediatque pupillo, et cum quibusdam condicionibus arrogatio fit, id est, ut caveat arrogator personae publicae, hoc est tabulario d), *si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui, si adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi essent.* item non alias emancipare eos potest arrogator, nisi causa cognita, digni emancipatione fuerint, et tunc sua bona eis reddat. sed etsi decedens pater eum exheredaverit, vel vivus sine iusta causa eum emancipaverit, iubetur quartam partem ei suorum bonorum relinquere, videlicet praeter bona, quae ad patrem adoptivum transtulit, et quorum commodum ei acquisivit postea.

§ 4. Minorem natu non posse maiorem adoptare, placet: adoptio enim naturam imitatur, et pro monstro est, ut maior sit filius, quam

---

d) Def. *h. e. t.*

Secunda differentia: Adrogatio in patribusfamilias, adoptio in filiisfamilias locum habet. Est etiam tertia differentia. Paterfamilias impubes olim adoptari prohibebatur; tandem vero permissum est *hoc* fieri, cum quadam cautione. Quum igitur per rescriptum Imperiale paterfam. impubes adoptatur, quaerere oportet, an honesta aliqua causa adoptionem conflaverit, id est an non ob turpem amorem futurus pater adoptionem fieri velit, et an hoc utile *sit* pupillo, an vero non expediat. Forte enim obaeratus est pater adoptivus, ipse autem dives, aut interdum sumtuosus. Et, si unum ex his adparuerit, non procedet adrogatio. Debet autem insuper cautionem praestare adrogator personae publicae, id est tabulario, si acciderit ut adrogatus moriatur impubes, *se* restituturum bona illis, qui ad ejus hereditatem venturi erant, nisi in adoptionem se dedisset. Sed neque aliter hunc impuberem emancipare adrogator potest, nisi adprobata justa causa. Quid enim? si aut patri adoptivo insidiatus fuit, aut aliud quid egit, quo se dignum fecit, ut patris adoptivi potestate ejiceretur, redditis scilicet illi bonis, patri adoptivo per ipsum quaesitis. Sed et si moriens adrogator eum exheredaverit, aut vivus etiam sine causa emancipaverit, jubetur quartam suorum bonorum partem ei relinquere, praeceptis scilicet *iis quae* ad patrem adoptivum transtulit, et quorum illi lucrum post adrogationem adquisivit. Haec autem omnia in adoptando filiofamilias impubere cessant: primo quidem, quia ipse filiusfam. nihil habere intelligitur: deinde quia adest pater, qui horum potest satagere, et sic eum in adoptionem dare.

§ 4. Tres diximus differentias: dicamus etiam adrogationis et adoptionis communia. Ubi enim differentia, omnino erit et *aliquid* commune.

Est autem hoc primum commune: In adoptionem accipiens major esse debet adoptando, siquidem ad naturae imitationem inventa est: namque natura patrem filio seniorem novit. Portentum enim esse censetur, et a natura

pater. debet itaque is, qui sibi per arrogationem vel adoptionem filium facit, plena pubertate, id est decem et octo annis, praecedere.

§ 5. Licet autem et in locum nepotis vel pronepotis, vel in locum neptis vel proneptis, vel deinceps, adoptare, quamvis filium quis non habeat.

§ 6. Et tam filium alienum quis in locum nepotis potest adoptare, quam nepotem in locum filii.

§ 7. Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex eo filio, quem habet iam adoptatum, vel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestate habet: in eo casu et filius consentire debet, ne ei invito suus heres agnascatur. sed ex contrario, si avus ex filio nepotem dat in adoptionem, non est necesse, filium consentire.

§ 8. In plurimis autem causis assimilatur is, qui adoptatus vel arrogatus est, ei, qui ex legitimo matrimonio natus est. et ideo, si quis per imperatorem, sive apud praetorem, vel apud praesidem provinciae non extraneum adoptaverit, potest eundem alii in adoptionem dare.

§ 9. Sed et illud utriusque adoptionis commune est, quod et hi,

---

alienum, dicere majorem patre esse filium. Haec autem et in filiisfam. et *in* patribusfam. procedunt. Porro patrem oportet annis duodevingti praecedere: haec enim aetas plena pubertas dicitur, quando etiam tarde pubescentes puberes fiunt, *corporis* habitu omnino concurrente.

§ 5. Alterum quoque commune est in his: nam in locum nepotis vel neptis, aut pronepotis et proneptis, aut inferiorum etiam adoptare possum, etiamsi maxime prolem non habeam.

§ 6. Quod autem dicetur, non communionis sed potius differentiae proprium est, quae est tertia; nam in patribusfamilias non procedit. In locum enim nepotis adoptare possum alienum filium, et rursus alienum nepotem in locum filii. Nec enim opus me sequi ordinem, qui apud naturalem patrem est.

§ 7. Est etiam quartum commune, si quis in locum nepotis adoptet aliquem, tamquam natum ex suo filio, *sive* naturali sive adoptivo, oportet omnino et ipsum consentire filium. Nam quum mortuo *illo qui* adoptavit, adoptatus recasurus sit in potestatem ejus, ex quo natum esse illum adoptio finxerat: ideo medium consentire oportet, ne invito illi suus nascatur heres. Si tamen ex contrario aliquis filium habens atque ex eo nepotem, alii nepotem in adoptionem det, non necesse est filium consentire.

§ 8. Est et quintum commune adrogationis et adoptionis in his: Quemcumque enim qui extraneus non est, adoptavero per adrogationem vel per adoptionem, sive apud principem, sive apud praetorem aut magistratum: possum hunc alii in adoptionem dare. Sicut enim in plurimis, sic etiam in hoc similitudo est adrogationis et adoptionis.

§ 9. Sextum commune adrogationis et adoptionis praebet nobis eunuchus.

qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt; castrati autem non possunt.

§ 10. Feminae quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in potestate sua habent: sed ex indulgentia principis ad solatium liberorum amissorum adoptare possunt.

§ 11. Illud proprium est illius adoptionis, quae per sacrum oraculum fit: quod is, qui liberos in potestate habet, si se arrogandum dederit, non solum ipse potestati arrogatoris subiicitur, sed etiam liberi eius in eiusdem fiunt potestate, tamquam nepotes. sic enim et divus

---

Habe autem haec tamquam in praevia inspectione. Eunuchus vocabulum est generale, sed dividitur in tria.

Nam eunuchorum alii sunt spadones, alii castrati, alii thlibiae. Et spadones sunt, qui propter vitium aut frigiditatem genitalibus membris incommodantem liberos procreare prohibentur: eo autem liberati procreant. Thlibiae vero, qui a nutrice, aut matre forsitan, testiculorum contritionem passi sunt. Castrati autem sunt, in quibus genitalium membrorum exsectio facta est. Postquam haec tibi sunt praecognita, vide reliquam argumentationem. Quaesitum est, an igitur eunuchus adoptare possit? Et dicimus, castratum quidem et thlibiam non adoptare, neque patremfamilias apud principem, neque filiumfam. apud magistratum. Quibus enim natura liberorum procreationem negavit, his etiam jus *civile,* naturae vestigia premens: namque his procreandi spes nulla *est.* Spado autem (quoniam ei spes *est:* verisimile enim, *eum* vitio liberatum liberos procreare posse) adoptabit, tam filiumfamilias quam patremfam. Sed spado filiumfam. adoptans hunc in potestate non habebit: omnino enim adoptatus extraneus erit. Nam quomodo spado avus paternus vel maternus esse poterit? nisi forte quis dixerit, spadonem non modo illum esse, qui ab initio liberos procreare non potuerit, sed speraverit: verum etiam illum, qui olim quidem procreare potuerit, sed postremo propter vitium ei accidens in procreandi impotentiam devenerit.

§ 10. Est etiam commune septimum, quod mulier facit. Mulier enim neque per adrogationem, neque per adoptionem adoptare potest quemquam. Adoptio enim dat nobis in filium potestatem: haec autem liberos naturales in potestate non habet: at lex imitatur naturam. Consequenter igitur non adoptabit quemquam, nisi forte ex indulgentia Principis, in solatium mortuorum liberorum, adoptare voluerit. Itaque mulier, quae liberos non habuit, neque per rescriptum Imperiale quemquam adoptabit.

§ 11. Praeter dictas differentias haec quoque est: Si quempiam adoptavero, qui filium in potestate habet, sequitur eum et filius. Et ille quidem apud me erit loco filii, hic autem loco nepotis. Si vero filiumfam. ex quo filius est natus, adoptavero, ipse solus transibit, filium autem suum apud naturalem avum relinquit. Et manifesta *est* ratio, quoniam qui in potestate est, *alium* in potestate habere non potuit. Quod autem *is,* qui filium in potestate habet, et in adoptionem accipitur, proprium filium secum trahat, manifestum *est:*

Augustus non ante Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptavit: ut protinus adoptione facta, incipiat Germanicus Augusti nepos esse.

§ 12. Apud Catonem bene scriptum refert antiquitas, *servi si* [e]) *a domino adoptati sint, ex hoc ipso posse liberari.* unde et nos eruditi in nostra constitutione etiam eum servum, quem dominus actis intervenientibus filium suum nominaverit, liberum esse constituimus, licet hoc ad ius filii accipiendum ei non sufficit.

TITULUS DUODECIMUS.

QUIBUS MODIS IUS POTESTATIS [a]) SOLVITUR.

Videamus nunc, quibus modis hi, qui alieno iuri subiecti sunt, eo iure liberantur [b]).

---

e) *Servos, si.*

a) *patriae p.* — b) *liberentur.*

---

ex eo quod Augustus non prius Tiberium, qui postea Imperator factus est, adoptavit, quam hic Germanicum adoptasset: nam quoniam et Tiberium filii loco, et Germanicum nepotis loco habere, atque hoc per unam adoptionem fieri volebat, curavit ut prius Germanicus a Tiberio adoptaretur: postea ipse sic Tiberium adoptavit.

§ 12. Quidam servum suum adoptavit: quaerimus an rata sit adoptio, aut quid inde efficiatur? Et dicunt veteres Catonem dixisse, adoptionem quidem non valere, nam in liberis *personis* haec procedit: sed adoptio, licet maxime ut adoptio rata non sit, tamen servum liberum efficit. Qui enim servum adoptare voluit, manifestum est, quod eum tacite servitute liberare studuerit. Hic igitur, quod quidem expressit, non peregit: quod autem non cogitavit, effecit. Hinc motus Imperator noster sanctissimus constituit, aliquo in judicium veniente atque in actis dicente de servo aliquo, filius meus est; ex his verbis servum quidem non esse filium, sed desinere servum esse.

QUIBUS MODIS JUS PATRIAE POTESTATIS SOLVITUR.

TITULUS XII.

Didicimus ex superioribus, in quos habeamus *jus* potestatis, id est in servos et liberos nostros, tam naturales quam adoptivos. Exsecuti etiam adrogationis *atque adoptionis* differentias et communiones, (sunt enim differentiae

Et quidem servi quemadmodum potestate liberantur, ex his intellegere possumus, quae de servis manumittendis superius exposuimus.

Hi vero, qui in potestate parentis sunt, mortuo eo sui iuris fiunt. Sed hoc distinctionem recipit. Nam mortuo patre sane omnimodo filii filiaeve sui iuris efficiuntur. mortuo vero avo, non omnimodo nepotes neptesque sui iuris fiunt, sed ita, si post mortem avi in potestatem patris sui recasuri non sunt: itaque si moriente avo pater eorum et vivit, et in potestate patris sui est, tunc post obitum avi in potestate patris sui fiunt; si verò is, quo tempore avus moritur, aut iam mortuus est, aut exiit de potestate patris, tunc hi, quia c) in potestatem eius cadere non possunt, sui iuris fiunt.

§ 1. Cum autem is, qui ob aliquod maleficium in insulam deportatur, civitatem amittit: sequitur, ut, qui eo d) modo ex numero civium Romanorum tollitur, perinde e) ac si mortuo eo, desinant liberi in potestate eius esse. pari ratione et si is, qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit, desinit in potestate parentis esse. Sed si ex

---

c) *qui.* — d) *quia* .., *eo qui.* — e) *est*, *habeatur.*

---

sex, communiones septem) nunc videamus, quo modo jus potestatis solvatur. Quod enim aliquo modo contrahitur, illud et aliquo modo dissolvitur. Dissolvit autem in servos potestatem modus manumissionis. Libertas autem quot modis contingat, antea diximus: nam domini mors non servitutis liberationem, sed dominii mutationem promittit.

In filios autem potestas *quam*plurimis dissolvitur modis: primo enim parentis mors sui juris facit filium. Scire autem debes, parentes dici omnes adscendentes, liberos vero omnes descendentes. Quod diximus, patris mortem sui juris facere filium, habet aliquam distinctionem. Nam si pater est qui obiit, sine controversia filius ac filia sui juris fiunt: mortuo autem avo, non semper nepotes neptesque sui juris fiunt. Spectare enim oportet tempus obitus avi: et quidem si inveniatur persona media, id est filiusfamilias, nepotes autem illo tempore in potestate avi, quo moritur, erunt nepotes in potestate patris, mortuo avo: recident enim in sui patris potestatem. Si vero medius vel ante patrem mortuus, vel potestate ejus liberatus sit, tunc nepotes, quia non recidunt in ejus potestatem, sui juris fient.

§ 1. Dissolvit autem in filium potestatem, etiam patris deportatio. Si quis enim aliquo crimine accusatus, convincatur et hujusmodi sententiam a magistratu accipiat, *volo te deportari in illam insulam;* simul ac dicta fuerit sententia, jus ei adimit civitatem et bona, et fit peregrinus, Romana civitate privatus: atque hoc modo, ut ipsius morte, ita et deportatione desinit filius esse in potestate. Romanus enim cum sit filius, nequit in potestate esse peregrini: soli enim Romani filios in potestate habent. Sed et si filius fuerit

indulgentia principali restituti fuerint, per omnia f) pristinum statum recipiunt.

§ 2. Relegati autem patres in insulam, in potestate sua liberos retinent. et ex contrario liberi relegati in potestate parentum remanent.

§ 3. Poenae servus effectus filios in potestate habere desinit. Servi autem poenae efficiuntur, qui in metallum damnantur, et qui bestiis subiiciuntur.

§ 4. Filiusfamilias si militaverit, vel si senator, vel consul fuerit factus, manet in patris potestate. militia enim, vel consularia g) dignitas de patris potestate filium non liberat. Sed ex constitutione nostra summa patriciatus dignitas, illico ab imperialibus codicillis praestitis, a patria potestate liberat. quis enim patiatur, patrem quidem posse per emancipationis modum suae potestatis nexibus filium relaxare, imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate?

§ 5. Si ab hostibus captus fuerit parens, quamvis servus hostium

---

f) *f. p. o.* — g) *consularis.*

---

deportatus, in potestate esse desinit: cum enim peregrinus sit, in potestate Romani esse nequit. Si tamen ex Imperatoris indulgentia revocatus civitatem recipiat, omnia ei in pristinum restituuntur statum.

§ 2. Si quidem non deportatus, sed relegatus fuerit pater; dixit enim magistratus, *relego te in illam insulam*, jus non adimit patri civitatem. Quapropter in *suo* statu manet, habens liberos in potestate: atque ex contrario, si liberi relegentur, non liberantur patris potestate.

§ 3. Accusatus est quis ut qui quid deliquerit: postea crimine probato, magistratus pronuntiavit, *mitto te in metallum*, aut *bestiis te trado*. Hic statim servus fit, *simul cum* poena non civitate modo excidens, sed et libertate: atque hoc modo sui juris fiunt ejus liberi.

§ 4. Filiusfamilias armatam secutus est militiam, aut senator aut consul etiam factus est: manet nihilominus in potestate patris. Militiae enim vel consulatus dignitas filium sui juris non facit. Si vero filiusf. fiat patricius, tunc ex constitutione Imperatoris nostri, simul ac codicillos patriciatus acceperit, patris potestate liberatur. Quis enim patiatur, patrem quidem posse per emancipationem dissolvere potestatis vinculum? imperatoriae autem potestatis majestatem non posse patris potestati eximere eum, quem sibi patrem fecit?

§ 5. Evenit ut meus pater captivus ab hostibus abduceretur, et *sic* nimirum servus hostium factus est. Quaerimus, utrum ego captivi filius, mei juris sim an alieni? Et sane mei me juris dicere non possum, propter spem postliminii. Postliminium autem est jus aliquod, revertentibus ab hoste restituens

fiat, tamen pendet ius liberorum, propter ius postliminii: quia hi, qui ab hostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia pristina iura recipiunt. idcirco reversus et liberos habebit in potestate, quia postliminium fingit eum, qui captus est, semper in civitate fuisse. si vero ibi decesserit, exinde, ex quo captus est pater, filius sui iuris fuisse videtur. Ipse quoque filius neposve si ab hostibus captus fuerit, similiter dicimus propter ius postliminii, ius quoque potestatis parentis in suspenso esse. Dictum est autem postliminium a *limine* et *post*, ut [h]) eum, qui ab hostibus captus in fines nostros postea pervenit, postliminio reversum recte dicimus [i]). nam limina sicut in domibus finem quendam fa-

---

h) *et, proinde ut, inde et, unde, nam.* — i) *dicamus, dicemus.*

---

omnem statum pristinum. Cur autem postliminium vocetur, deinceps dicemus. Pater reversus, liberos in suam potestatem recipiet. Postliminium enim sic eum fingit, quasi semper in civitate mansisset, eaque nunquam exiisset. Neque vero interim mei me juris dicere possum. Quomodo enim ego Romanus in potestate ero servi hostilis? Itaque jus potestatis *patriae* interim in suspenso erit. Et si quidem reverterit pater, in potestate ejus ero: sin illic mortuus fuerit, mei juris fiam. Et me quidem mei juris fieri, illo apud hostes mortuo, res confessa est: sed quaerimus, ex quo tempore videar potestate liberari? utrum ex quo captus est, an ex quo apud hostes obiit? est enim omnino aliqua differentia, et maxime. Finge enim, habere aliquem duos filios, et bis mille aureorum patrimonium, captumque esse ab hostibus. Horum autem alter erat diligens, et mille aureos accipiens e bonis patris, suis laboribus scivit aureos mille negotiando lucrifacere: alter autem negligens, nihil adquisivit. Post tempus aliquod renuntiatur, apud hostes obiisse eorum patrem. Volebant igitur hereditatem paternam partiri. Et dicebat negligens, nunc quum vere pater obiit, nostri juris facti sumus. itaque quaecumque tu diligens adquisisti, patris sunt, et oportet nos tria millia partiri, id est, capere *utrumque* millenos quingentos. Diligens autem dicebat, ex eo *tempore*, ex quo evenit ut pater caperetur, nostri nos juris esse factos. Videtur enim non reversus illo decessisse tempore. Itaque ut paterfamilias, quaecumque adquisivi, mihi ipsi, non alii, adquisivi. Et huic potius obsequimur sententiae.

Sed et si filius aut nepos meus ab hostibus fuerit captus, similiter dicimus, potestatis in eum jus suspensum esse. Neque enim dico me filium in potestate non habere, propter jus postliminii: nam fieri potest ut redeat. Quomodo autem, qui semel mea potestate exiit, nulla re interveniente, eidem subjicitur. Postliminium enim non solum restituit mihi, quam in alios habebam potestatem, sed et quam alii in me habebant potestatem, mihi reservat. Neque dico salvum mihi esse jus potestatis in filium: quomodo enim in potestate habere possum servum hostium? itaque in suspenso erit jus potestatis.

Dictum autem est postliminium a *limine* et *post*. Eum enim, qui ab hostibus

ciunt, sic et imperii finem limen esse veteres voluerunt. (hinc et limes dictus est, quasi finis quidam et terminus.) Ab eo postliminium dictum, quia eodem limine revertebatur, quo amissus erat. Sed et qui victis hostibus recuperatur, postliminio rediisse existimatur.

§ 6. Praeterea emancipatione quoque desinunt liberi in potestate parentum esse. Sed ea emancipatio antea quidem vel per antiquam legis observationem procedebat, quae per imaginarias venditiones et intercedentes manumissiones celebrabatur, vel ex imperiali rescripto. Nostra autem providentia et hoc in melius per constitutionem reformavit, ut, fictione pristina explosa, recta via apud competentes iudices vel magistratus parentes intrent, et filios suos vel filias, vel nepotes vel neptes, ac deinceps, sua manu dimitterent. et tunc ex edicto praetoris in huius filii vel filiae, nepotis vel neptis bonis, qui vel quae a parente manumissus vel manumissa fuerit, eadem iura praestantur pa-

---

captus est, et in fines Romanos postea pervenit, recte dicimus per postliminium rediisse. Etenim uti limina in domibus ipsarum aedium sunt finis, ita et Romani imperii limen *ejus* terminum esse veteres voluerunt. Unde et *limes* dictus est, tamquam finis aliquis et terminus. Hinc etiam postliminium dictum est, quoniam per idem limen revertitur, per quod amissus fuerat, ab hostibus captus. Non solum autem, qui hostes effugit, aut ab ipsis dimissus est, habet postliminium, sed etiam qui devictis hostibus a nobis receptus est.

§ 6. Solvit etiam jus potestatis emancipatio. Et quid est emancipatio? Actus tres emancipationes et tres manumissiones, aut unam emancipationem atque unam manumissionem continens. Olim autem emancipatio sic fiebat: Quinque aderant testes, et libripens libram et aereum nummum ferens, et medius quis. Tum praesentibus illis medius filium de patre emebat, dans ei in speciem pretii imaginarii unum illum nummum, atque ita in potestatem medii transibat filius, quasi loco servi. Medius filium manumittebat vindicta: et ille tacita quadam ratione recurrebat in patris potestatem. Secundo vendebat eum eodem modo, et accipiens vindicta eum manumittebat: ac rursus arcana ratione in patris revertebatur potestatem. Vendebat eum tertio *pater*, et sic jus potestatis solvebatur: nam manumittebatur vindicta, suique fiebat juris. Itaque dissolvunt potestatem tres emancipationes et tres manumissiones. Emancipatio autem dicitur venditio, quae dicto fiebat modo. [Filium sui juris faciunt tres emancipationes et tres manumissiones.] Ideo autem vendebatur filius, ut videretur in servitutem redigi, ac libertas ei congrue praestaretur: nam liber manumitti non poterat. Filia tamen et nepos et neptis ceteraeque personae per unam emancipationem unamque manumissionem sui fiebant juris. Haec autem peragebantur etiam per rescriptum principale: sed haec quidem olim. Postea vero edita est religiosissimi Imperatoris nostri constitutio, quae in melius haec reduxit, ut veterem speciem et imaginarias venditiones omittentes parentes competentem judicem vel Praesidem adire possint, suosque

renti, quae tribuuntur patrono in bonis liberti; et praeterea si impubes sit filius vel filia, vel ceteri, ipse parens ex manumissione tutelam eius nanciscitur.

§ 7. Admonendi autem sumus, liberum esse arbitrium ei, qui filium et ex eo nepotem vel neptem in potestate habebit, filium quidem de potestate dimittere, nepotem vero vel neptem retinere; et ex diverso filium quidem in potestate retinere, nepotem vero vel neptem manumittere (eadem et de pronepote vel prōnepte dicta esse intellegantur), vel omnes sui iuris efficere [k]).

§ 8. Sed et, si pater filium, quem in potestate habet, avo vel proavo naturali, secundum nostras constitutiones super his habitas, in adoptionem dederit, id est, si hoc ipsum actis intervenientibus apud competentem iudicem manifestaverit, praesente eo, qui adoptatur, et non contradicente, nec non eo, qui adoptat, solvitur quidem ius potestatis patris naturalis, transit autem in huiusmodi parentem adoptivum, in cuius persona et adoptionem plenissimam esse antea diximus.

---

k) *vel .. eff. Ead. .. int.*

---

filios vel filias, vel nepotes vel neptes, ac deinceps, sua dimittere potestate, simpliciter dicentes: *hunc emancipo meaque emitto manu.* Et post hanc emancipationem si evenerit, ut emancipatus aut emancipata moriatur improles *ac* testatus, eadem *jura* ex edicto Praetoris parenti manumissori praestabuntur in bona filii defuncti, quae patrono in bona liberti improlis cum testamento defuncti dantur. Sed etsi accidat, ut emancipati sint impuberes, manumissor eos tuebitur: comitatur enim libertatis dationem tutelae onus.

§ 7. Habebat quis filium et ex eo nepotem vel neptem in *sua* potestate: potest filium quidem emancipare, nepotes autem in potestate retinere; atque e diverso nepotes emancipare, et filium retinere in potestate. Quod si pronepotem habeat vel proneptem, idem dicimus, *scil.* licere pronepotem quidem emancipare, filium vero et nepotes retinere; vel etiam e contrario, filium et nepotes emancipare, ac pronepotem retinere, aut etiam omnes emancipare.

§ 8. Est etiam alius modus, potestatem dissolvens. Namque si ego filiumfam. meum in adoptionem dedero avo paterno aut materno, dissolvitur quod in eum habui, jus potestatis, atque in avum transfertur. Fit autem hunc *in* modum per acta quae fiunt apud magistratum competentem. Si enim introiens pater, praesente avo accepturo eum in adoptionem, et filio insuper, qui in adoptionem datur, consentiente neque contradicente, suam declaraverit sententiam, dicens: *hunc in adoptionem do illi;* tum jus potestatis in avum transfertur. In hac enim specie diximus adoptionem suam *vim* exserere, et adoptatum facere filiumfamilias.

§ 9. Illud autem scire oportet, quod, si nurus tua ex filio tuo conceperit, et filium postea emancipaveris, vel in adoptionem dederis, praegnante nuru tua, nihilominus quod ex ea nascitur, in potestate tua nascitur; quod, si post emancipationem, vel adoptionem fuerit conceptus, patris sui emancipati, vel avi adoptivi potestati subiicitur;

§ 10. et quod neque naturales liberi, neque adoptivi ullo paene modo possunt cogere parentem, de potestate sua eos dimittere.

TITULUS DECIMUS TERTIUS.

DE TUTELIS.

Transeamus nunc ad aliam divisionem personarum. nam ex his personis, quae in potestate non sunt, quaedam vel in tutela sunt, vel in curatione, quaedam neutro iure tenentur. videamus igitur de his, quae in tutela, vel in curatione sunt: ita enim intellegemus ceteras personas, quae neutro iure tenentur.

---

§ 9. Habebat quis filium in potestate, qui uxorem habebat praegnantem: filium emancipavit, vel in adoptionem dedit avo: post illa natus est nepos: quaerimus, cujus in potestate sit infans, utrum avi an patris? et dicimus, eum in avi potestate nasci: quoniam in justis nuptiis conceptionis tempus spectamus. Quum autem conceptio facta fuit, in potestate erat filius qui eum genuit, et consequenter in potestate est avi naturalis. Si vero post emancipationem vel adoptionem conceptus et natus fuerit, subjicitur potestati patris sui aut avi adoptivi.

§ 10. Hoc autem regulariter scire debemus, filium meum familias, sive naturalis sit sive adoptivus, nullam mihi imponere posse necessitatem, ut ipsum emancipem.

TITULUS XIII.

DE TUTELIS.

Diximus, hominum alios esse servos, alios liberos; et liberorum alios esse ingenuos, alios libertinos: diximus et secundam divisionem, alios sui esse juris, alios alieni. Quum ergo de potestate diximus in servos, atque in liberos, quam justae nuptiae efficiunt, aut adoptio quoque: quumque etiam horum solutionem diximus, transeamus ad aliam divisionem. *Hominum* sui juris alii in tutela, alii in cura, alii neque in tutela neque in cura sunt. Sed quoniam multi sunt, qui neutro *jure* tenentur; dicamus *de his* qui in tutela et cura

Ac prius dispiciamus de his, quae in tutela sunt.

§ 1. Est autem tutela (ut Servius definit) ius [a]) ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter aetatem se defendere nequit, iure civili data ac permissa.

§ 2. Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent, ex qua [b]) re ipsa [c]) nomen ceperunt. itaque appellantur tutores, quasi tuitores atque defensores, sicut aeditui dicuntur, qui aedes tuentur.

§ 3. Permissum est itaque parentibus, liberis impuberibus, quos in potestate habent, testamento tutores dare. et hoc in filio filiaque omnimodo procedit; nepotibus tamen neptibusque ita demum parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in patris sui potestatem non sint recasuri. itaque si filius tuus mortis tuae tempore in potestate tua sit, nepotes ex eo non poterunt testamento tuo tuto-

---

a) *vis.* — b) *exque.* — c) *ipsi, ipsum,* def.

---

sunt: qui vero inter hos non sunt, nimirum inter illos sunt. Et prius dispiciamus *de his* qui sub tutoribus agunt. Utique enim scire debes, ab alieni juris *hominibus* esse alienum, in tutela esse; ac proprium *hominum* sui juris.

§ 1. Et primo definiamus, quid sit tutela. Tutela est, ut Servius definit, jus aliquod et potestas in caput liberum data, et in tuitionem ejus inventa, propter aetatis imbecillitatem, quae sibi ipsa praeesse *seque regere* nequit, ex civili *juris* ratione permissa.

§ 2. Tutores igitur sunt, qui dictam vim ac potestatem habent, quibus necesse *est* curam agere pupilli, et res ejus custodire: ex eo autem quod ab iis fit, appellationem acceperunt: nam latine *tutores* vocantur, quod quasi *tuitores* quidam sint, quasi in tutiore statu collocantes pupilli bona, et ubique eum defendentes: sicut *aeditui* dicuntur sacerdotes, qui *aedes tuentur,* i. e. templa.

§ 3. Dicamus primo loco, qui quibus tutores relinquant. Tutores relinquunt liberis in potestate *sua agentibus* patres in testamento. Atqui paulo ante diximus, alienum esse *hominum* alieni juris, esse in tutela: sed scire debes, relinqui quidem liberis qui in potestate sunt, sed post mortem patris, quando liberi sui fiunt juris. Tunc etenim valebunt in testamento scripta. Itaque patres liberis impuberibus in potestate *sua agentibus* relinquunt tutorem in testamento, tam maribus quam feminis. Nepotibus autem et neptibus tunc relinqui possunt, quando hi post avi mortem in patris sui potestatem non sunt recasuri. Itaque, si quis filium in potestate habeat, et ex eo nepotem, reliquerit autem nepoti in testamento tutorem, siquidem tempore mortis testatoris medius in potestate remansit, nepotes non erunt in tutela testamentarii tutoris: nam post avi mortem filiifam. facti suo patri, nulla ratione in tutela erunt: dictum enim est, alienum esse *hominum* alieni juris, esse in tutela.

rem habere, quamvis in potestate tua fuerint; scilicet quia, mortuo te, in patris sui potestatem recasuri sunt.

§ 4. Cum autem in compluribus aliis causis postumi pro iam natis habentur, et in hac causa placuit non minus postumis, quam iam natis testamento tutores dari posse, si modo in ea causa sint, ut, si vivis parentibus nascerentur, sui et in potestate eorum fierent.

§ 5. Sed si emancipatio filio tutor a patre testamento datus fuerit, confirmandus est ex sententia praesidis omnimodo, id est sine inquisitione.

Sin autem evenerit, ut media persona mortis tempore sui juris inveniatur, tunc, quoniam mors avi nepotem sui juris efficit, datio tutelae valet, procedens in *homine* sui juris.

§ 4. Et liberis quidem, qui in *rerum* natura sunt, posse nos tutorem dare, manifestum *est:* an vero etiam postumis? Postumi autem sunt, qui post mortem nostram nascuntur. Et dicimus, vel maxime: quoniam in multis casibus pro jam natis accipiuntur. Sed tunc postumis tutores recte dantur, quando, si vivis nobis nati essent, in potestate nostra futuri fuissent, quos alius haud praecedit, qui dicuntur SUI.

§ 5. Sin emancipato filio pater testamento tutorem reliquerit, datio quidem non valet secundum civilem *juris* rigorem, quia dictum est, solis filiisfam. tutores testamentarios dari: sed praetor aut magistratus *vel praeses* defuncti voluntatem implens, hanc confirmat dationem sine inquisitione, i. e. non inquirens, an locuples sit vel possit pupilli res administrare, quum ei sufficiat ad plenissimam horum *omnium* probationem defuncti testimonium.

TITULUS DECIMUS QUARTUS.

QUI DARI TUTORES TESTAMENTO POSSUNT.

Dari autem potest tutor [a]) non solum paterfamilias, sed etiam filiusfamilias.

§ 1. Sed et servus proprius testamento cum libertate recte tutor dari potest. sed sciendum est, eum, et sine libertate tutorem datum, tacite libertatem directam accepisse videri, et per hoc recte tutorem esse. plane si per errorem, quasi liber, tutor datus sit, aliud dicendum

---

a) *t. testamento.*

QUI TESTAMENTO TUTORES DARI POSSUNT.

TITULUS XIV.

Postquam diximus, qui relinquant tutores, discamus quoque quos liceat relinquere. Relinquimus non modo patresfam. sed etiam filiosfam.

§ 1. Et servum nostrum in testamento cum libertate recte tutorem damus. Quod si servum quidem filio meo tutorem reliquero, libertatem vero ei non adscripsero, sed quod dicitur, sine libertate eum tutorem dedero, propter impuberum favorem, placuit tacitam libertatem directam illi competere, atque idcirco tutelam ratam fieri. Ideo autem dixi directam libertatem, ut simul cum morte testatoris servus sine impedimento servitute liberatus tutelam suscipiat: nam si fideicommissaria esset, indigeret pupillari manumissione.

Quid hoc autem sit, necesse *est* clarius dicere. Habe autem haec in modum praeviae inspectionis. Testamentum legenti invenire licet diversa verba: Sunt enim quaedam, quibus heredem scribimus; alia, quibus *quid* legamus; alia, quibus tutores damus; alia, quibus libertatem relinquimus; alia, quibus fideicommissum vel libertatem fideicommissariam relinquimus. Heredem scribimus dicentes, *illium heredem esse jubeo*, et haec vocatur heredis institutio: Legamus autem sic, *huic lego decem* [*solidos*], et vocatur datio legati: Tutorem sic damus, *illum filio meo tutorem do*, et dicitur tutoris datio: libertatem relinquimus sic, *ille servus meus liber esto*, et dicitur libertatis datio. Sed omnia haec verba dicuntur directa. Relinquimus autem et aliis verbis res sic, *rogo te heres ut des illi decem solidos*, et dicitur fideicommissum: Libertatem sic relinquimus, *rogo te heres ut servum illum meum manumittas*, et dicitur haec libertatis fideicommissariae datio. Verba autem haec, quibus fideicommissum efficitur, dicuntur precaria. Itaque relinquimus libertatem directam quidem per *verbulum esto*, precariam vero per *rogo*. Ambarum autem libertatum haec *est* differentia: quod directa, simul ac heres institutus suscipiat hereditatem, suam *vim* exserat, servumque servitute liberet: sed precaria etiam aliquo heredis

est. Servus autem alienus pure inutiliter testamento datur tutor: sed ita, *cum liber erit,* utiliter datur. Proprius autem servus inutiliter eo modo tutor datur.

§ 2. Furiosus, vel minor vigintiquinque annis tutor testamento datus, tunc tutor erit, cum compos mentis, aut maior vigintiquinque annis factus fuerit.

§ 3. Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel sub condicione, vel ante heredis institutionem, posse dari tutorem, non dubitatur.

§ 4. Certae autem rei vel causae tutor dari non potest, quia personae, non causae vel rei datur.

---

facto indigeat, id est, ut liberet eum vindicta, aut uno ex supra dictis modis. Postquam tibi haec sunt praecognita, vide reliquum argumentum: Dictum est *a* nobis, si servum meum sine libertate tutorem meo filio reliquero, directam ei tacite deferri libertatem; directam autem ideo, ut ne facto heredis indigeat, sed ex ipso testamento libertas ei competat. Si enim fideicommissaria foret, et pupillus scriptus esset heres, non posset servum relictum sibi tutorem manumittere. Scis enim, minorem viginti annis non posse servum suum manumittere, quum lege Aelia Sentia prohibeatur, nisi in consilio justam causam adprobaverit. Sed dicere quis possit, etiam hanc esse justam causam. Verum primo non adnumeravimus supra justis causis hanc quoque causam: etsi autem specialiter adnumerassemus, indigeremus consensu et auctoritate tutoris. Quomodo autem consentire potest, qui nondum est tutor, sed in servis censetur? Quod si testator suum servum liberum esse opinans, ut liberum, reliquerit tutorem, non jam dicimus libertatem illi tacite deferri. In praecedenti enim specie, ex defuncti voluntate eam illi dedimus, at in praesenti specie nulla talis defuncti voluntas inveniri potest. Quomodo enim? illo putante eum esse liberum?

Alienus servus in testamento pure, inutiliter tutor datur. Sic tamen potest: *ille illius servus tutor esto, cum liber erit.* Nostrum autem servum sub tali conditione inutiliter damus tutorem, dicentes: *servus noster tutor esto, cum liber erit.* Et ratio est manifesta: quoniam quem in nostra habemus potestate, eum in casum deducere non debemus.

§ 2. Si furiosum aut annis etiam minorem, tutorem testamento reliqui; fient tutores, quum ille resipuerit, hic vicesimum quintum annum excesserit.

§ 3. Ad certum tempus vel ex certo tempore recte tutor datur. Ad certum tempus, veluti *ille tutor esto usque ad duos annos:* ex certo tempore, veluti *ille tutor esto post biennium mortis meae.* Potest quoque sub conditione: *tutor esto, si navis ex Asia venerit.* Possumus etiam ante heredis institutionem relinquere tutorem: veluti ut si dicamus, *ille tutor esto mei filii. at ille meus heres esto.*

§ 4. Non possumus autem ad certam rem aut certam causam relinquere tutorem: veluti, *ille tutor esto in illo agro aut in illa lite.* Nam personae solet tutor dari, non causae vel rei.

§ 5. Si quis filiabus suis vel filiis tutores dederit, etiam postumae, vel postumo videtur dedisse, quia filii vel filiae appellatione et postumus et postuma continentur. Quodsi nepotes sint, an appellatione filiorum et ipsis tutores dati sunt? dicendum est, ut ipsis quoque dati videantur, si modo liberos dixit; ceterum, si filios, non continebuntur: aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. Plane si postumis dederit, tam filii postumi, quam ceteri liberi continebuntur.

TITULUS DECIMUS QUINTUS.

DE LEGITIMA AGNATORUM TUTELA.

Quibus autem testamento tutor datus non sit, his ex lege duodecim tabularum agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi.

§ 1. Sunt autem agnati per virilis sexus personas cognatione [a])

---

a) *cognationem* (def. *personas*).

---

§ 5. Si *quis* suis filiabus vel suis filiis tutorem reliquerit, etiam postumabus et postumis videtur reliquisse: quoniam filii vel filiae appellatione etiam postumus et postuma continetur. Ergone etiam nepotes filiorum appellatione continentur, ut illis *quoque* datus videatur, qui filiis datus est tutor, ut filiorum appellatione etiam nepotes significentur? Et dicimus, vel maxime, dummodo non dixerit filiis, sed liberis. Si enim dixit: *filiis meis tutorem do*, non continentur nepotes. Aliter enim filii, et aliter nepotes appellantur. Si vero dixit: *postumis do tutorem*, tunc quicumque natus fuerit, sive filius, sive nepos, in tutela erit sub tutore dato.

DE LEGITIMA AGNATORUM TUTELA.

TITULUS XV.

Diximus posse a parentibus testamentarium relinqui tutorem liberis in potestate *sua agentibus*. Quid ergo, si non est tutor testamentarius? aut enim pater intestatus obiit, aut testatus tutorem relinquere oblitus est, aut relictus a testatore ante obiit: quis eos tuebitur? tunc XII tabularum lex his agnatos dat.

§ 1. Et qui sunt agnati? Habe haec in modum praeviae inspectionis. Cognatio nomen est generale: dividitur autem in tria, in adscendentes, in descendentes, in *propinquos* ex obliquo. Et adscendentes quidem sunt, qui

coniuncti, quasi a patre cognati: veluti frater eodem patre natus, fratris filius, neposve ex eo, item patruus, et patrui filius, neposve ex eo. At qui per feminini sexus personas cognatione iunguntur, non sunt agnati, sed alias naturali iure cognati. itaque amitae tuae filius non est tibi agnatus, sed cognatus (et invicem scilicet tu illi eodem iure coniungeris), quia qui nascuntur patris, non matris, familiam sequuntur.

§ 2. Quod autem lex ab intestato vocat ad tutelam agnatos, non hanc habet significationem, si omnino non fecerit testamentum is, qui poterat tutores dare, sed si, quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit. quod tunc quoque accidere intellegitur, cum is, qui datus est tutor, vivo testatore decesserit.

§ 3. Sed agnationis quidem ius omnibus modis capitis deminutione

---

nos genuerunt, pater, mater, avus, avia, proavus, proavia, et his etiam superiores: descendentes autem, qui e nobis nascuntur, filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, et his etiam inferiores. Ex obliquo vero, qui neque nos genuerunt, neque ex nobis nascuntur, sed ejusdem stirpis et radicis nobiscum *sunt* participes, veluti frater, soror, patruus *vel avunculus*, amita *vel matertera*, consobrinus, consobrina, atque ex his progeniti. Haec autem ex obliquo cognatio dividitur in duo, in agnatos et cognatos. Et agnati quidem sunt, qui ex virili cognatione nobis conjunguntur, veluti frater consanguineus, et ejus liberi; soror consanguinea, patruus et ejus liberi; et amita. Cognati autem sunt, qui ex feminina cognatione nobis conjunguntur, veluti soror uterina et ejus liberi; matertera et ejus liberi, aut amitae *quoque* liberi. Agnati vero legitimi etiam vocantur; dicuntur et cognati, id est naturales: quoniam quos lex novit, novit etiam natura. Sed cognati tantum naturales vocantur: quos enim natura novit, non per omnia lex novit. Postquam haec tibi praecognita sunt, vide reliquum argumentum. Quum testamentariae personae non adsunt, quae tueri debeant, oportet legitimos sive agnatos esse tutores, qui per cognationem virilem nobis conjunguntur. Hi autem dicuntur agnati, veluti frater consanguineus et hujus filius, et ex eo *filio* nepos. Qui vero per femininam cognationem nobis sunt conjuncti, non sunt agnati, sed naturali ratione cognati. Itaque amitae meae filius non est mihi agnatus, sed cognatus, et ego illi cognatus sum: quoniam qui nascuntur, patris, non matris sequuntur familiam: etsi amita est agnata, at ex illa cognatus. Quae igitur est caussa? quia feminina amitae persona interposita agnationem interscidit. Generaliter autem scito, quam quis cognationem adversus me habet, eamdem et me obtinere adversus illum.

§ 2. Sicuti autem dixi, locus *est* agnationi in tutela non solum, quum pater non testatus fuerit, qui tutorem relinquere poterat; sed *etiam* si, quantum ad tutelae causam pertinet, intestatus obierit: quod accidit quoque, si reliquerit quidem, sed tutor *ante* relinquentem praemortuus sit, aut forte testatus filio tutorem relinquere oblitus fuerit.

§ 3. Sed jus quidem agnationis omnibus capitis diminutionibus ut plurimum

plerumque perimitur: nam agnatio iuris [b]) est nomen. cognationis vero ius non omnibus modis [c]) commutatur, quia civilis ratio civilia quidem iura corrumpere potest, naturalia vero non utique.

TITULUS DECIMUS SEXTUS.

DE CAPITIS MINUTIONE.

Est autem capitis deminutio prioris status commutatio. eaque tribus modis accidit: nam aut maxima est capitis deminutio, aut minor, quam quidam mediam vocant, aut minima.

§ 1. Maxima est capitis deminutio, cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit. quod accidit in his, qui servi poenae efficiuntur atrocitate sententiae, vel liberti, ut ingrati circa patronos condemnati, vel qui [a]) ad pretium participandum se venundari passi sunt.

---

b) *i. civilis.* — c) *omn. mod. non.*
a) *libertis .. tis .. tis v. his, qui.*

---

tollitur. Agnatio enim legitimum quoddam nomen est: jus vero cognationis non omnibus capitis diminutionibus mutatur. In agnatione autem haec est ratio: quoniam civilis ratio, id est capitis diminutio, jura civilia, id est agnatitia, corrumpere potest; naturalia vero, id est cognatitia, non utique.

DE CAPITIS DIMINUTIONE.

TITULUS XVI.

Diximus capitis diminutione ut plurimum jura agnatitia corrumpi. Porro definiamus, quid capitis sit diminutio. Capitis diminutio est prioris status mutatio: vel sic, Passio ex legum circumstantia *aut necessitate* contingens, statum patientis mutans aut minuens. Tres autem sunt capitis diminutiones: aut enim maxima est et *sic* dicitur, aut minor, quam quidam mediam appellant, aut minima. [Tres igitur sunt capitis diminutiones, maxima, media, minima.]

§ 1. Maxima capitis diminutio est, quum quis simul et libertatem et civitatem amittit, quod accidit in his, qui servi poenae fiunt, propter asperitatem sententiae contra eos prolatae, veluti quum bestiis aut igni tradantur: vel liberti, qui ingrati apparuerunt adversus patronos, atque ideo condemnati sunt: vel qui se ad pretium participandum venumdari passi fuerunt. Horum quisque in magnam capitis diminutionem incidens cum civitate libertatem amittit.

§ 2. Minor sive media est capitis deminutio, cum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur. quod accidit ei, cui aqua et igni interdictum fuerit, vel ei, qui in insulam deportatus est.

§ 3. Minima capitis deminutio est, cum et civitas et libertas retinetur, sed status hominis commutatur. quod accidit in his, qui, cum sui iuris fuerunt, coeperunt alieno iuri subiecti esse, vel contra [b]).

§ 4. Servus autem manumissus capite non minuitur, quia nullum caput habuit.

§ 5. Quibus autem dignitas magis, quam status, permutatur, capite non minuuntur: et ideo senatu motum capite non minui constat.

§ 6. Quod autem dictum est, manere cognationis ius et post capitis deminutionem, hoc ita est, si minima capitis deminutio interveniat [c]): manet enim cognatio. nam si maxima capitis deminutio incurrat, ius quoque cognationis perit, ut puta servitute alicuius cognati,

---

b) *c., veluti si filius emancipatus fuerit a patre, est capite deminutus,* aliave similia. — c) *intercurrat, currat, interveniat.*

---

§ 2. Media capitis diminutio est, quando civitas quidem amittitur, sed libertas integra manet: quod accidit ei, cui aqua et igni interdictum fuerit; vel qui in insulam deportatus fuerit. Uterque enim manens liber, Romana civitate excidit; atque in hoc quidem aequalitas *est:* differentia autem, quod deportatus loco circumcludatur, id est insula; is autem, cui aqua et igni interdictum est, omni arceatur loco.

§ 3. Minima capitis diminutio est, quando et civitas et libertas retinetur sive servatur, sed status praesens mutatur: quod in his accidit, qui quum patresfamilias essent, in adoptionem sese dederunt, et filiifamilias sunt facti. aut ex contrario, filiusfamilias factus est paterfamilias. Hic enim solius potestatis alienae aut suae facta est commutatio.

§ 4. An vero servus manumissus capitis diminutionem patitur? et dicimus, nequaquam; quoniam nullum quondam habebat caput, sed nunc post libertatem caput habere coepit, et a legibus agnosci.

§ 5. Quibus autem princeps dignitatem ademit, capitis diminutionem non patiuntur: itaque senatu *quis* motus non est capite diminutus.

§ 6. Agnatio ut plurimum quidem per capitis diminutionem tollitur, (cur autem *ut plurimum* additum sit, discemus.) at cognatio ut plurimum non tollitur. Ideo autem dixi, ut plurimum, quoniam minima capitis diminutio interveniens in statu conservat cognationis jura. Nam maxima capitis diminutio accidens, etiam cognationem corrumpit. Si quis enim in servitutem redigatur, non jam manet cognatus, quibus fuerat cognatus. Sed neque manumissus, qui antea fuerat liber, pristinam, sive *quam* ante servitutem *habebat,* cogna-

et ne quidem, si manumissus fuerit, recipit cognationem. sed etsi in insulam deportatus quis sit, cognatio solvitur.

§ 7. Cum autem ad agnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum, qui proximiore gradu sunt, vel si eiusdem gradus sint, ad omnes [d]).

TITULUS DECIMUS SEPTIMUS.

DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

Ex eadem lege duodecim tabularum libertorum et libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet, quae et ipsa legitima tutela vocatur: non quia nominatim ea lege de hac tutela cavetur, sed quia perinde accepta est per interpretationem, atque si verbis legis introducta esset. eo enim ipso, quo hereditates libertorum libertarumque,

d) o., *veluti si plures fratres sunt, qui unum gradum obtinent, ideoque pariter ad tutelam vocantur.*

---

tionem recipit. Sed etsi quis mediam subierit capitis diminutionem, veluti deportatus, etiam hoc modo solvitur cognatio.

§ 7. Quando pupillus tutela indiget, nosti, quum testamentaria non sit, locum esse agnatitiae. Si vero multi sint agnati, non ad omnes simul pervenit tutela, sed ad eos qui proximiore censentur gradu: veluti, agnatus est frater et patruus; frater potius pervenit. Si vero multi sunt ejusdem gradus, veluti multi fratres aut multi patrui, omnes simul vocabuntur.

DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

TITULUS XVII.

Libertus aut liberta tutore indigebant, propter aetatis defectum. quis eos tuebitur? testamentarius? Nequaquam: hos enim relinquit qui impuberes in *patria* potestate habet; hi autem in potestate *patria* non sunt, ex servitute manumissi, non enim habent parentes. *An* vero legitimi? Et quomodo qui parentes non habet, habere potest *propinquos* ex latere? ex illis enim hi deprehenduntur. Quid ergo? Lex XII tabularum patronos et patronorum liberos ad tutelam horum vocat. Dixi enim superius, libertatis dationem sequi tutelae onus. Ast etiam haec vocatur legitima, quoniam *lege* XII tabularum inventa est. Sed dicere quis possit, etsi *legis* XII tabularum verba

si intestati decessissent, iusserat lex ad patronos liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres, voluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere (cum et agnatos, quos ad hereditatem vocat, eosdem et tutores esse iussit): quia plerumque, ubi successionis est emolumentum, ibi et tutelae onus esse debet. ideo autem diximus *plerumque*, quia, si a femina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem vocatur, cum alius erit tutor.

TITULUS DECIMUS OCTAVUS.

DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA.

Exemplo patronorum recepta est et alia tutela, quae et ipsa legitima vocatur. nam si quis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, et deinceps impuberes emancipaverit, legitimus eorum tutor erit.

---

legi, mentionem *tamen* hujus tutelae haud inveni? Sed dicemus, etiamsi non diserte verbis legis de illa cautum sit, attamen ex mente *legis* XII tabularum hoc deprehendere licet. Dicit enim in quadam suae legislationis parte: *si quis sine liberis et intestatus obierit, agnati perveniant ad ejus hereditatem:* et in alia rursus parte ait: *si quis tutela indigeat, agnati tutores erunt.* Quos igitur agnatos consolata est hereditatis emolumento, eosdem tutela oneravit. Haec de ingenuis: ad libertos autem deveniens ait: *si libertus vel liberta sine liberis et intestati decesserint, hereditatem eorum patroni aut patronorum liberi accipient.* Sed de tutela nihil dixit. Quoniam ergo patronos vocavit ad libertorum hereditatem, ad similitudinem agnatorum, necessario veteres legis *mentem* considerantes dixerunt, eodem modo ipsos etiam tutela onerari. Ut plurimum enim, ubi successionis est emolumentum, ibi et tutelae onus esse decet.

Ideo autem dixi Ut plurimum, quoniam, si mulier impuberem manumittat, et libertus impubes moriatur, *ipsa* quidem ad ejus hereditatem vocatur: sed ejus tutela non gravatur, quia tutorem esse virorum est, et alienum a feminis.

DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA.

TITULUS XVIII.

Filium meum aut filiam meam, vel nepotem neptemve, impuberes cum essent, emancipavi. quis eos tuebitur, quandoquidem tutore indigent? Testamentarium non licet dicere: testamentarium enim relinquit, qui impuberem in potestate habet. An ergo agnatum? Sed jura agnatitia emancipatione sunt corrupta. Quis ergo ad tutelam vocabitur? Sicuti in superioribus etiam diximus, pater et avus, qui eos emancipaverunt, et tutores erunt ad patronorum similitudinem, dicenturque et ipsi tutores legitimi.

TITULUS DECIMUS NONUS.

DE FIDUCIARIA TUTELA.

Est et alia tutela, quae fiduciaria appellatur. Nam si parens filium vel filiam, nepotem vel neptem, vel deinceps impuberes manumiserit, legitimam nanciscitur eorum tutelam; quo defuncto si liberi virilis sexus extant, fiduciarii tutores filiorum suorum, vel fratris, vel sororis, et ceterorum [a]) efficiuntur. Atqui [b]) patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi sunt tutores: quoniam filius quidem defuncti, si non esset a vivo patre emancipatus, post obitum eius sui iuris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret, ideoque nec in

a) Def. *fil. su. et cet.* — b) *Atque.*

DE FIDUCIARIA TUTELA.

TITULUS XIX.

Praeter dictas tutelas est etiam alia, quae vocatur fiduciaria. Si enim filium meum aut filiam, vel nepotem aut neptem, vel pronepotem aut proneptem, cum impuberes essent, emancipavero, ego, quemadmodum in *proximo* ante hunc titulo disseruimus, legitimus eorum tutor fio. Nam manumissor liberi capitis, ad similitudinem *ejus* qui ex vera servitute manumittit, ad tutelam vocabitur. Si vero accidat, ut ego moriar habens liberos masculos, hi fient tutores fiduciarii impuberis, cujus per emancipationem tutor legitimus factus eram.

Evenit autem, ut non solum frater fratri fiat tutor fiduciarius, sed et patruus fratris filio, et pater filio. Et frater quidem fratri sic: Habebam duos filios, alterum viginti quinque annorum, aut majoris etiam aetatis, alterum impuberem. Impuberem emancipans tuebar eum tamquam legitimus. Me mortuo, frater perfectae *aetatis* erit tutor ejus fiduciarius.

Patruus autem fratris filio, quo modo? Habebam filium, majorem viginti quinque annis, et nepotem aut neptem ex filio mortuo. Emancipavi nepotem. Ego quidem ut legitimus, tutor ero: post meam vero mortem, patruus ut fiduciarius tuebitur.

Pater filio hunc *in* modum: Habebam filium majorem viginti quinque annis, atque ex eo nepotem impuberem. Nepotem emancipavi. ego quidem ut legitimus tuebor, post me autem pater ut fiduciarius tuebitur.

Sed possit aliquis dicere: Curnam patroni quidem liberi, legitimi tutores dicuntur: at horum patrum liberi, qui impuberes emancipaverunt, differunt appellatione? illi enim dicuntur tutores legitimi, at liberi horum fiduciarii. Sed ratio haec est: nisi evenisset, ut superstes ego meum filium sui juris

tutelam; libertus autem, si servus mansisset, utique eodem iure apud liberos domini post mortem eius futurus esset. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectae aetatis sint. quod nostra constitutio generaliter in omnibus tutelis et curationibus observari praecepit.

TITULUS VICENSIMUS.

DE ATILIANO TUTORE, ET EO, QUI EX LEGE IULIA ET TITIA DABATUR.

Si cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur in urbe quidem Roma a praetore urbano et maiore parte tribunorum plebis, tutor ex lege Atilia, in provinciis vero a praesidibus provinciarum ex lege Iulia et Titia.

---

fecissem, morte mea fit sui juris, non recidens in fratris sui aut patrui potestatem. Ideo neque filius emancipatoris eamdem habebit tutelam, sed vocabitur fiduciarius. Libertus autem, nisi manumissus esset, sed in servitute mansisset, omnino servus fieret liberorum defuncti.

Tunc autem praedicti omnes ad dictas tutelas vocantur, quum ipsi majores sint viginti quinque annis. Hoc enim generaliter constitutio Imperatoris nostri in omni tutela et cura sanxit: absurdum ducens, *eum* qui alius cura indigeat, aliorum administrare patrimonium.

DE ATILIANO TUTORE, ET EO QUI EX LEGE JULIA ET TITIA DABATUR.

TITULUS XX.

Pupillus aut pupilla indigebant tutore. testamentarius non erat, nec quidem agnatus. cessabat quoque patroni tutela. neque pater erat, qui ad similitudinem patronorum tutor esse deberet. Vacabat autem et fiduciaria tutela: quis ad tutelam vocabitur? Et dicimus, in *urbe* Roma Praetorem urbanum cum majori parte Tribunorum plebis (omnes autem decem erant) id est cum sex aut septem, inquisitione habita, idoneum dare, lege Atilia hoc sanciente, qui ex legislatore auctore dicitur Atilianus. Angustissima autem hujus *legis est* constitutio; nam intra Romam, nec ulterius procedit. Sed in provinciis ad ad ejus exemplum, duae factae sunt leges, Julia et Titiana, quae jubebant deficiente tutore, praesidis provinciae judicio tutorem dari, qui ex illis dictus est Julius Titianus.

§ 1. Sed et, si testamento tutor sub condicione, aut die certo datus fuerat, quamdiu condicio aut dies pendebat, ex hisdem [a]) legibus tutor dari poterat. Item si pure datus fuerat, quamdiu nemo ex testamento heres existat [b]), tamdiu ex hisdem [a]) legibus tutor petendus erat, qui desinebat tutor esse, si condicio extiterit, aut dies venerit, aut heres extiterit.

§ 2. Ab hostibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur, qui desinebat esse tutor, si is, qui captus erat, in civitatem reversus fuerat: nam reversus recipiebat tutelam iure postliminii.

§ 3. Sed ex his legibus tutores pupillis desierunt dari, posteaquam primo consules pupillis utriusque sexus tutores ex inquisitione dare coeperunt, deinde praetores [c]) ex constitutionibus. nam suprascriptis legibus neque de cautione a tutoribus exigenda, rem salvam pupillis fore, neque de compellendis tutoribus ad tutelae administrationem quicquam cavetur.

---

a) *iisdem, eisdem.* — b) *existebat, existeret.* — c) *praetor.*

---

§ 1. Non solum autem non habenti tutorem Atilianus vel Julius Titianus datur, verum etiam si est *tutor*, sed ex aliqua causa prohibetur tutelam suscipere. Quid enim? quum moriens quis suum filium instituit heredem, deditque ei tutorem sub conditione, si navis ex Asia venerit; aut in diem, hoc est post biennium mortis suae: quamdiu conditio aut dies pendet, Atilianus vel Julius Titianus tutor datur. Si autem pure datus est, et scriptus heres dispicit, an adire hereditatem oporteat: (finge enim extraneum scriptum esse heredem, filiumque esse exheredatum, et tutorem ei pure relictum, atque interim deliberare scriptum heredem:) et hic Atilianus vel Julius Titianus datur. Si vero eveniat, ut conditio exsistat, aut dies veniat, aut heres adeat; tunc testamentarius suscipiet tutelam: hi autem desinunt.

§ 2. Sed et si tutor ab hostibus fuerit captus, rursus in *urbe* quidem Roma Atilianus, in provinciis autem Julio-Titianus datur: qui desinet, si ab hostibus captus effugerit hostes. Nam reversus tutelam recipit jure postliminii.

§ 3. Sed haec antea *obtinebant:* postea *tutorum* Atilianorum et Julio-Titianorum datio sublata est. Coeperunt enim primo loco consules utriusque sexus pupillis tutores dare ex inquisitione; id est inquirentes, num locupletes sint tutores futuri, an honestam ducant vitam, aut alienum possint administrare patrimonium. Post consules autem, Praetores etiam ex constitutionibus eadem fecerunt: nam praedictae leges, Atilia ac Titia, neque de cautione a tutoribus praestanda loquebantur, se res pupillorum salvas conservaturos, neque de compellendo tutore ad res pupilli administrandas quidquam cavebant.

§ 4. Sed hoc iure utimur, ut Romae quidem praefectus urbi, vel praetor secundum suam iurisdictionem, in provinciis autem praesides ex inquisitione tutores crearent, vel magistratus iussu praesidum, si non sint magnae pupilli facultates.

§ 5. Nos autem per constitutionem nostram et huiusmodi difficultates hominum resecantes, nec expectata iussione praesidum, disposuimus, si facultas pupilli vel adulti usque ad quingentos solidos valeat [d]), defensores civitatum (una cum eiusdem civitatis religiosissimo antistite, vel apud alias publicas personas), vel [e]) magistratus, vel iuridicum Alexandrinae civitatis, tutores vel curatores creare, legitima cautela secundum eiusdem constitutionis normam praestanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.

§ 6. Impuberes autem in tutela esse, naturali iuri conveniens est, ut is, qui perfectae aetatis non sit, alterius tutela regatur.

§ 7. Cum igitur pupillorum pupillarumque tutores negotia gerunt, post pubertatem tutelae iudicio rationem reddunt.

---

d) *facultates .. valeant.* — e) def. *apud; aliis publicis personis .; id est .*, *id est vel.*

---

§ 4. Hoc ergo jure utimur, ut in *urbe* quidem Roma Praefectus urbis, aut Praetor secundum suam jurisdictionem *tutorem* det; (ideo autem dixi, secundum suam jurisdictionem, quoniam sunt quidam, quibus Praefectus, non Praetor, tutorem constituere potest:) in provinciis vero, provinciarum Praesides, aut Magistratus jussu Praesidum, quando facultates pupillorum exiguae sunt, tutores creant.

§ 5. Verum noster Imperator sua constitutione hujuscemodi hominum difficultates resecans, jussit defensores civitatum, haud exspectantes Praesidum jussum, quando pupilli vel minoris patrimonium usque ad quingentos solidos valent, una cum religiosissimo civitatis Episcopo, praesentibus etiam aliis personis publicis, id est magistratibus, aut in Alexandriae *urbe* Juridico, tutores vel curatores constituere: cautione legitima, prout eadem constitutione continetur, praestanda, periculo *eorum* qui illam accipiunt, si accidat, ut egeant qui hanc cautionem dederunt.

§ 6. Impuberes autem in tutela esse, naturali juri concinit. Aequum enim est, imperfectam aetatem agentes aliorum administratione regi.

§ 7. Sed postquam pupilli facti fuerint puberes, habebunt adversus tutores tutelae exactionem.

TITULUS VICENSIMUS PRIMUS.

DE AUCTORITATE TUTORUM.

Auctoritas autem tutoris in quibusdam causis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria. Ut ecce, si quid dari sibi stipuletur, non est necessaria tutoris auctoritas; quod si aliis pupilli promittant, necessaria est: namque placuit, meliorem quidem suam condicionem licere eis facere etiam sine tutoris auctoritate, deteriorem vero non aliter, quam tutore auctore. unde in his causis, ex quibus mutuae obligationes nascuntur, in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, mandatis, depositis, si tutoris auctoritas non interveniat, ipsi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur; at invicem pupilli non obligantur.

§ 1. Neque tamen hereditatem adire, neque bonorum possessionem petere, neque hereditatem ex fideicommisso suscipere aliter possunt, nisi tutoris auctoritate, quamvis lucrosa sit, neque [a]) ullum damnum habeat.

§ 2. Tutor autem statim, in ipso negotio praesens, debet auctor

---

a) *ne.*

DE AUCTORITATE TUTORUM.

TITULUS XXI.

Quoniam didicimus, tutorem ad bonorum pupilli administrationem dari: scire debes, eum auctorem esse debere in *causis* quibusdam a pupillo agendis: et *illud* quod non ex auctoritate ejus factum est, nec factum esse videtur. Sunt autem *causae* quaedam, in quibus haud necessaria est tutoris auctoritas; veluti, pupillus stipulatus est a me, Spondesne decem mihi aureos dare? ad confirmandam *hanc* stipulationem tutoris auctoritas supervacua *est.* Si autem ipse pupillus rogatus spopondit, tutoris auctoritas stipulationem constituit. Placuit enim, impuberi licere quidem conditionem suam meliorem facere, suumque augere patrimonium sine tutoris auctoritate; minuere autem non aliter, nisi *rei* agendae tutoris auctoritas adsit. Unde in his casibus, in quibus ab utraque parte actiones nascuntur contrahentibus, veluti in locatione, mandato, deposito, (nam qui deposuit, directam habet depositi *actionem;* qui *quid* impendit in depositum, contrariam depositi habet.) nisi tutoris adsit auctoritas; contrahens cum pupillus, obligatus iis erit, ipsi vero contrahenti non fient obnoxii.

§ 1. Neque hereditatem adire, neque *bonorum* possessionem petere, neque hereditatem fideicommissariam suscipere aliter possunt, nisi auctoritate tutoris: etiamsi perquam lucrosum sit fideicommissum, neque ullum in se damnum habeat.

§ 2. Tutor porro praesens auctor fieri debet, si hoc utile esse judicat pu-

fieri, si hoc pupillo prodesse existimaverit. post tempus vero, aut per epistolam interposita auctoritas nihil agit.

§ 3. Si inter tutorem pupillumve [b]) iudicium agendum sit, quia ipse tutor in rem suam auctor esse non potest, non praetorius tutor, ut olim, constituitur, sed curator in locum eius datur, quo interveniente, iudicium peragitur, et eo peracto curator esse desinit.

TITULUS VICENSIMUS SECUNDUS.

QUIBUS MODIS TUTELA FINITUR.

Pupilli pupillaeque, cum puberes esse coeperint, tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidem non solum ex annis, sed etiam ex habitu corporis in masculis aestimari volebant. Nostra autem maiestas

b) *pupillumque.*

pillo; sed praesens post tempus, aut absens per epistolam, non valide fit auctor: veluti, contraxi ego cum pupillo: tutorem oportet praesentem, simul atque contractus fit, dicere, Auctor sum. Si vero in urbe agat, sed post unum sorte diem veniens dicat, Auctor sum; aut absens etiam per epistolam hoc declaret, Auctor sum, ut dictum est, invalida *est* auctoritas.

§ 3. Pupillus cum tutoris auctoritate litigare debet. Unde illud quaesitum est: Ego tutor pupilli, habebam litem adversus eum, seu actor, seu reus: litem suscipere non poterat sine mea auctoritate. Ego in rem meam auctor fieri prohibebar, ast dilationem lis non patiebatur. In hac specie olim a praetore dabatur tutor, qui et praetorius dicebatur, quoniam a praetore dabatur. Sed veteri *juris* rigore sublato, una sublatus quoque est tutor praetorius. Hodie autem curator in ejus locum datur: quo constituto, judicium peragitur: eoque peracto desinit esse curator. Atque in hoc casu pupillus simul et sub tutore est et sub curatore: in aliis enim *rebus* ego tutor ejus sum, sed in sola mecum lite sub cura est dati curatoris.

QUIBUS MODIS TUTELA FINITUR.

TITULUS XXII.

Postquam tutelae constitutionem diximus, dicamus ejus etiam dissolutionem. Quod enim aliquo modo constituitur, aliquo modo dissolvitur. Tutela dissolvitur pubertate, tam masculi, quam feminae. Pubertatem autem veteres, non solum ex annis, id est ex superato anno decimo quarto, judicaverunt, sed

dignum esse castitati [a]) temporum nostrorum bene putavit, quod in feminis et antiquis impudicum esse visum est, id est inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extendere; et ideo, sancta constitutione promulgata, pubertatem in masculis post quartum decimum annum completum illico initium accipere disposuimus, antiquitatis normam in feminis personis [b]) bene positam suo ordine relinquentes, ut post duodecimum annum completum viripotentes esse credantur.

§ 1. Item finitur tutela, si arrogati sunt adhuc impuberes, vel deportati. item si in servitutem pupillus redigatur [c]), vel ab hostibus fuerit captus.

§ 2. Sed et si usque ad certam condicionem datus sit testamento, aeque evenit, ut desinat esse tutor, existente condicione.

§ 3. Simili modo finitur tutela morte, vel tutorum, vel pupillorum.

§ 4. Sed et capitis deminutione tutoris, per quam libertas, vel civitas eius amittitur, omnis tutela perit. minima autem capitis demi-

---

a) *castitate.* — b) *femininis, femineis;* def. *personis.* — c) Addunt: *ut ingratus a patrono.*

---

etiam ex corporis habitu. Itaque sive habitus adcessisset ante annum decimum quartum, sive quis excessisset annum decimum quartum, nisi habitus adesset, non censebatur pubes, sed quum ambo concurrerent. Hodie autem Imperator noster sanctissimus indignum *illud* suorum temporum castitate judicans, imperavit *id* quod olim in feminis servabatur: (in illis enim tempus solum quaerebatur, num excessissent annum duodecimum: nam habitum in illis curiosius inquiri, indecorum habebatur.) Putavit ergo Imperator noster, impudicum esse, habitum corporis masculorum inspicere, *sed* constituit id servari, quod servabatur etiam in feminis. Unde constitutionem emisit, in qua sanxit, ut pubertas in masculis inciperet post finem anni quarti decimi; in feminis autem reliquit in *suo* statu, ut hae post impletum annum duodecimum puberes esse censeantur.

§ 1. Praeter dictum modum tutela solvitur, si impuberes [in captivitatem aut] in adrogationem capiantur, vel deportati fuerint. Aliquando enim pubertati proximi peccarunt quid, atque hanc subierunt poenam: aut si in servitutem redacti sint, ingrati forte visi erga suos patronos, vel capti ab hostibus. Itaque tollit tutelam et minima et media et maxima capitis diminutio.

§ 2. Sed etsi quis impuberi in testamento tutor sit datus cum certa conditione, veluti, Tutor esto, donec navis ex Asia venerit, exsistente conditione tutela solvitur.

§ 3. Solet etiam tutoris vel pupilli mors tutelam solvere.

§ 4. Sed etsi tutor magnam capitis diminutionem patiatur, per quam perdit libertatem, vel mediam, per quam amittit civitatem, omnis tutela solvitur.

nutione tutoris, veluti si se in adoptionem dederit, legitima tantum tutela perit; ceterae non pereunt. Sed pupilli et pupillae capitis deminutio, licet minima sit, omnes tutelas tollit.

§ 5. Praeterea, qui ad certum tempus testamento dantur tutores, finito eo, deponunt tutelam.

§ 6. Desinunt autem esse tutores, qui vel removentur a tutela ob id, quod suspecti visi sunt, vel ex iusta cansa sese excusant, et onus administrandae tutelae deponunt, secundum ea, quae inferius proponemus.

TITULUS VICENSIMUS TERTIUS.

DE CURATORIBUS [a]).

Masculi puberes et feminae viripotentes, usque ad vicensimum quintum annum completum curatores accipiunt; qui [b]), licet puberes sint,

a) *curationibus.* — b) *quia.*

Minima autem capitis diminutione tutoris, veluti si in adrogationem se dederit, sola tutela legitima amittitur: reliquae vero, ut testamentariae et a magistratu datae, in *suo* statu manent. Nam capitis diminutio pupilli, etiamsi minima est, omnes tollit tutelas. fit enim alieni juris pupillus: atqui alienum est *hominum* alieni juris, in tutela esse.

§ 5. Datus quis est tutor in testamento ad duos usque annos. Biennio elapso, desinit esse tutor.

§ 6. Desinit quoque tutor esse, si ut suspectus a tutela removeatur: forte enim res pupilli male administrabat. Sed etsi excusatione utatur, id est ex justa causa deprecetur, (discemus autem justas quoque causas inferius) et sic desinet esse tutor.

DE CURATORIBUS.

TITULUS XXIII.

Diximus *hominum* sui juris alios in tutela, alios in cura esse, alios neutri harum subjacere. Quum *ergo* diximus de tutoribus, et quot sint tutelae: sunt autem hae, testamentaria, agnatorum sive legitima, patronorum, (hac vero patrum quoque emancipantium tutela continetur) fiduciaria et Atiliana sive Julio-Titiana, cujus loco aliam nunc Imperator noster sanctissimus excogitavit: quumque diximus, quot modis dissolvatur, nunc dicamus etiam de curatione. Masculi, item et feminae, puberes facti, in cura sunt, donec vigesimum quin-

adhuc tamen huius aetatis sunt, ut negotia sua tueri non possunt [c]).

§ 1. Dantur autem curatores ab hisdem magistratibus, a quibus et tutores. sed curator testamento non datur, sed datus confirmatur decreto praetoris vel praesidis.

§ 2. Item inviti adolescentes curatores non accipiunt, praeterquam in litem: curator enim et ad certam causam dari potest.

§ 3. Furiosi quoque et prodigi, licet maiores vigintiquinque annis sint, tamen in curatione sunt agnatorum ex lege duodecim tabularum. sed solent Romae praefectus urbi, vel praetor [d]), et in provinciis praesides ex inquisitione eis dare curatores.

§ 4. Sed et mente captis et surdis et mutis, et qui morbo perpetuo laborant, quia rebus suis superesse non possunt, curatores dandi sunt.

§ 5. Interdum autem et pupilli curatores accipiunt, ut puta si legitimus tutor non sit idoneus, quia habenti tutorem tutor dari non potest. item si testamento datus tutor, vel a praetore, vel a praeside, idoneus non sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia

---

c) *possint.* — d) *praefecti .. praetores.*

---

tum excesserint annum: licet maxime puberes sint, sed eam adhuc aetatem agant, ut suum patrimonium servare non possint.

§ 1. Dantur autem curatores ab iisdem magistratibus, a quibus etiam tutores. Curator in testamento quidem non recte datur; sed datus decreto Praetoris aut Praesidis confirmatur.

§ 2. Adolescens invitus curatorem non accipit, nisi forte ad certam causam, quoniam et ad certam litem curator dari potest, ut superius diximus. Itaque multae tutorum et curatorum sunt differentiae. Tutor enim, impuberum tantum tutor est; Curator autem, puberum, et aliquando impuberum. Tutor in testamento recte datur; non recte autem curator. Invitus nemo in cura est; in tutela autem aliquis est etiam nolens. Tutor ad certam litem dari non potest; curator autem vel maxime.

§ 3. Praeter adolescentes in cura sunt furiosi, nec non prodigi, etiamsi majores sint viginti quinque annis. In cura autem sunt agnatorum, lege duodecim tabularum hoc jubente. Sed Romae Praefectus Urbis vel Praetor, in provinciis autem Praesides furiosis ac prodigis ex inquisitione curatores dant, quando nullus est agnatus, aut qui est, administrationi non est idoneus.

§ 4. In cura quoque sunt dementes, et surdi, et muti, et perpetuo morbo laborantes, quoniam hi non possunt propria curare negotia.

§ 5. Interdum et pupilli in cura sunt: veluti quum tutor legitimus non est idoneus. Ideo enim alius tutor non datur, sed curator, quia regula est quae dicit: *tutorem habenti tutor dari non potest.*

Quod si tutor testamentarius aut a magistratibus datus, administrationi non

administret, solet ei curator adiungi. item in locum tutorum, qui non in perpetuum, sed ad tempus a tutela excusantur, solent curatores dari.

§ 6. Quodsi tutor adversa valetudine, vel alia necessitate impeditur [e]), quo minus negotia pupilli administrare possit, et pupillus vel absit, vel infans sit, quem velit actorem, periculo ipsius, praetor, vel qui provinciae praeerit, decreto constituet.

TITULUS VICENSIMUS QUARTUS.

DE SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

Ne tamen pupillorum pupillarumve, et eorum, qui quaeve [a]) in curatione sunt, negotia a tutoribus curatoribusve consumantur, aut deminuantur, curat [b]) praetor, ut et tutores et curatores eo nomine satisdent. Sed hoc non est perpetuum. nam tutores testamento dati satis-

---

e) *impediatur.*

a) *pupillarumve, quaeve* def. — b) *curet.*

---

sit idoneus, nec tamen circa res pupilli malitiose versetur, solet ei curator adjungi.

In locum *eorum* qui ad tempus a tutela se excusant, curatores dari solent, quod pergentes discemus.

§ 6. Si tutor aegrotet, aut alia necessitate impediatur pupilli negotia administrare, veluti propriis distentus litibus, et pupillus vel absit, vel praesens infans sit, potest tutor suo periculo actorem constituere apud praetorem aut apud praesidem provinciae. Qui idcirco actor vocatur, quia per acta constituitur. Si autem pupillus aderat, et loqui poterat, cum tutoris auctoritate Procurator constituebatur.

DE SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

TITULUS XXIV.

Postquam curatorum constitutionem et liberationem diximus, atque alios quidem ad annum vigesimum quintum in cura esse, alios autem propter incommodum, usque ad incommodi liberationem: dicamus nunc generalem quemdam sermonem ad omnes administratores sese extendentem. Omnis tutor, omnisque curator cautionem praestare debet cum datione fidejussorum, per quam promittit, res *eorum* qui in tutela vel cura sunt, salvas et integras servatum iri. Haec enim summa Praetoris cura. Excipe tamen ex tutoribus testamentarium;

dare non coguntur, quia fides eorum et diligentia ab ipso testatore probata est; item ex inquisitione tutores vel curatores dati satisdatione non onerantur, quia idonei electi sunt.

§ 1. Sed et, si ex testamento vel inquisitione duo pluresve dati fuerint, potest unus offere satis [c]) de indemnitate pupilli vel adolescentis, et contutori vel concuratori praeferri, ut solus administret, vel ut [d]) contutor satis offerens praeponatur ei, et ipse solus administret. itaque per se non potest petere satis [c]) a contutore, vel concuratore suo; sed offerre debet, ut electionem det contutori [e]) suo, utrum velit satis accipere, an satis dare. quodsi nemo eorum satis offerat, si quidem adscriptum fuerit a testatore, quis gerat, ille gerere debet: quodsi non fuerit adscriptum, quem maior pars elegerit, ipse gerere debet: ut edicto praetoris cavetur. sin autem ipsi tutores dissenserint circa eligendum eum, vel eos, qui gerere debent, praetor partes suas interpo-

c) *satisdationem*. — d) *vel, vel et*. — e) *c. vel concuratori*.

hic enim satisdationibus non gravatur: nam fidelem eum ac diligentissimum fore circa administrationem, testatoris nobis testimonium prodidit. Similiter autem et ab *datis* ex inquisitione tutoribus vel curatoribus satisdationes non exiguntur. Idoneos enim illos esse, magistratuum probavit inquisitio. Solet enim *magistratus* haec inquirere: an probus sit vita, an locuples, an habeat vitae pignora, id est liberos, (nam liberos habens novit, quomodo gerere se debeat erga pupillos, quibus loco patris datur:) et an caram habeat quae *ipsum* tulit.

§ 1. Sed et ipsi nonnunquam satisdationem praestant: Si enim eveniat, ut duo vel etiam plures testamentarii aut ex inquisitione dati sint tutores vel curatores, et unus horum, volens pupillo *vel adolescenti* indemnitatem servari, satisdationem praestet, praefertur contutori vel concuratori, et solus constituitur: tutior enim pupillo *vel adolescenti* satisdationis praestatio, quam defuncti testimonium, qui potuit falli, sicut et magistratus in inquisitione. Ideo soli illi administratio committetur. Potest autem, cum hoc agitur, alter se opponere et satisdationem offerre, atque in se administrationem transferre. Itaque cum multi sunt tutores testamentarii, non potest quis se opponens dicere contutori vel concuratori, Satisda et administrationem suscipe. Sed si quis velit efficere, ut contutor vel concurator satisdationem praestet, ipse prius satis offerat, ut ex aemulatione atque exstimulatione alter satisdet. Ego enim satisdationem offerens, contutori optionem permitto, utrum cautionem a me accipere, mihique administratione cedere velit, an *ipse* dare et administrationem suscipere. Quod si nemo testamentariorum aut ex inquisitione *datorum* satis offerat; siquidem defunctus certae alicui personae administrationem permisit, is solus administret: sin autem de nemine hoc testator significavit, ille solus administret, quem major pars contutorum elegerit: hoc enim et edicto

nere debet. Idem et in pluribus ex inquisitione datis probandum est, id est, ut maior pars eligere possit, per quem administratio fieret.

§ 2. Sciendum est autem, non solum tutores vel curatores pupillis et adultis ceterisque personis ex administratione teneri; sed etiam in eos, qui satisdationes f) accipiunt, subsidiariam actionem esse, quae ultimum eis praesidium possit afferre. subsidiaria autem actio datur in eos, qui vel omnino a tutoribus vel curatoribus satisdari non curaverint, aut non idonee passi essent caveri. quae quidem tam ex prudentium responsis, quam ex constitutionibus imperialibus et in heredes eorum extenditur.

§ 3. Quibus constitutionibus et illud exprimitur, ut, nisi caveant tutores vel curatores, pignoribus captis coërceantur.

§ 4. Neque autem praefectus urbi, neque praetor, neque praeses provinciae, neque quis alius, cui tutores dandi ius est, hac actione tenebitur; sed hi tantummodo, qui satisdationem exigere solent g).

---

f) *satisdationem.* — g) *debent.*

---

sive constitutione Praetoris continetur. Quod si tutores inter se dissentiant de electione ejus qui debeat administrare, atque alii hunc, alii illum eligant, (nam fieri potest, ut, cum magnum sit pupillare patrimonium, unus administrationi non sufficiat) tunc praetor eligat quem velit, eique administrationem permittat. Idem per omnia dicimus etiam de multis ex inquisitione datis: nam et in his major pars debet eligere, qui administrare debeat.

§ 2. Pupillus adultus, aut adolescens major factus, non solum tutores aut curatores *ex* administrationis causa habebunt obligatos, sed illos quoque, qui ab administratoribus satisdationem accipiunt: habent autem adversus hos *actionem* in factum [sive indemnitatem] quae nominatur subsidiaria, ultimum iis praebens auxilium. Quum enim neque administratores neque horum fidejussores indemnitatem pupillo praestant, tunc qui cautionem ab his acceperunt, *actione* in factum tenebuntur, quae ex facto subsidiaria dicta est. Datur autem, quum vel omnino satisdationem non acceperint, qui eas accipere solent, aut acceperint quidem, sed fidejussores admiserint inidoneos. Eadem et adversus heredes datur, sicuti prudentum responsis et principalibus constitutionibus cavetur.

§ 3. Et illud continetur, ut constituti tutores aut curatores, si satisdationem *ex* administrationis suae causa praestare noluerint, captis pignoribus ad id compellantur, hoc est, jussu magistratus ex bonis eorum, pignoris loco, res capientur.

§ 4. [Neque Romae] neque urbis Praefectus, neque Praetor, neque provinciae Praeses *actioni* subsidiariae subjacebunt: sed hi soli, quibus mos est hujusmodi satisdationes accipere, [veluti Duumviri, et defensores civitatum.]

TITULUS VICENSIMUS QUINTUS.

DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM VEL CURATORUM.

Excusantur autem tutores vel curatores variis ex causis. plerumque autem propter liberos, sive in potestate sint, sive emancipati. si enim tres liberos superstites Romae quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in provinciis quinque, a tutela vel cura possunt excusari, exemplo ceterorum munerum: nam et tutelam vel curam placuit publicum munus esse. sed adoptivi liberi non prosunt; in adoptionem autem dati naturali patri prosunt [a]). item nepotes ex filio prosunt, ut in locum patris succedant; ex filia non prosunt. filii autem superstites tantum ad tutelae vel curae muneris excusationem prosunt; defuncti non prosunt. sed si in bello amissi sunt, quaesitum est, an prosint. et constat, eos solos prodesse, qui in acie amittuntur: hi enim, quia [b]) pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelleguntur.

---

a) *d. n. p., pr.* — b) *qui.*

DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM VEL CURATORUM.

TITULUS XXV.

Non solum autem superius est commune tutoribus et curatoribus, quod quilibet eorum satisdationibus gravetur; sed etiam aliud, quod quilibet eorum ad tutelam vel curam vocatus excusatione uti possit. Lex enim *satis* sciens, administrationis solicitudinem esse onerosam ac gravem, deprecationes sive excusationes ex multis adinvenit causis, quarum una si quis utatur, effugit administrationis molestiam. Ut plurimum vero propter liberos excusare nos possumus, sive in potestate sint, sive emancipati. Si quis enim tres liberos superstites habeat Romae, aut quatuor in Italia, aut in provinciis quinque, sine impedimento et a tutela et a cura se excusat, exemplo reliquorum munerum: nam et tutelam et curam publicis connumerari muneribus constat.

Liberi adoptivi non prosunt ad excusationem, sed naturales, ut dictum est, etsi in adoptionem alteri sunt dati.

Nepotes ex filio proderunt, defuncta persona media; namque subeunt in patris locum: sed ex filia *nepotes* excusationem non praebent.

Liberi autem, ut dixi, tantum vivi proderunt, non defuncti. Quod si in bello obierint, quaesitum est an prosint? Et placuit, eos solos excusationem nobis praebere, qui in acie atque in ipso conflictu ceciderint: nam quoniam hi pro republica obierunt, videntur per rerum gestarum gloriam semper superesse.

§ 1. Item divus Marcus in semenstribus rescripsit, *eum, qui res fisci administrat, a tutela vel cura, quamdiu administrat, excusari posse.*

§ 2. Item qui reipublicae causa absunt, a tutela et cura excusantur. Sed et, si fuerunt tutores vel curatores, deinde reipublicae causa abesse coeperunt, a tutela et cura excusantur, quatenus reipublicae absunt, et interea curator loco eorum datur. qui si reversi fuerint, recipiunt onus tutelae, nec [c]) anni habent vacationem, ut Papinianus libro quinto responsorum rescripsit [d]): nam hoc spatium habent ad novas tutelas vocati.

§ 3. Et *qui potestatem aliquam habent, excusare se possunt,* ut divus Marcus rescripsit, sed coeptam [e]) tutelam deserere non possunt.

§ 4. Item propter litem, quam cum pupillo vel adulto tutor vel

---

c) *nam nec.* — d) *scripsit.* — e) *receptam, acceptam, susceptam.*

---

§ 1. Etiam Marcus Imperator in semestribus suis constitutionibus jussit *eum,* qui res fiscales sive publicas administrat, quamdiu ea administratione fungitur, et curae et tutelae habere deprecationem. Et ratio *est* manifesta: necesse enim *est,* nos aut pupillo succurrentes laedere fiscum, aut fisco indemnitatem procurantes, jura pupillorum minuere.

§ 2. Et rei publicae causa absentes a tutela et cura excusantur, non tantum futura, sed etiam incumbente: quamvis post susceptam administrationem excusatio non tribuatur. Qui autem administrationem suscepit, atque interea rei publicae causa proficiscitur, excusatione quidem utitur, sed eo usque sine periculo administrationi se subtrahere potest, quousque rei publicae causa abest. Utique et curator interea in ejus locum datur. Reversus autem ille ex profectione *suscepta* rei publicae causa, statim oneri tutelae subjicitur; ne quidem anni vacationem sive immunitatem ad id habens: sicut et Papinianus in quinto Responsorum suorum libro scribit. Anni enim intervallum revertentibus a *suscepta* rei publicae profectione datur ad excusationem, si quis ad novam vocetur tutelam vel curam. Itaque, si, cum tutor essem, rei publicae causa profectus fuero, desino quidem tutor esse, sed reversus statim necessario administrationem recipiam. Si vero, quum tutor non essem, rei publicae causa profectus, deinde reversus, et post reversionem ad tutelam vel curam vocatus fuero, veluti in primo mense post reversionem, vel sexto, vel decimo, vel duodecimo, et simpliciter antequam annus sit circumactus, excusare me possum.

§ 3. Et magistratum *sive potestatem* aliquam adeptus excusatione utitur, ut vult Divi Marci rescriptum: susceptam vero tutelam potestas superveniens non dissolvit.

§ 4. Litem habebam adversus pupillum vel adolescentem, excusationem

curator habet, excusare se nemo potest; nisi forte de omnibus bonis vel hereditate controversia sit.

§ 5. Item tria onera tutelae non affectatae, vel curae, praestant vacationem, quamdiu administrantur: ut tamen plurium pupillorum tutela, vel cura, eorundem bonorum, veluti fratrum, pro una computetur.

§ 6. Sed et *propter paupertatem excusationem tribui,* tam divi fratres, quam per se divus Marcus rescripsit, *si* f) *quis imparem se oneri iniuncto possit docere.*

§ 7. Item f) propter adversam valetudinem, propter quam nec suis quidem negotiis superesse g) potest, excusatio locum habet.

§ 8. Similiter *eum, qui literas nesciret, excusandum esse,* divus Pius rescripsit; quamvis et imperiti literarum possunt ad administrationem negotiorum sufficere.

§ 9. Item si propter inimicitias aliquem testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum praestat ei excusationem; sicut per contrarium non excusantur, qui se tutelam patri pupillorum administraturos promiserunt.

---

f) *Si .. doc ., item.* — g) *interesse.*

---

hoc non praebebit, nisi forte de omnibus nostris bonis aut hereditate inter nos certamen sit.

§ 5. Tres tutelae vel curae, quas non adfectans suscepi, vacationem mihi a quarta administratione praebent, quamdiu etiam tres *illae* tutelae vel curae consistunt. Ideo autem dixi, quas non adfectans suscepi, quoniam, si forte alicujus tutelam vel curam, quae tenuissima erat, suscipere studui, non implebit *ea* numerum trium. Porro illud scire oportet, quod ex patrimoniis, non ex personis, tutelarum multitudo judicetur. Si quis enim obierit, *relictis* tribus aut pluribus liberis, et *ego* horum tutor vel curator fiam, una erit tutela, quoniam et unum *est* patrimonium.

§ 6. Solet etiam paupertas administrationis deprecationem praebere. Hoc enim divi fratres [Verus et Antoninus rescripserunt,] et per se Marcus rescripsit. Itaque et paupertatem invenire licet utilem.

§ 7. Si quis ad tutelam vocatus, inidoneum se *esse,* neque administrationi sufficere probaverit, aut morbum etiam sibi esse causetur, qui nec propria gerere negotia ipsi permittat, audietur a tutela sese excusans.

§ 8. Illiteratus administrationis deprecationem habet, ita sanciente Divo Pio, quamvis et imperiti literarum *quam* maxime aliquando aliena patrimonia administrare possint.

§ 9. Si quis inimicum suum proprio filio testamentarium reliquerit tutorem, excusatur datus: sicut et ex contrario non excusabitur, quicumque viventi adhuc patri pupillorum promisit, *se* liberorum ejus tutorem fore.

§ 10. *Non esse autem admittendam excusationem eius, qui hoc solo utitur, quod ignotus patri pupillorum sit*, divi fratres rescripserunt.

§ 11. Inimicitiae, quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec reconciliatio intervenit, a tutela vel cura solent excusari [h]).

§ 12. Item, si quis status controversiam a pupillorum patre passus est, excusatur a tutela.

§ 13. Item maior septuaginta annis a tutela vel cura se potest excusare. Minores autem viginti et quinque annis olim quidem excusabantur: a nostra autem constitutione prohibentur ad tutelam vel curam aspirare, adeo, ut nec excusationis [i]) opus fiat [k]). qua constitutione cavetur, ut nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus; cum erat incivile, eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, et sub [l]) aliis reguntur, aliorum tutelam vel curam subire.

§ 14. Idem et in milite observandum est, ut nec volens ad tutelae munus [m]) admittatur.

§ 15. Item Romae grammatici, rhetores, et medici, et qui in patria

---

h) *propter inimicitias, inimicitias; solet; excusare.* — i) *excusationi, ..one, ..o.* — k) *sit.* — l) *ab,* def. — m) *onus.*

---

§ 10. Nemo ex eo solo excusationem sibi comparare poterit, dicens, Ignotus eram pupillorum patri: hoc enim Divorum fratrum constitutio jubet.

§ 11. Inimicitia interveniens mihi cum patre impuberum vel adolescentium, si quidem capitalis sit, non interposita interim amicitia, liberat a tutela: Sin autem non sit capitalis, excusationem non praestat.

§ 12. Si quis de statu quaestionem mihi intulerit, non cogar liberos ejus tueri.

§ 13. Major septuaginta annis et a tutela et a cura liberabitur: minor autem viginti quinque annis olim quidem vocatus excusatione utebatur dicens, Minor sum viginti quinque annis; sed Imperatoris nostri constitutio hunc in prohibitione esse jussit, non *in* excusatione. Unde si quis minor viginti quinque annis ad tutelam vel curam vocetur, nec excusatione indiget, ut eadem sacra continetur constitutione. Itaque neque impubes, nec pubes quidem sed annis viginti quinque minor, ad legitimam vocabuntur tutelam. Erat enim hoc ab omni jure civili alienum, *eos* qui alterius indigerent auxilio in rerum suarum administratione, et qui ab aliis deberent regi, aliorum fieri rectores.

§ 14. Sicut autem minor annis, neque volens, tutor vel curator fit, ita neque miles.

§ 15. Grammatici, Rhetores, Medici in *urbe* Roma, et qui in sua patria haec studia tractant, atque intra numerum sunt constitutione comprehensum,

sua id n) exercent, et intra numerum sunt, a tutela vel cura habent vacationem.

§ 16. Qui autem se vult excusare, si plures habeat excusationes, et de quibusdam non probaverit, aliis uti intra tempora o) non prohibetur. Qui autem excusare se volunt, non appellant: sed intra dies quinquaginta continuos, ex quo cognoverunt p), excusare se debent (cuiuscumque generis sunt, id est qualitercumque dati fuerint tutores), si intra centensimum lapidem sunt ab eo loco, ubi tutores dati sunt; si vero ultra centensimum habitant, dinumeratione facta viginti millium diurnorum et amplius triginta dierum. quod tamen, ut Scaevola di-

---

n) *id artis, artem, hanc artem, has artes.* — o) *t. constituta.* — p) *se vocatos c., c. se esse tutores vel curatores datos,* vel similia.

---

vacationem a tutela et cura habebunt. Est enim constitutio Antonini, quae declarat, quot Grammaticos vel Rhetores vel Medicos in quaque civitate esse oporteat.

§ 16. Qui multas habet excusationes, si quibusdam ex illis utens rejectus sit, potest intra excusationis tempora reliquis uti.

Vocatus ad tutelam vel curam, volensque tale onus effugere, excusatione utitur, non autem appellat: tunc enim appellatio *est* necessaria, quum quis excusatione utens litem non obtinuerit. Porro excusatione utens intra quinquaginta dies continue currentes, non utiles, ea utitur: ex quo enim novit, se tutorem esse datum, currere incipiunt. Excusatione utantur *tutores* sive testamentarii, sive legitimi, sive patroni, sive fiduciarii, sive a magistratu dati: sive etiam curatores sint specialiter dati, sive a legibus vocati, sive in eadem urbe habitent *in* qua vocati sunt, sive intra centesimum milliarium sint ab eo loco, ubi dantur tutores, sive ultra centesimum degant milliarium: facta dinumeratione, et praebitis in *unum*quemque diem viginti milliariis, quae conficere debet vocatus, ut perveniat in quo *tutor* nominatus est loco, ad utendum *sua* excusatione: ita tamen, ut relinquantur ei triginta dies, postquam se stiterit *in* illa urbe, in qua se excusare cupit. Quod et Scaevola sic dixit debere computari, ut pauciores quidem diebus quinquaginta nunquam tutor habeat ad excusationem, plures autem aliquando. Veluti aberat ducentis milliariis, postquam cognovit, habet in viam dies decem, post adventum quadraginta: aberat trecentis, in viam habet quindecim, et post adventum habet reliquos triginta quinque dies. Quod si aberat quadringentis milliariis, ratione viae, habet dies viginti, nam vicies viginti *sunt* quadringenta: reversus igitur habet triginta dies. Sin aberat quingentis milliariis, habet viginti quinque dies ratione viae, et triginta post reditum. Quod si mille remotus fuit milliariis, habet quinquaginta dies viae causa, et triginta integros post decursum quinquaginta dierum: atque hoc modo invenitur qui plures quinquaginta diebus habet,

cebat, sic debet computari, ne minus sint quam quinquaginta dies.

§ 17. Datus autem tutor ad universum patrimonium datus esse creditur.

§ 18. Qui tutelam alicuius gessit, invitus curator eiusdem fieri non compellitur, in tantum, ut, licet pater, qui testamento tutorem dederit, adiecit q), se eundem curatorem dare, tamen *invitum eum curam suscipere non cogendum*, divi r) Severus et Antoninus rescripserunt s).

§ 19. Iidem rescripserunt, *maritum uxori suae curatorem datum excusare se posse, licet se immisceat.*

§ 20. Si quis autem falsis allegationibus excusationem tutelae meruit, non est liberatus onere tutelae.

---

q) *dederit, adiecerit, ..dit .. cerit.* — r) *divus.* — s) *rescripserint.*

---

pauciores vero nunquam, quemadmodum exempla particularia probaverunt.

§ 17. Datus quis est tutor: hic ad omnes res pupilli datus creditur. Neque dicimus, eum harum quidem *rerum* tutorem esse, in illis vero non esse.

§ 18. Pupilli tutor fueram. factus est puber. ejus curator nominatus sum. invitus non cogor ejus curator esse. Immo etsi pater in testamento tutorem me reliquit filio suo impuberi, addens eumdem me curatorem quoque illi fore. non cogor ejus curator fieri. Hoc enim divi Severus et Antoninus rescripserunt.

§ 19. Constitutus quis est uxoris suae curator. Excusatione uti potest, licet administrationi se immiscere coeperit.

§ 20. Tutor quis nominatus, et falsis allegationibus usus, excusationem impetravit: non hoc eum liberat tutelae onere. Sed si aliquod damnum pupillo accidat ex eo quod ipse non administravit, illud praestare cogitur.

TITULUS VICENSIMUS SEXTUS.

DE SUSPECTIS TUTORIBUS VEL CURATORIBUS.

Sciendum est, suspecti crimen ex lege duodecim tabularum descendere.

§ 1. Datum est autem ius removendi suspectos tutores Romae praetori, et in provinciis praesidibus earum et legato proconsulis.

§ 2. Ostendimus, qui possunt [a]) de suspecto cognoscere: nunc videamus, qui suspecti fieri possunt [a]). Et quidem omnes tutores possunt [b]), sive testamentarii sint, sive alterius [c]) generis tutores. quare etsi legitimus sit tutor, accusari poterit. quid si patronus? adhuc idem erit dicendum; dummodo meminerimus, famae patroni parcendum, licet ut suspectus remotus fuerit.

§ 3. Consequens est, ut videamus, qui possunt [d]) suspectos postulare. Et sciendum est, quasi publicam esse hanc actionem, hoc est omnibus patere. quinimo et mulieres admittuntur, ex rescripto divorum [e]) Severi et Antonini, sed hae solae, quae, pietatis necessitudine [f])

---

a) *possint, possent.* — b) def., *p. fieri suspecti.* — c) *s. non sed a.*, vel similia. — d) *possint.* — e) *divi.* — f) *pietate necessitudinis.*

DE SUSPECTIS TUTORIBUS VEL CURATORIBUS.

TITULUS XXVI.

Quum diximus de excusationibus, dicamus etiam de accusatione suspectorum tutorum et curatorum. Hanc vero accusationem lex duodecim tabularum invenit.

§ 1. Et videamus, quinam de hac accusatione cognoscant, et qui ut suspecti removeantur, et qui suspectos accusare possint. Accusantur suspecti in *urbe* quidem Roma apud Praetorem, in provinciis autem apud Praesides, immo etiam apud legatum [sive vicarium] Proconsulis.

§ 2. Quum judices diximus, dicamus et de suspectis. Scire oportet, omnes tutores, sive testamentarii sint, sive alius generis, recte accusari: unde et legitimus, ut suspectus removetur. Sed etsi patronus sit, idem dicemus. Hoc tamen scire oportet, patroni famae parcendum esse, etiamsi ut suspectus removeatur: nam suspecti judicium famosum est.

§ 3. Nunc consequens est dicere, quinam suspectos accusare possint. Et sciendum est, hanc accusationem esse publicam, id est, omnibus hominibus licere hanc movere litem. Plus dico, et mulieres ad hanc accusationem admittentur, permittente constitutione divorum Severi et Antonini: sed eae solae,

ductae, ad hoc procedunt, ut puta mater; nutrix quoque et avia possunt, potest et soror; sed et, si qua mulier fuerit, cuius praetor propensam g) pietatem intellexerit, non sexus verecundiam egredientis, sed pietate productae h) non continere iniuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem.

§ 4. Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare; puberes autem curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere: et ita divi i) Severus et Antoninus rescripserunt.

§ 5. Suspectus est autem, qui non ex fide tutelam gerit, licet solvendo est, ut Iulianus quoque rescripsit k). Sed et ante, quam incipiat gerere tutelam tutor, posse eum quasi suspectum removeri, idem Iulianus rescripsit k), et secundum eum constitutum est.

§ 6. Suspectus autem remotus, si quidem ob dolum, famosus est; si ob culpam, non aeque.

§ 7. Si quis autem suspectus postulatur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei administratio, ut Papiniano visum est.

§ 8. Sed si suspecti cognitio suscepta fuerit, posteaque tutor vel curator decesserit, extinguitur cognitio suspecti.

---

g) *perpensam.* — h) *egredientem .. productam, .. diens .. cta.* — i) *divus.* — k) *scripsit.*

---

quae pietatis necessitate adductae, ad hoc processerint, veluti mater, nutrix, avia: nec soror quidem prohibetur. Sed et si qua alia mulier, cujus propensam in pietatem voluntatem praetor videt, non impudentem neque sexus pudorem egredientem, sed pietate tractam, non posse in se continere commissam in impuberes injuriam, etiam hanc ad accusationem admittit.

§ 4. Impuberes suos tutores ut suspectos non removebunt. Puberes autem accusabunt curatores, attamen *ex* consilio necessariarum personarum, veluti cognatorum et per adfinitatem ipsis conjunctorum. Et hoc Severus et Antoninus rescripserunt.

§ 5. Suspectus autem est, et qui non fidelissime tutelam administrat, etsi locuples est. Hoc enim Julianus dicit. Tutor etiam antequam administrare incipiat, ut suspectus removeri potest, ut Julianus respondit, cujus responsum constitutio confirmavit.

§ 6. Remotus autem ut suspectus, si quidem ob dolum, infamis est: sin ob negligentiam, non item.

§ 7. Quamdiu autem quis ut suspectus accusatur, donec peragatur judicium, administrationem attingere non debet: nam interdicta est illi, ut Papiniano videtur.

§ 8. Si coepta quidem fuerit suspecti accusatio, sed tutor vel curator interim moriatur, tale judicium extinguitur. Quomodo enim potest jam mortuus removeri?

§ 9. Si quis tutor copiam sui non faciat, ut alimenta pupillo decernantur, cavetur epistola divorum Severi et Antonini, ut in possessionem bonorum eius pupillus mittatur; et, quae morâ deteriora futura sunt, dato curatore, distrahi iubentur. ergo ut suspectus removeri poterit, qui non praestat alimenta.

§ 10. Sed si quis praesens negat, propter inopiam alimenta non l) posse decerni, si hoc per mendacium dicat, remittendum eum esse ad praefectum urbis puniendum placuit, sicut ille remittitur, qui, data pecunia, ministerium tutelae m) redemerit n).

§ 11. Libertus quoque, si fraudulenter gessisse tutelam filiorum vel nepotum patroni probetur, ad praefectum urbis remittetur puniendus.

§ 12. Novissime sciendum est, eos, qui fraudulenter tutelam vel curam administrant, etiam, si satis offerant, removendos a tutela: quia satisdatio propositum tutoris malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem praestat.

§ 13. Suspectum enim eum putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit: enimvero tutor vel curator, quamvis pauper est, fidelis tamen et diligens, removendus non est quasi suspectus.

---

l) *non* def. — m) *ministeriis tutelam.* — n) *acquisierit vel r.*

---

§ 9. Si tutor non compareat, ut alimenta pupillo a magistratu decernantur, cautum est constitutione Severi et Antonini, ut in possessionem bonorum ejus pupillus mittatur, dato bonis tutoris curatore, qui res tempore pereuntia, ut jumenta et vestem et quae talia *sunt,* divendere debet. Itaque ut suspectus removeri potest, qui alimenta pupillo non praebet.

§ 10. Sed si quis praesens neget se pupillo alimenta praestare posse, quod is pauper sit, et dictum ejus falsum probetur, remittetur ad Praefectum urbis puniendus: sicut et ille, qui pecuniam largitus, tutor fieri studuit.

§ 11. Libertus si male administrasse tutelam filiorum vel nepotum sui patroni arguatur, remittetur ad Praefectum in corpore puniendus.

§ 12. Ad extremum vero hoc sciendum *est,* circa tutelam vel curam malitiose versantes, etsi offerunt satisdationem, *rem pupilli salvam fore,* nihilominus a tutela removentur. Nam satisdatio malevolam tutoris mentem non mutat, sed licentiam in longius tempus grassandi in pupilli bonis ei praebet.

§ 13. Suspectum enim illum credimus, qui pravus est moribus, *ita* ut ex ipsis adparcat, *eum* suspectum esse. Tutor autem vel curator, quamvis sit pauper, attamen fidus ac diligens, non debet ut suspectus removeri.

FINIS CUM DEO LIBRI PRIMI INSTITUTIONUM THEOPHILI ANTECESSORIS.

INSTITUTIONUM

COMPOSITARUM PER TRIBONIANUM,

VIRUM MAGNIFICUM, MAGISTRUM ET EXQUAESTORE SACRI PALATII, ET THEOPHILUM ET DOROTHEUM, VIROS ILLUSTRES, ANTECESSORES,

EXPLICIT LIBER PRIMUS, INCIPIT SECUNDUS.

TITULUS PRIMUS.

DE RERUM DIVISIONE [a]).

Superiore libro de iure personarum exposuimus; modo videamus de rebus. quae vel in nostro patrimonio sunt [b]), vel extra nostrum patrimonium habentur. quaedam enim naturali iure communia sunt omnium, quaedam publica, quaedam universitatis, quaedam nullius, ple-

---

a) *d. et qualitate, d. et acquirendo ipsarum dominio.* — b) *sunt* def.

LIBER SECUNDUS.

DE RERUM DIVISIONE.

TITULUS I.

In praecedenti libro recensitis legumlatoribus, factoque initio ab legum divisione, diximus circa haec tria Romanorum versari legumlationem, circa personas, circa res, circa actiones: quumque in eodem *libro* absolverimus personarum doctrinam, in qua diximus, alios esse liberos, alios servos, ac liberorum quosdam ingenuos, quosdam libertinos *esse;* atque alteram *quoque* dixerimus divisionem, quod hominum nonnulli alieni sint juris, nonnulli sui; item in quos jus potestatis cadat, quotque modis dissolvatur; nec non quod sui juris *hominum* quidam in tutela, quidam in cura sint; quumque *praeterea* et constitutiones et liberationes et excusationes tutorum, ac suspectorum accusationes intellexerimus: nunc ad alterum ordine librum deveniamus, et dicamus de Rerum Divisione. Est autem Divisio infinitae materiae concisa comprehensio.

Porro summa rerum divisio haec est, quod rerum aliae in nostro sint dominio ac patrimonio, aliae extra nostrum sint patrimonium sive dominium. Quaedam enim naturali jure sive jure gentium, communia sunt omnium; quaedam publica sive populica; quaedam universitatis; quaedam sine domino

raque singulorum, quae variis ex causis cuique acquiruntur, sicut ex subiectis apparebit.

§ 1. Et quidem naturali iure communia sunt omnium haec: aër, aqua profluens, et mare, et per hoc litora maris. nemo igitur ad litus maris accedere prohibetur, dum tamen villis et monumentis et aedificiis abstineat, quia non sunt iuris gentium, sicut et mare.

§ 2. Flumina autem omnia et portus publica sunt: ideoque ius piscandi omnibus commune est in portu fluminibusque.

§ 3. Est autem litus maris, quatenus hibernus fluctus maximus excurrit.

§ 4. Riparum quoque usus publicus est iuris gentium [c]), sicut ipsius fluminis: itaque navem ad eas applicare, funes ex arboribus ibi natis religare, onus aliquid in his reponere, cuilibet liberum est, sicuti per ipsum flumen navigare. sed proprietas earum illorum est, quorum praediis adhaerent: qua de causa arbores quoque in hisdem [d]) natae eorundem sunt.

§ 5. Litorum quoque usus publicus iuris gentium [c]) est, sicut ipsius

---

c) *iure g.*, *et iuris g.* — d) *iisdem*, *his*, *ipsis.*

---

sive nullius; pleraeque autem in singulorum dominio sunt, quae ex variis causis cuique adquiruntur: sicut ex sequentibus ostendetur.

§ 1. Naturali ergo jure communia omnium hominum sunt haec, aër, aqua perennis, mare: ideoque et littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibebitur, veluti inambulare, aut navem adpellere; sic tamen, ut villis sive domiciliis, et sitis ibi monumentis, nec non aedificiis abstineat, neque his incommodet: haec enim omnium hominum non *sunt* communia, neque juris gentium, sicuti mare.

§ 2. Flumina vero omnia et portus, publica sunt, id est populi Romani: ideoque piscandi jus omnibus commune est in portubus ac fluviis.

§ 3. Quoniam vero dixi, littus juris esse gentium, ut et mare, definiendum est, quid sit littus. Littus est, quousque hibernus fluctus maximus excurrit: itaque aestate etiam usque ad ea loca littus definimus.

§ 4. Sed et ripae usus publicus est, ut jus gentium vult, sicut et ipsius fluminis usus publicus est. Atque adeo et navigium ad ripas adpellere, vel funes ex natis ibi arboribus religare, et navis onera in his locis deponere, libera cuique est facultas; sicuti etiam per ipsum flumen navigare prohibitum non est. Usus ergo (ut dictum est) riparum publicus quidem sive juris gentium est, sed ipsarum riparum proprietas eorum est, quorum praediis adhaerent sive connexae sunt. Quare arbores quoque in ipsis ripis enatae eorum sunt, quorum et proprietas riparum *est.* Cedunt enim imposita suppositis: [*id est, superficies cedit solo.*]

§ 5. Sed et littorum usus publicus est, sicut et ipsius maris: unde om-

maris: et ob id quibuslibet liberum est, casam ibi imponere [e]), in qua se recipiant, sicut retia siccare, et ex mare [f]) deducere [g]). proprietas autem eorum potest intellegi nullius esse, sed eiusdem iuris esse, cuius et mare, et, quae subiacent mari, terra vel arena.

§ 6. Universitatis sunt, non singulorum, veluti quae in civitatibus sunt, ut theatra, stadia, et similia, et [h]) si qua alia sunt communia civitatium.

§ 7. Nullius autem sunt res sacrae et religiosae et sanctae: quod enim divini iuris est, id nullius in bonis est.

§ 8. Sacra sunt, quae rite et per pontifices Deo consecrata sunt, veluti aedes sacrae, et dona [i]), quae rite ad ministerium Dei dedicata sunt, quae etiam per nostram constitutionem alienari et obligari prohibuimus, excepta causa redemptionis captivorum. si quis vero auctoritate sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum.

---

e) *reponere, ponere.* — f) *mari.* — g) *reducere.* — h) def. *et.* — i) *donaria.*

---

nibus volentibus data est facultas, casas in iis ponere, quo se recipere possint: ut et retia siccare atque e mari extrahere. At littorum proprietas specialem dominum non agnoscit: est enim ejusdem juris, cujus et mare, ac terra sive arena mari subjacens.

§ 6. Universitatis autem sive multitudinis sunt, non singulorum, veluti quae in civitatibus sunt theatra, stadia, balnea publica, porticus, et si qua alia civitatibus sunt communia.

§ 7. Nullius vero sunt sacra, et religiosa, et sancta. Quod enim divini juris est, hoc sub neminis cadit dominium.

§ 8. Sacra sunt, quae justo ritu et per sacerdotes Deo sunt consecrata: cujusmodi *sunt* ecclesiae, et sacella martyrum, et oratoria, et donaria, quae decenter ad ministerium Dei destinata sunt, veluti vasa pretiosa. Haec autem constitutio Imperatoris nostri alienari vel oppignorari vetuit, excepta causa redemtionis captivorum: si enim contingat, ut aliqui a barbaris capiantur, sanctissima autem civitatis illius ecclesia pecuniis egeat, licentia datur civitatis episcopo aut dispensatori, pretiosa vasa vendere et opponere pro accipiendis nummis, ut inde captivos redimat.

At si quis propria auctoritate quasi sacrum sibi constituerit locum, nemo hoc adpellaverit sacrum; semel enim modum diximus, quo sacra soleant fieri: sed dicimus ejusmodi locum profanum esse sive privatum.

Si vero accidat, ut sacra aedes facto terrae motu corruat, aut etiam vetustate collabatur, nihilominus locus, in quo templum steterat, sacer est et

locus autem, in quo sacrae aedes aedificatae sunt, etiam diruto aedificio, adhuc sacer manet, ut et Papinianus rescripsit [k]).

§ 9. Religiosum locum unusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum. in communem autem locum purum, invito socio, inferre non licet; in commune vero sepulcrum etiam invitis ceteris licet inferre. item si alienus ususfructus est, proprietarium placet, nisi consentiente usufructuario, locum religiosum non facere. in alienum locum, concedente domino, licet inferre; et, licet postea ratum habuerit [l]), quam illatus est mortuus, tamen religiosus locus [m]) fit.

§ 10. Sanctae quoque res, veluti muri et portae, quodammodo divini iuris sunt, et ideo nullius in bonis sunt. ideo autem muros sanctos dicimus, quia poena capitis constituta sit in eos, qui aliquid in

---

k) *respondit, scripsit.* — l) *non hab.* lectio Bononiensis. — m) *sine voluntate eius* vel *ex vol. e.* diversis locis inscritur.

---

nullius, ut Papinianus ait: qui enim sacer *semel* factus est, nullo modo sacer esse desinit.

§ 9. Nullius sunt etiam *loca* religiosa. Religiosum autem quilibet homo sua constituit voluntate, proprio loco mortuum inferens. Quod si communis sit locus, siquidem purus est, et nondum religiosus factus, invito socio [illum inferri nolente] non licet illi reliquias *ibi* condere: sin commune sit monumentum, etiam nolentibus sociis, licet ei reliquias *ibi* condere.

At si loci alicujus alius habeat usumfructum, (Ususfructus autem est jus quoddam certis modis constitutum, quod mente comprehenditur, atque efficit ut in alterius proprietate usum et fructum habeam:) si igitur ejusdem loci alius usumfructum habeat, alius proprietatem, proprietarius in dicto loco reliquias condens, praeter voluntatem usufructuarii, locum religiosum non facit. Quum enim religiosus factus in dominio esse nequeat, sed ususfructus definitio nos docuerit, in alterius proprietate usumfructum consistere: consequenter necessarius est usufructuarii consensus, nihilque erit firmum *eorum* quae a proprietario in damnum usufructuarii fiunt.

In alieno quoque loco, permittente domino, reliquias condere licet; et locus fit religiosus. Sed etsi praeter voluntatem condiderit, dominus autem hoc intelligens factum ratum habuerit, et sic locus fit religiosus.

§ 10. Porro res sanctae, veluti moenia, portae, quodammodo divini juris sunt, atque a nemine possideri possunt. Ideo autem moenia diximus sancta, quoniam capitalis poena statuta est adversus eos, qui quid in moenia deliquerint, veluti lapidem eximentes, aut quomodocumque murum laedentes. Unde et illas partes legum, quibus partibus insunt poenae, adversus violatores legum scriptae, sanctiones vocamus. Dicuntur autem et inde sancta; nam sancire est munire: quum ergo moenia nos muniant, ideo sancta adpellantur.

muros deliquerint. ideo et legum eas partes, quibus poenas constituimus adversus eos, qui contra leges fecerint, sanctiones vocamus.

§ 11. Singulorum autem hominum multis modis res fiunt: quarundam enim rerum dominium nanciscimur iure naturali, quod, sicut diximus, appellatur ius gentium; quarundam iure civili. Commodius est itaque a vetustiore iure incipere. palam est autem, vetustius esse naturale ius, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit: civilia enim iura tunc coeperunt esse, cum et civitates condi, et magistratus creari, et leges scribi coeperunt.

§ 12. Ferae igitur bestiae, et volucres, et pisces, id est omnia animalia, quae in terra, mari, caelo nascuntur, simulatque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt: quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. Nec interest, feras bestias et volucres utrum in suo fundo quisque capiat, an in alieno: plane, qui in alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia, potest a domino, si is providerit, prohiberi, ne ingre-

---

Licet autem et fabulosam quamdam causam *hujus* adpellationis reddere: ferunt enim Deos olim cum hominibus conversatos fuisse, atque eos undique incolumes servavisse: sed procedente tempore hominum pertaesos reliquisse eos. Homines igitur auxilio eorum destituti, ad imitationem illius custodiae moenia excogitaverunt. Quum igitur sanctum sit *quod* pretiosum *est*, idcirco moenia ac portas vocaverunt sancta, tamquam in locum pretiosissimarum *rerum* excogitata.

§ 11. Dicamus porro etiam de rebus, quae ad dominium singulorum hominum referuntur. Hae autem multis modis nostri fiunt patrimonii: quarumdam enim rerum domini fimus naturali jure, quod (uti dictum est) jus gentium adpellatur; quarumdam vero stricta et civili ratione, id est Romanis propria. [*id est, jure Romanis proprio.*]

Commodius autem est ab antiquis *temporibus* doctrinae initia facere. Atqui constat, vetustius esse jus naturale, quod simul *cum* hominum genere in lucem natura produxit: namque jura civilia tum demum inveniri coepta sunt, quum et urbes aedificari, et magistratus creari, et leges coeptae sunt scribi.

§ 12. Ferae igitur bestiae, et volucres, itemque pisces, (hoc est, quaecumque animalia in terra, aut in mari, aut in coelo nascuntur) simul atque ab aliquo capta sunt, secundum jus gentium continuo in dominio ejus esse incipiunt. Quod enim prius sub nullius erat dominio, hoc naturali ratione occupantis fit. Indifferens vero, utrum feras bestias et volucres in proprio quis agro venetur an in alieno agro, ingressus ad venandum, vel aucupandi gratia.

Recte tamen prohibetur a domino agri, si hoc ille praevideat: potest enim prohibere eum in suum ingredi agrum. At si quid animalium supradictorum

diatur. Quicquid autem eorum ceperis, eousque tuum esse intellegitur, donec tua custodia coërcetur; cum vero evaserit custodiam tuam, et in naturalem libertatem se receperit, tuum esse desinit, et rursus occupantis fit. naturalem autem libertatem recipere intellegitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, ut difficilis sit eius persecutio.

§ 13. Illud quaesitum est, an, si fera bestia ita vulnerata sit, ut capi possit, statim tua esse intellegatur. quibusdam placuit, statim tuam esse, et eousque tuam videri, donec eam persequeris; quodsi desieris persequi, desinere tuam esse, et rursus fieri occupantis. alii non aliter putaverunt tuam esse, quam si eam ceperis. sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quia multa accidere solent, ut eam non capias.

§ 14. Apium quoque natura fera est. itaque, quae in arbore tua consederint, antequam a te alveo includantur, non magis tuae esse intelleguntur, quam volucres, quae in tua arbore nidum fecerint: ideoque, si alius eas incluserit, is earum dominus erit. favos quoque, si quos eae fecerint, quilibet eximere potest. plane, integra re, si provideris

---

ceperit quis, eo usque in suo habet dominio, quousque sub ejus custodia continetur. Quod si capientis possessionem effugerit, atque in naturalem libertatem recucurrerit, desinit in dominio esse *illius* qui ante ceperat, ac rursus occupantis fit animal.

Naturalem vero libertatem animal recipere intelligitur, quando vel visum nostrum effugerit, vel visui quidem nostro se obtulerit, sed difficilis ejus sit captio. Quid enim, si in altissimum quemdam et invium locum perfugerit?

§ 13. Hoc autem inter quaesita fuit: Cervus aut aper ita a me vulneratus est, ut facilis ejus sit captura. Quidam dicunt, statim ejusmodi animal mei dominii fieri: aliis autem placuit, fieri quidem meum, quod a me vulneratum est, statim *ab ipso* vulnere letali; ast eo usque, donec animal persequar. Quod si illud desinam persequi, mei dominii esse desinit, fitque occupantis. Tertia exstitit sententia nonnullorum dicentium, non aliter me vulnerantem ferae dominum fieri, nisi quousque ejus potiar.

Atque hanc potius tertiam sententiam confirmat Imperator noster, hoc addens ratiocinium: ait enim multa interim accidere posse, quae me dictum animal capere haud sinant: nam forte occurrens fera bestia prohibuit me ulterius progredi, vel rapuit etiam vulneratum a me; aut *ego* inter persequendum in loca difficilia incidens, bestiam indagare non potui.

§ 14. Apium natura fera est. Scilicet apes in tua arbore considentes tui dominii non fiunt, antequam eas alvearibus incluseris, quae κυψελλας *Graece* dicimus: uti neque aves, quae nidum in arbore tua fecerunt, antequam captae sint, tui sunt dominii. Unde si quis anticipans dictas apes in suis reposuerit alvearibus, earum dominus fit.

Porro favos quoque, si quos ab apibus fieri contingat, *quilibet* volens exi-

ingredientem in fundum tuum, potes eum iure prohibere, ne ingrediatur. examen, quod ex alveo tuo evolaverit, eousque tuum esse intellegitur, donec in conspectu tuo est, nec difficilis eius persecutio est: alioquin occupantis fit.

§ 15. Pavonum et columbarum fera natura est. nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine avolare et revolare solent: nam et apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam; cervos quoque ita quidam mansuetos habent, ut in silvas ire et redire soleant, quorum et ipsorum feram esse naturam nemo negat. In his autem animalibus, quae ex consuetudine abire et redire solent, talis regula comprobata est, ut eousque tua esse intellegantur, donec animum revertendi habeant: nam si revertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, et fiunt occupantium. revertendi autem animum videntur desinere habere, cum revertendi consuetudinem deseruerint.

§ 16. Gallinarum et anserum non est fera natura. idque ex eo pos-

---

mere potest, etsi in meo agro illi effecti sunt. Sin autem, antequam alius favos adprehenderit, ego *hoc* praevidens ingredi eum in agrum meum prohibui, (hoc enim secundum leges facere possum) *ipse* capiam favos, nemine inhibente.

Et apium examen, si alvearia tua relinquens avolet, eo usque tui esse dominii intelligitur, quousque tuis se offerat oculis, neque ejus captura difficilis sit: quod si visum tuum effugerit, occupantis fit.

§ 15. Pavonum et columbarum natura fera est. Nec quisquam dicat, consuetum illis esse avolare ac rursus reverti. Nam et apes hoc faciunt, et *tamen* extra controversiam est, feram earum esse naturam. Etenim cervas quoque ita cicures quidam habent, ut relinquant dominos, atque in silvas abeant rursusque redeant: attamen harum natura nihilominus fera est.

In his autem animalibus, quae ex consuetudine reverti solent, postquam abierunt, haec nobis firmissima tradita est regula, veluti in apibus, columbis, pavonibus, cervis: dicimus enim eo usque illa esse dominii nostri, quousque animum ad nos revertendi habent: si vero hanc mentem habere desinant, *et* nostri dominii esse desinunt, atque occupantis fiunt.

Sed quum illud in animalibus deprehendere nequeamus, ex reversionis consuetudine hoc deprehendemus. Finge enim, cervam meam me relicto consuevisse in silvas abire, atque eopse die reverti, aut altero vel tertio etiam die; nunquam vero ultra tres dies *a* mea domo emansit: si igitur intra tres dies, quibus reverti consuevit, ab aliquo capta sit, ego utpote circa proprietatem *meam* laesus, habebo adversus eum *actionem* in rem. Quod si quis quarto die eam venatus sit, nullam adversus eum actionem movebo. Manifestum enim *est*, *eam* ex quo reversionis consuetudinem non observavit, meam sprevisse dominium.

§ 16. Domesticarum gallinarum atque anserum natura fera non est. Et

sumus intellegere, quod aliae sunt gallinae, quas feras vocamus, item alii anseres, quos feros appellamus. ideoque si anseres tui, aut gallinae tuae aliquo casu turbati turbataeve evolaverint, licet conspectum tuum effugerint, quocumque tamen loco sint, tui tuaeve esse intelleguntur; et, qui lucrandi animo ea animalia retinuerit, furtum committere intellegitur.

§ 17. Item ea, quae ex hostibus capimus, iure gentium statim nostra fiunt: adeo quidem, ut et liberi homines in servitutem nostram deducantur, qui tamen, si evaserint nostram potestatem, et ad suos reversi fuerint, pristinum statum recipiunt.

§ 18. Item lapilli et gemmae et cetera, quae in litore inveniuntur, iure naturali statim inventoris fiunt.

§ 19. Item ea, quae ex animalibus dominio tuo subiectis nata sunt eodem iure tibi acquiruntur.

§ 20. Praeterea, quod per alluvionem agro tuo flumen adiecit, iure gentium tibi acquiritur. est autem alluvio incrementum latens. per alluvionem autem id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, ut intellegere non possis, quantum quoquo momento temporis adiiciatur.

---

hoc inde intelligere licet, quod aliae sint gallinae, quas feras vocamus, itemque alii anseres, quos feros vocamus. Unde si anseres tui vel gallinae tuae aliquo casu turbatae avolaverint, aut tuum etiam visum effugerint, nihilominus tui sunt dominii, in quocumque loco reperiantur: et quisquis lucri causa, aut spoliandi animo, ejusmodi animalia retinet, furari videtur, atque *actioni* furti fit obnoxius.

§ 17. Naturalis quoque adquisitio est quae ex hostibus *capiuntur*. Jus enim gentium nostra confestim vult fieri, quaecumque ex hostibus cepimus: itaque et liberi homines capti, statim nostri servi fiunt. Quod si haec potestatem nostram effugerint, veluti mancipia atque ad suos reverti *iis* contigerit, pristinum recipiunt statum.

§ 18. Lapides pretiosi, itemque gemmae, et reliqua quae in littore inveniri solent, naturali ratione inventoris statim fiunt.

§ 19. Etiam quae ex animalibus meo dominio subjectis nascuntur, mei sunt dominii, sicuti illa ex quibus nata sunt.

§ 20. Naturalis etiam adquisitio est alluvionis. (Alluvio autem est *Graece* προσκλυσις vel προσχωσις:) Quidquid enim per alluvionem flumen nostro agro adjicit, lege naturali mei fit dominii. Est vero quantum ad definitionem alluvio, incrementum latens.

Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut nemo intelligere possit, quantum et quo tempore *id* quod adjicitur, nostri fiat dominii. Finge enim, duos esse agros, tuum item et meum; medium autem fluere flumen: si flumen paulatim nec sensibiliter aliquid terrae meae adjiciat, hoc per alluvionem meum fit.

§ 21. Quodsi vis fluminis partem aliquam ex tuo praedio detraxerit, et vicini praedio appulerit: palam est, eam tuam permanere. plane si longiore tempore fundo vicini haeserit, arboresque, quas secum traxerit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vicini fundo acquisitae [n]) esse.

§ 22. Insula, quae in mari nata est, quod raro accidit, occupantis fit: nullius enim esse creditur. At in flumine nata, quod frequenter accidit, si quidem mediam partem fluminis teneat [o]), communis est eorum, qui ab utraque parte fluminis propre ripam praedia possident, pro modo latitudinis cuiusque fundi, quae latitudo propre ripam sit. quodsi alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte prope ripam praedia possident. Quodsi aliqua parte divisum flumen, deinde infra unitum, agrum alicuius in formam insulae redegerit, eiusdem permanet is ager, cuius et fuerat.

---

n) *videtur .. ta, videntur .. ta.* — o) *tenet.*

---

§ 21. Sin vero vis et impetus fluminis aliquam agri tui partem abstulit, meoque adpulit agro, manifestum est, *id quod* adjectum *fuit*, tui manere dominii: neque enim non sensibiliter factum est.

Quod si pars ex agro tuo ablata, arborifera sit, meoque agro adjecta, longiori tempore ei adhaeserit, atque arbores quas ferebat, ita suas extenderint radices, ut meum agrum contingant, illae ex eo tempore mei fient dominii, ex quo deinde e mea terra ali coeperunt, ut quae radices habeant in mea terra.

§ 22. Insulam nasci contigit in medio mari, (est autem hoc ex raro contingentibus) occupantis fit insula. Nullius enim quum antea esset, nunc dominum habere incipit.

Quod si in fluvio nascatur, (hoc autem frequenter evenit) si quidem in medio flumine, communis erit *eorum* qui ex utraque fluminis parte prope ripam praedia habent, secundum mensuram latitudinis agrorum hinc atque illinc jacentium, quae latitudo agri ripae proxima sit. Veluti extenditur haec insula ad pedes verbi gratia centum: atqui ille qui agrum e dextra insulae parte habet, prope ripam extensum habet agrum ad pedes centum; alter autem *ad* septuaginta: ille in parte dextra dominus fiet centum pedum in latum, hic in sinistra septuaginta in latum. Si vero uni quidem ripae proxima, ab altera autem remota sit, eorum solorum erit, qui ad illam partem proximiorem juxta ripam agros habent.

Quod si flumen meum agrum praeterfluens, pro parte divisum atque in duo scissum agrum meum circumierit sive incluserit, deinde postremo sibi coadunatum, unum factum sit, ita ut locus medius insulae instar obtineat, [tamquam illo in duo scisso, agrumque meum circumeunte sive includente] mei dominii manet inclusus ager, quia et ante a me possidebatur.

§ 23. Quodsi naturali alveo in universum derelicto, alia parte fluere coeperit, prior quidem alveus eorum est, qui propre ripam eius praedia possident, pro modo scilicet latitudinis cuiusque agri, quae latitudo prope ripam sit, novus autem alveus eius iuris esse incipit, cuius et ipsum flumen, id est publici p). quodsi post aliquod tempus ad priorem alveum reversum fuerit flumen, rursus novus alveus eorum esse incipit, qui prope ripam eius praedia possident.

§ 24. Alia sane causa est, si cuius totus ager inundatus fuerit. neque enim inundatio speciem fundi commutat; et ob id, si recesserit aqua, palam est, eum fundum eius manere, cuius et fuit q).

§ 25. Cum ex aliena materia species aliqua facta sit ab aliquo, quaeri solet, quis eorum naturali ratione dominus sit, utrum is, qui fecerit, an ille potius, qui materiae dominus fuerit: ut ecce, si quis ex alienis uvis aut olivis aut spicis vinum aut oleum aut frumentum fecerit, aut ex alieno auro, vel argento, vel aere vas aliquod fecerit, vel ex alieno vino et melle mulsum miscuerit, vel ex alienis medicamentis

---

p) *publicus, .. cum.* — q) *fuerat, ante f.*

---

§ 23. Quod si naturali alveo, sive cursu, omnino relicto, per aliam partem flumen fluere coeperit, prior ejus alveus illorum erit, qui prope ripam ejus agros possident, pro mensura scilicet latitudinis cujusque agri qui utrimque *adjacent*, quae latitudo ripae proxima sit. Novus autem alveus ejus incipit juris esse, cujus etiam flumen erat, id est publici.

Si vero post tempus aliquod in proprium redierit alveum sive cursum, alveus nunc ab eo relictus rursus eorum esse incipit, qui prope ripam ejus agros possident.

§ 24. Aliud quid est, si restagnans flumen totum agrum meum inundaverit. Hic enim non item dicimus, totum agrum fieri publicum, neque dominium ejus mutari: manet enim nihilominus meus. Unde si recesserit ab illis locis, quos inundando texerat, agrum meum recipiam, dominio non translato ad possessores vicinos: sicuti novus alveus publicus factus, recessu fluminis possessoribus vicinis adquiritur.

§ 25. Ex aliena materia speciem quis fecit. Quaeritur, quis speciei futurus sit dominus naturali ratione; utrum qui materiam in speciem mutavit, an dominus materiae etiam dominus speciei sit futurus? Veluti, ex alienis medicamentis emplastrum aut collyrium composuit, vel ex alienis uvis aut olivis aut spicis, vinum aut oleum aut frumentum quis fecit: vel ex alieno auro aut argento aut aere vas fecit aliquis: vel ex alieno vino et melle fecit mulsum: vel ex aliena lana vestem fecit, vel ex alienis tabulis navem [aut armarium aut suppedaneum fabricavit.]

Et fuerunt super his multae contentiones Sabinianorum ac Proculianorum.

emplastrum aut collyrium composuerit, vel ex aliena lana vestimentum fecerit, vel ex alienis tabulis navem vel armarium vel subsellium fabricaverit. et post multas Sabinianorum et Proculeianorum ambiguitates placuit media sententia existimantium, si ea species ad materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiae dominus fuerat, si non possit reduci, eum potius intellegi dominum, qui fecerit: ut ecce, vas conflatum potest ad rudem massam aeris vel argenti vel auri reduci, vinum autem aut oleum aut frumentum ad uvas et olivas et spicas reverti non potest, ac ne mulsum quidem ad vinum et mel resolvi potest. quodsi partim ex sua materia, partim ex aliena speciem aliquam fecerit quisque [r]), veluti ex suo vino et alieno melle mulsum, aut ex suis et alienis medicamentis emplastrum aut collyrium, aut ex sua et aliena lana vestimentum fecerit, dubitandum non est, hoc casu eum esse dominum, qui fecerit: cum non solum operam suam dedit, sed et partem eiusdem materiae praestavit [s]).

§ 26. Si tamen alienam purpuram quis intexuit suo vestimento, licet pretiosior est purpura, accessionis vice cedit vestimento; et, qui

---

r) *quisquam, quis.* — s) *praestitit.*

Proculiani quidem dicebant, *eum* qui speciem fabricasset, dominum fabricatae *rei* fieri: Sabiniani autem dominum materiae volebant dominum esse speciei.

Exstitit porro tertia sententia, quodammodo media, quae aliquando Sabinianis, aliquando Proculianis consentit, quam et religiosissimus dominus noster elegit. Dicit enim tertia sententia, si fabricata species resolvi potest in priorem materiam, ex qua facta fuit, materiae dominus etiam speciei erit dominus: si vero species in veterem materiam reverti non potest, *eum* qui speciem fabricaverit, dominum esse *rei* confectae. Veluti in hac specie: Ex massa aeris vel argenti vel auri confectum vas, potest conflatum pristinam aeris vel argenti vel auri formam reddere: ast vinum vel oleum vel frumentum, in uvas vel olivas vel spicas reverti non potest: immo neque mulsum in vinum et mel resolvi potest. Haec quidem *locum habent,* ubi omnis materia aliena fuit.

Si vero ex mea materia ac tua speciem aliquam fecero, veluti ex meo vino ac tuo melle mulsum; aut ex medicamentis meis ac tuis emplastrum; aut ex mea lana ac tua vestem: in hac specie non *est* controversum, eum esse dominum, qui fecerit: non enim suam modo operam in speciem impendit, sed et partem materiae praebuit.

§ 26. Sed si quis alienam purpuram suo intexuit vestimento, etiamsi adjecta purpura pretiosior sit adhaerente vestimento, tamen accessionis vice accipietur, et dominus purpurae adversus suffurantem atque haec committentem habebit furti *actionem* et furti condictionem: sive ipse fur vestem confecit, sive

dominus fuit purpurae, adversus eum, qui subripuit, habet furti actionem et condictionem, sive ipse est, qui vestimentum fecit, sive alius. nam extinctae res, licet vindicari non possint, condici tamen a [t]) furibus et a [t]) quibusdam [u]) aliis possessoribus possunt.

§ 27. Si duorum materiae ex voluntate dominorum confusae sint, totum id corpus, quod ex confusione fit, utriusque commune est, veluti, si qui vina sua confuderint, aut massas argenti vel auri conflaverint. sed et, si diversae materiae sint, et ob id [v]) propria species facta sit, forte ex vino et melle mulsum, aut ex auro et argento electrum, idem iuris [w]) est: nam et eo casu communem esse speciem non dubitatur. quodsi fortuitu, et non voluntate dominorum, confusae fuerint, vel diversae materiae, vel quae eiusdem generis sunt, idem iuris esse placuit.

§ 28. Quodsi frumentum Titii tuo frumento mixtum fuerit, si quidem ex voluntate vestra, commune erit, quia singula ~~cor~~pora, id est singula grana, quae cuiusque propria fuerint, ex consensu vestro com-

---

t) *a* def. — u) *quibuslibet, quibusque.* — v) *ex iis.* — w) *non idem iuris.*

---

alius surripuit, et alius *rem* subreptam vesti adjunxit. Namque in rem agere non potest purpurae dominus: videtur enim purpura quodammodo exstincta, eo quod ipsa per se non existat, sed alii vesti coadunata sit: omnino autem condictio furti intendetur. Nam res exstinctae sive destructae, esti per *actionem* in rem vindicari nequeunt, adversus fures tamen furti condictionem, et adversus possessores omnes, licet fures non sint, intendere poterimus. Sed si quidem fur est, qui possidet vestimentum purpuram habens, et furti *actio* et condictio furti intendetur: si vero alius praeter furem, furtiva condictione tenetur, non item *actione* furti.

§ 27. Materiae duorum quorundam ex voluntate dominorum commixtae sunt, totum ex commixtione confectum corpus utriusque erit commune: veluti, duo quidam proprium confuderunt vinum, aut massas argenti vel auri conflaverunt. Quod si materiae sint diversae et diversarum materiarum commixtiones specificum quid effecerunt; veluti ex vino et melle mulsum, aut ex auro atque argento electrum: et hic dicimus amborum commune esse *quod* confectum *est.* Haec quidem, ubi ex voluntate dominorum *hoc* factum est: Sed etsi fortuito, ac non ex dominorum proposito materiae confusae sint, sive alius sive ejusdem speciei, idem fiet.

§ 28. Quod si frumentum Titii tuo frumento commixtum, atque unus acervus factus fuerit, si quidem vestra *de* sententia, communis erit acervus: quoniam unumquodque corpus, (id est, quodlibet granum) ex vestro consensu sub commune redactum est dominium.

Sed si fortuito commixtio accidit, vel *si* Titius non ex voluntate tua fru-

municata sunt. quodsi casu id mixtum fuerit, vel Titius id miscuerit sine voluntate tua, non videtur commune esse, quia singula corpora in sua substantia durant, nec magis istis casibus commune fit frumentum, quam grex communis esse intellegitur, si pecora Titii tuis pecoribus mixta fuerint; sed si ab alterutro vestrum id totum frumentum retineatur, in rem quidem actio pro modo frumenti cuiusque competit, arbitrio autem iudicis continetur, ut is aestimet, quale cuiusque frumentum fuerit.

§ 29. Cum in suo solo aliquis ex aliena materia aedificaverit, ipse dominus intellegitur aedificii, quia omne, quod inaedificatur, solo cedit. nec tamen ideo is, qui materiae dominus fuerat, desinit eius dominus esse; sed tantisper neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum de ea re agere, propter legem duodecim tabularum, qua cavetur, ne quis tignum alienum aedibus suis iniunctum [x]), eximere cogatur, sed duplum pro eo praestet per actionem, quae vocatur de tigno iniuncto [x]) (appellatione autem tigni omnis materia significatur, ex qua aedificia fiunt): quod ideo provisum est, ne aedificia rescindi

---

x) *iunct.*

---

mentum miscuit, acervus haud erit communis, quoniam singula grana in sua manserunt substantia, neque mixtio ea immutavit. Itaque acervus in hac specie communis non erit: sicuti ovium grex non fiet communis, si oves Titii tuis ovibus commisceantur.

Si vero contingat, ut frumenti acervus, aut a te aut a Titio, possideatur, alteruter adversus possessorem aget in rem. Officium autem judicis erit aestimare, quale sit cujusque frumentum, et pro qualitate ac mensura possessorem actori condemnare.

§ 29. Si quis in suo solo domum exstruxerit ex alienis materiis, dominus fit aedificii: quod enim inaedificatur, solo credit.

Enimvero illud manifestum est, quod materiae dominus non excidat dominio hujus materiei in perpetuum, sed quousque aedificium consistit, neque in rem neque ad exhibendum *actionem* (sive exhibitoriam ad repetitionem) movere potest, propter legem XII tabularum, qua cautum est, ne quis alienum tignum, suis aedificiis injunctum, eximere cogatur, sed ut duplum ejus pretium persolvat, instituta actione personali, quae *de tigno injuncto* dicitur. Locus autem *est* huic actioni, non tantum ubi quis lignum mei dominii aedificio suo subjunxerit; sed etiam si lapidem, aut laterem, aut columnam: nam tigni appellatione omnis materia significatur, per quam aedificari potest.

Ideo autem haec Lege XII tabularum constituta sunt, ne in rem aut ad exhibendum agatur, *ex* causa ligni meo aedificio adplicati, ut ne judice ad eamdem rem me condemnante, domum destruere cogar, ad satisfaciendum

necesse sit. sed si aliqua ex causa dirutum sit aedificium, poterit materiae dominus, si non fuerit duplum iam persecutus [y]), tunc eam vindicare, et ad exhibendum de ea re agere.

§ 30. Ex diverso, si quis in alieno solo sua materia domum aedificaverit, illius fit domus, cuius et solum est. sed hoc casu materiae dominus proprietatem eius amittit, quia voluntate eius alienata intellegitur, utique si non ignorabat, in alieno solo se aedificare: et ideo, licet diruta sit domus, vindicare materiam non possit [z]). certe illud constat, si, in possessione constituto aedificatore, soli dominus petat, domum suam esse, nec solvat pretium materiae et mercedes fabrorum, posse eum per exceptionem doli mali repelli; utique si bonae fidei possessor fuit, qui aedificasset: nam scienti alienum esse solum, potest culpa obiici, quod temere aedificavit in eo solo quod intellegeret alienum esse.

§ 31. Si Titius alienam plantam in suo solo posuerit, ipsius erit; et ex diverso, si Titius suam plantam in Maevii solo posuerit, Maevii

---

y) *prosec.*, *consec.* — z) *poterit*, *potest.*

---

sententiae. Atque *sic* multâ per se curâ XII tabularum lex domos dignata est. Sed si aliqua ex causa eveniat, ut dictum aedificium collabatur, dominus materiae, nisi jam per actionem de tigno injuncto duplum consequutus sit, sine impedimento et in rem et ad exhibendum agere potest.

§ 30. Supra proposuimus aliquem in suo solo ex aliena materia adificium exstruentem, nunc contrarium fingamus. In tuo solo si *ex* meis materiis domum exstruxi, *tu* soli dominus etiam aedificii dominus eris, propter regulam dicentem, imposita cedere suppositis: itaque ego materiae quoque dominium perpetuo amisi; nam sciens in alieno aedificavi solo: scilicet, etsi eveniat ut domus collabatur in *his* materiis actionem in rem non habebo.

Illud autem inter indubitata est, quod si contingat me aedificatorem in possessione esse domus, et soli dominus usus regula dictante, imposita cedere suppositis, adversus me *actionem* in rem instituat: si quidem bonae fidei possessor eram, (putabam enim meum esse solum) accipiam non tantum materiae aestimationem, sed etiam fabrorum mercedes: et nolentem haec facere, repello eum per doli exceptionem, dicens: *at si bona fide non aedificavi.* Sed si mala fide locum possidebam, (sciebam enim eum esse alienum) nullam habebo exceptionem, sed cogor locum cum *ipsa* inaedificatione restituere: potest enim quisque mihi objicere, cujus *rei* gratia sciens temere in alieno solo aedificaverim.

§ 31. Si Titius alienam arborem in suo plantaverit agro, Titii arbor erit: sed et si Titius suam arborem in agro Maevii plantaverit, Maevii arbor tantum erit, si in utraque positione proprias plantata arbor radices extenderit.

planta erit, si modo utroque casu radices egerit. antequam autem radices egerit, eius permanet, cuius et fuerat. adeo autem, ex quo radices egerit planta, proprietas eius commutatur, ut, si vicini arbor ita terram [a]) Titii presserit, ut in eius fundum radices ageret, Titii effici arborem dicimus [b]): rationem etenim non permittere [c]), ut alterius arbor esse intellegatur, quam cuius in fundum radices egisset. et ideo prope confinium arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, communis fit.

§ 32. Qua ratione autem plantae, quae terra coalescunt, solo cedunt, eadem ratione frumenta quoque, quae sata sunt, solo cedere intelleguntur. Ceterum sicut is, qui in alieno solo aedificaverit, si ab eo dominus petat aedificium, defendi potest per exceptionem doli mali, secundum ea, quae diximus: ita, eiusdem exceptionis auxilio, tutus esse potest is, qui in alienum fundum sua impensa bona fide conseruit.

§ 33. Literae quoque, licet aureae sint, perinde chartis menbranisve cedunt, acsi solo cedere solent ea, quae inaedificantur, aut inseruntur: ideoque, si in chartis membranisve tuis carmen vel historiam vel orationem Titius scripserit, huius corporis non Titius, sed tu dominus esse iudiceris [d]). sed si a Titio petas, tuos libros tuasve membranas

---

a) *arborem .. terra.* — b) *dicamus.* — c) *ratio .. permittit.* — d) *videris.*

Antequam enim proprias radices extenderit, et subjectam terram adprehenderit, arbor prioris domini erit: posteaquam autem dicta planta radices egerit, transfertur ejus dominium ad dominum soli, in quo sita est.

Hinc adeo tale quid quaesitum est: Vicinus meus in fine sui agri, prope terrulas meas, arborem habebat; evenit ut radices hujus arboris paulatim sub terra serpentes meum subirent agrum, meamque terram adprehenderent, atque inde alerentur: Exorta quaestione, placuit meam fieri arborem: neque enim naturalis permittit ratio, alius esse arborem quam illius, in cujus terra radices habet. Unde si in finibus duorum agrorum arbor nascatur, sed extensae ejus radices utrumque comprehendant agrum, arbor fiet communis.

§ 32. Sicuti enim plantae, quae in terra aluntur et crescunt, ejus fiunt, qui dominus est subjectae terrae, eadem ratione etiam sata, veluti frumentum, hordeum, et omnia ejusmodi, cedunt solo. Sed sicuti, qui bona fide in loco alieno aedificavit, *actione* in rem conventus, per exceptionem doli sibi indemnitatem procurat, similiter et qui suis impensis alienum agrum consevit, si bona fide hoc fecit, per exceptionem doli securitatem consequetur.

§ 33. Meas aliquis chartas measve membranas capiens, in iis quid inscripsit, et librum *inde* confecit. Etiam hic ad similitudinem soli imposita cedunt suppositis, quamvis maxime litterae impositae sint aureae, et ego libri dominus fio. Indifferens autem est, sive metricum carmen, sive historicum aut

esse [e]), nec impensam scripturae solvere paratus sis, poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, utique si bona fide earum chartarum membranarumve possessionem nactus est.

§ 34. Si quis in aliena tabula pinxerit, quidam putant, tabulam picturae cedere; aliis videtur pictura, qualiscumque sit, tabulae cedere. sed nobis videtur melius esse, tabulam picturae cedere: ridiculum est enim, picturam Apellis vel Parrhasii in accessionem vilissimae tabulae cedere. unde si a domino tabulae imaginem possidente is, qui pinxit, eam petat, nec solvat pretium tabulae, poterit per exceptionem doli mali summoveri; at si is, qui pinxit, possideat, consequens est, ut utilis actio domino tabulae adversus eum detur, quo casu, si non solvat impensam picturae, poterit per exceptionem doli mali repelli, utique si bona fide possessor fuerit ille, qui picturam imposuit. illud enim palam est, quod, sive is, qui pinxit, subripuit tabulas, sive alius, competit domino tabularum furti actio.

§ 35. Si quis a non domino, quem dominum esse credebat, bona

---

e) def. *esse.*

---

rhetoricum sermonem inscripserit: unde ego in rem agens adversus eum qui librum confecit, neque scripturae impensas promte persolvens, repellar per exceptionem doli, dummodo bonae fidei possessor sit qui scripsit.

§ 34. Capiens quis tabulam alienam pinxit, et imaginem expressit: cujus sit imago, quaesitum est. Et alii quidem dicunt pictorem fieri tabulae dominum, tabulamque cedere picturae: alii autem dominum tabulae dicunt etiam picturae fieri dominum, qualiscumque sit pictura. At noster Imperator priorem potius probavit sententiam, ac pictorem vult imaginis dominum fieri: ridiculum enim esse censuit, picturam Apellis (pictor autem hic *fuit unus eorum*, qui apud Graecos excelluerunt) aut Parrhasii (hic vero apud Romanos claruit) vilissimae cedere tabulae.

Unde si tabulae dominus in possessione sit imaginis, et pictor veniat adversus eum in rem acturus, non persoluto tabulae pretio, per exceptionem doli repelletur. Sin autem pictor imaginem possideat, tunc dominus tabulae directam quidem *actionem* in rem habere nequit, (excidit enim dominio imaginis impositae) sed datur iili utilis in rem, ut agens sic dicat: Quasi dominus eram. Dicta autem *actione* in rem utili utens, nisi impensas circa picturam factas bona fide pingenti praebuerit, repellitur per doli exceptionem. Atqui haec tractata sunt, quantum ad imaginis dominium: illud enim inter confessa est, sive pictor tabulam subripuerit, sive alius quis, dari domino adversus furem furti *actionem.*

§ 35. Opinans te esse dominum, alienum de te agrum emi, aut dono accepi, aut ex alia justa causa, bona tamen fide, veluti ex permutatione: vult

fide fundum emerit, vel ex donatione, aliave qua [f]) iusta causa aeque bona fide acceperit; naturali ratione placuit, fructus, quos percepit eius esse pro cultura et cura. et ideo, si postea dominus supervenerit, et fundum vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. Ei vero, qui sciens alienum fundum possederit, non idem concessum est. itaque cum fundo etiam fructus, licet consumpti, cogitur restituere.

§ 36. Is, ad quem ususfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficietur, quam si eos ipse perceperit. et ideo, licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit, ad heredem eius non pertinent, sed domino proprietatis acquiruntur. (eadem fere [g]) et de colono dicuntur).

§ 37. In percudum fructu etiam fetus est, sicuti lac et pilus et lana: itaque agni et haedi et vituli et equuli [h]) statim naturali iure dominii sunt fructuarii. Partus vero ancillae in fructu non est: itaque ad dominum proprietatis pertinet. absurdum enim videbatur, hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura hominum gratiâ comparavit.

---

f) *qualibet;* def. — g) *fere* def. — h) *e. et suculi.*

---

ratio naturalis me fructuum perceptorum fieri dominum, propter diligentiam et curam, quam in iis adhibui. Quapropter agri dominus postea superveniens, et per *actionem* in rem agrum vindicans, nullam adversus me de fructibus habebit actionem, quos inde percipiens consumsi. Si vero alienum agrum sciens possedi, illis non potiar: immo agrum restituere cogor cum fructibus inde perceptis, etsi eos consumsero.

§ 36. Ejusdem agri ego proprietatem habebam, tu usumfructum: non aliter tu usufructuarius fructuum fies dominus, nisi eos a terra sustuleris. Quapropter, si maturis fructibus ac terrae cohaerentibus, mori te contingat, non capiet eos heres tuus, sed ad proprietarium pertinebunt. Eadem fere sunt *jura* et in colono, id est qui mercede conduxit. Si enim agrum tibi locavero, non prius fies dominus fructuum inde perceptorum nisi hos a terra exemeris. [Ast *illa vocula fere* supervacua est.]

§ 37. Quoniam vero de usufructu agri disserui, scire debes, pecorum usumfructum esse feturam ex illis, uti et lac, et pilos, et lanam. Itaque et agni, et hoedi, et vituli, et equuli, simul atque sunt nati, naturali ratione in dominio fiunt usufructuarii.

Partus autem ancillae in fructu non sunt: unde si ego ancillae meae usumfructum tibi cessero, tu quidem in fructu habebis ministerium ejus et manuum operam; partus autem in dominio nascitur proprietarii: absurdum enim creditum est, hominem connumerari fructibus, quum fructus omnes rerum natura hominis gratia comparaverit.

§ 38. Sed si gregis usumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fetu fructuarius summittere debet (ut et Iuliano visum est), et in vinearum demortuarum vel arborum locum alias debet substituere. recte enim colere debet, et quasi bonus paterfamilias [i]).

§ 39. Thesauros, quos quis in suo loco invenerit, divus Hadrianus, naturalem aequitatem secutus, ei concessit, qui invenerit. idemque statuit, si quis in sacro aut in religioso loco fortuitu [k]) casu invenerit. At [l]) si quis in alieno loco, non data ad hoc opera, sed fortuitu, invenerit, dimidium domino soli concessit. et convenienter, si quis in Caesaris loco invenerit, dimidium inventoris, dimidium Caesaris esse statuit. cui conveniens est, ut, si quis in publico loco vel fiscali [m]) invenerit, dimidium ipsius esse [n]), dimidium fisci vel civitatis.

§ 40. Per traditionem quoque, iure naturali, res nobis acquiruntur:

---

i) *debet* def.; *p. uti debet.* — k) *fortuito.* — l) *atque, ac.* — m) *v. f. vel. civitatis.* — n) *est, esse debeat.*

---

§ 38. Quod si quis gregis usumfructum habet, in locum capitum demortuorum ex fetura usufructarius subjicere, numerumque explere debet: hoc enim et Juliano videtur: veluti, usumfructum tibi gregis centum ovium concessi; accidit ut oves triginta morerentur, quinquaginta autem nascerentur: oportet te triginta commiscere primigeniis, ut numerus tibi datus conservetur, et sic reliquas oves viginti in dominio habebis.

Quod si vineae, aut etiam agri, usufructum tibi concessi, in locum mortuarum vel effetarum vitium, atque in locum defectarum aut prolapsarum arborum, alias restituere debes. Oportet enim te recte et justo modo agrum curare, cujus tibi ususfructus concessus est, atque ita versari, ut paterfamilias optimus versaretur.

§ 39. Invenit quis thesaurum in agro proprio: divus Adrianus natura aquum servans, inventori thesaurum concessit; idem statuens, si quis in sacro aut religioso loco casu invenerit: at si quis in alieno agro, non consulto, sed casu thesaurum invenerit, dimidium domino soli concessit Adrianus.

Consequenter igitur, si quis in loco regio thesaurum invenerit, dimidium quidem thesauri praestabit Imperatori, dimidium autem inventor *sibi* retinebit. Sed et si quis in loco civitatis aut fisci invenerit, similiter dimidium inventor lucratur, et alterum dimidium fiscus, aut civitas accipiet.

§ 40. Naturalis adquisitionis modus etiam est *modus* traditionis. Et quid est *Traditio*? de manu in manum translatio, perfunctione facilem minimeque negotiosam ac naturalem actionem continens. Nihil enim naturae sic convenit, quam domini suam rem in alium transferentis voluntatem confirmari.

Ut autem dominium per traditionem transferam, haec concurrere debent:

nihil enim tam conveniens est naturali aequitati, quam voluntatem domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. Et ideo, cuiuscumque generis sit corporalis res, tradi potest, et a domino tradita alienatur. itaque stipendiaria quoque et tributaria praedia eodem modo alienantur. vocantur autem stipendiaria et tributaria praedia, quae in provinciis sunt, inter quae nec non et Italica praedia ex nostra constitutione nulla differentia est.

§ 41. Sed si quidem ex causa donationis, aut dotis, aut qualibet

---

ut tradens sit dominus; et *ut* animo transferendi dominii fiat traditio; *ut*que corporale sit quod traditur. Corporale quidem ideo dixi, quoniam incorporalia, tactus haud capacia, traditionem non recipiunt: ut tradens sit dominus, ideo dixi, quoniam qui dominus non est, dominium quod non habet, transferre nequit: animo volentis dominum facere accipientem, ideo adjectum est, ut usum et depositum excipiam: in his enim, etsi corporalis *est* res, et tradens dominus; attamen tradit, paullo post *se* recepturum sperans. Non distinguo autem, qualiscumque sit res a domino tradita, sive ager Italicus, sive praedia stipendiaria sive tributaria.

Stipendiaria autem et tributaria dicuntur praedia in provinciis sita, (quae jussu Imperatoris aut populi possidentur.) Appellationis autem causa inde illis accidit: vetus Romanorum Imperator omnem regens terram, ac propter fortitudinem suam apud Romanos in admiratione habitus, provincias divisit; et quasdam ipse sibi retinuit, quasdam populo attribuit.

Et populo *attributae* vocabantur stipendiariae inde, quia stipes collatio est, atque argenti aliarumque rerum minutatim facta collectio. Quum igitur minutula quaedam provinciales ex *rebus* apud ipsos nascentibus colligentes, mitterent populo, ut ea in suos usus ac delectationes impenderent, ideo dictae sunt stipendiariae: et porro consequenter tam domus quam agri *dicti sunt* stipendiarii.

Imperatoris autem provinciae vocabantur tributariae: quoniam tributum est grave vectigal, quod suis provincialibus imponebat Imperator, utpote multa impendens circa sustentationem militum. Stipendiaria autem et tributaria *praedia* olim habentes, ex concessione populi aut principis, domini non erant; nam dominium eorum vel apud populum erat, vel apud principem: sed habebant in iis usum et fructum et plenissimam possessionem, ut transferre et ad heredes transmittere possent: Italicorum vero agrorum aut domuum domini dominium habebant.

Ast haec olim: hodie autem constitutio nostri Imperatoris nullam vult esse differentiam Italicorum *praediorum*, et stipendiariorum ac tributariorum. Sed siquidem dominus tradiderit mihi rem suam ex donatione vel dote, vel ex alia quacumque causa, veluti ex permutatione, indubitate dominium in me transfert.

§ 41. Quod si vendens tradat, non aliter in emtorem dominium transit, nisi emtor venditori pretium rei persolverit, aut ei de pretio satisfecerit. Quid

alia ex causa tradantur [o]), sine dubio transferuntur: venditae vero et traditae [o]), non aliter emptori acquiruntur, quam si is venditori pretium solverit, vel alio modo ei satisfecerit, veluti expromissore aut pignore dato. quod cavetur quidem etiam ex [p]) lege duodecim tabularum, tamen recte dicitur, et iure gentium, id est iure naturali, id effici. sed si is, qui vendidit, fidem emptoris secutus fuerit, dicendum est, statim rem emptoris fieri.

§ 42. Nihil autem interest, utrum ipse dominus tradat alicui rem, an voluntate eius alius [q]).

§ 43. Qua ratione, si cui libera universorum [r]) negotiorum administratio a domino permissa fuerit, isque ex his negotiis rem vendiderit et tradiderit, facit eam accipientis.

§ 44. Interdum etiam, sine traditione, nuda voluntas sufficit domini ad rem transferendam, veluti, si rem, quam tibi aliquis commodavit aut locavit aut apud te deposuit, vendiderit tibi aut donaverit [s]). quamvis enim ex ea causa tibi eam non tradiderit, eo tamen ipso, quod

---

o) Addunt *res.* — p) def. *etiam ex.* — q) *a. aut possessio eius rei permissa sit, a. aut cui poss. c. r. p. sit.* — r) *univ.* def. — s) *d. aut dotis nomine dederit.*

---

enim? ubi Titium quemdam pro se dedit spondentem, *se* pretium soluturum, vel pignus etiam pro pretio dedit. Hoc autem et lege XII tabularum sancitum est: et nihilominus juris gentium hoc jus esse invenimus, quoniam naturalis ei aequitas inest, quapropter apud omnes gentes observatur.

Itaque ex alia causa tradens dominus dominium semper transfert: in venditione autem non aliter, nisi pretium acceperit, aut satis ei de pretio factum sit. Si vero venditor neque pretium accepit, neque pro emtore sponsorem quemdam neque pignora accepit, sed emtoris fide contentus fuit, confidens se pretium accepturum, et hic dicimus statim ad emtorem transire dominium.

§ 42. Traditio ubi fit, nulla erit differentia, utrum tradens sit ipse dominus an alius ex ipsius voluntate.

§ 43. Hac ratione, si facultatem alicui praebuero administrandi, prout voluerit, patrimonium meum, hic autem ex iis rebus aliquid vendiderit ac tradiderit, transfert dominium in accipientem: videtur enim domini voluntate hoc facere.

§ 44. Invenire licet species quasdam, in quibus etiam citra traditionem, nuda tantummodo voluntas sufficit ad transferendum dominium: veluti, commodavi tibi librum meum, vel locavi tibi agrum meum, vel deposui apud te meum missorium. Si postea haec tibi vendidero aut donavero, statim cum donatione, aut cum venditione, dominum te horum facio, idque non facta traditione: quoniam enim dictarum rerum naturalis possessio apud te prae-

patitur tuam esse, statim acquiritur tibi proprietas, perinde acsi eo nomine tradita fuisset.

§ 45. Item, si quis merces in horreo depositas vendiderit, simulatque claves horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem.

§ 46. Hoc amplius, interdum et in incertam personam collocata voluntas domini transfert rei proprietatem: ut ecce praetores vel consules, qui missilia iactant in vulgus, ignorant, quid eorum quisque excepturus sit; et tamen, quia volunt, quod quisque exceperit, eius esse, statim eum dominum efficiunt.

§ 47. Qua ratione verius esse videtur, ut, si [t]) rem pro derelicto a domino habitam occupaverit quis, statim eum dominum effici [u]). pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abiecerit, ut id rerum suarum esse nollet, ideoque statim dominus esse desiit.

§ 48. Alia [v]) causa est earum rerum, quae in tempestate maris, levandae navis causa, eiiciuntur. hae enim dominorum permanent, quia palam est, eas non eo animo eiici, quo quis eas habere non vult, sed

---

t) *etsi, quodsi, si.* — u) *e. intellegimus.* — v) *a. sane.*

---

cessit, ideo quia volo tuam esse rem meam, dominium tibi statim adquiritur, tamquam si donationis aut venditionis causa specialis traditio facta fuisset.

§ 45. Reposui in horreo varias merces: egisti mecum, ut has tibi venderem: celebrato contractu pretium dedisti: *quod* si horreo adstans, claves tibi horrei tradidero, statim mercium fis dominus.

§ 46. Saepe volens transfero dominium in aliquem mihi ignotorum, de quo interrogatus, et ante traditionem et post traditionem, omnino dicere non possum, qualis illa sit persona. Hoc autem accidit in praetoribus vel consulibus, qui solent vel in processibus vel in spectaculis aliqua projicere plebejis; et accipiens statim fit dominus; etsi qui illa mittit, ignorat quisnam quodlibet *rerum* jactarum accepturus sit.

§ 47. Hinc manifestum *est*, si meam rem sprevero, atque possessione mea ejecero, eam occupantis statim fieri, quod veteres pro derelicto dixerunt. Pro derelicto autem est, quodcumque dominus hanc habens voluntatem abjicit, ut nolit illud sui esse patrimonii. Scilicet confestim dominus esse desinit.

§ 48. Aliud quid est in illis rebus, quas propter exortam in mari tempestatem, nautae volentes impositum navi onus reddere levius, projecerunt. Haec enim projecta in dominio projicientium manent. Namque constat horum jacturam non factam esse, quod projicientes nolint haec in suo esse dominio, sed quod optent potius cum ipsa navi maris periculum effugere. Unde si quis has res a fluctibus ejectas, aut in aqua etiam fluitantes, adprehenderit, et lucrandi sive spoliandi animo eas ceperit, furtum committit.

quo magis cum ipsa navi periculum maris effugiat: qua de causa si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit. nec longe discedere videntur ab his, quae de rheda currente, non intellegentibus dominis, cadunt.

TITULUS SECUNDUS.

DE REBUS INCORPORALIBUS a).

Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales.

---

a) *corporalibus et i.*

His autem adfines etiam sunt illae res: veluti, volebam proficisci in quemdam locum; tu carrucam habebas, per quam ego iter poteram conficere; rogavi te ut in ea considerem, measque res imponerem, ut in quem desiderabam locum, pervenirem. Hoc mihi *tu* facere promisisti pro mercede, aut etiam citra mercedem: imposui in carruca res meas: in medio itinere evenit ut quaedam res de illa carruca deciderent, me ignorante; hae non erunt invenientium, sed meo dominio reservatae sunt. Datur enim mihi *actio* in rem, ad exhibendum, furti, et condictio furtiva, [id est vindicationis actio aut evictio adversus fures.]

DE REBUS CORPORALIBUS ET INCORPORALIBUS.

TITULUS II.

Diximus in superioribus de rerum divisione, quod quaedam sint naturales sive juris gentium, quaedam publicae, quaedam universitatis, quaedam nullius, sed pleraeque singulorum: Et diximus multis modis res nostri fieri dominii: ac naturales diximus modos hosce: I. venationem, II. spolia, III. lapillos in littore inventos sive gemmas, quaeque IV. ex animalibus nostris nascuntur, et V. alluvionem, atque VI. insulam aut in mari, quod rarum, aut in fluvio enatam, quod frequens: item VII. vicinum esse relicto fluminis alveo: atque VIII. ex alienis materiis speciem conficere, ita ut confecta nequeat in pristinam recurrere materiam: atque IX. ex propria et aliena materia *quid* conficere; aut alienam purpuram suo vestimento intexere: atque X. duorum quorumdam materias easdem vel diversas etiam, voluntate dominorum vel etiam fortuito misceri, aut diversorum quoque dominorum frumenti acervos voluntate ipsorum misceri; non item, si voluntate unius, vel fortuito etiam hoc accidit: et XI. regula dictans, imposita cedere suppositis, ut in multis visum

§ 1. Corporales hae sunt, quae sui natura tangi possunt: veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, et denique aliae res innumerabiles.

§ 2. Incorporales autem sunt, quae tangi non possunt. Qualia sunt ea, quae in iure consistunt: sicút hereditas, ususfructus [b]), obligationes quoquo modo contractae. nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur: nam et fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt, et id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, ple-

---

b) *u., usus; u. ius.*

---

est exemplis; veluti si ex aliena materia in meo aedificatum est solo, aut ex mea materia in alieno domum exstruxi, aut alienam arborem in suo quis plantavit agro, aut propriam arborem in aliena terra, ita ut radices etiam ageret; quod obtinuit quoque in frumento sato, et in litteris quae meis chartis meisve membranis imponuntur: contrarium autem in imagine; hic enim tabula aliena picturae cedit. Porro inter naturales adquisitiones etiam est XII. bona fide a non domino accepisse agrum: haec enim bonae fidei possessio sufficit ad faciendum quem dominum fructuum consumtorum. Et XIII. thesauri inventio aut totum aut partem inventori tribuit secundum constitutionem [*vel distinctionem Hadriani.*] Naturalis etiam adquisitio est XIV. per traditionem. Sed haec quidem omnia de corporalibus dicta sunto.

§ 1. Quoniam autem rerum aliae sunt corporales, aliae incorporales: (corporalis autem est, quae et nomine cognoscitur, et tactui ac visui subjacet; veluti ager, domus, vestis, servus: incorporalis vero est, quae sola mente cognoscitur, neque tactui aut visui subjacet:) Postquam igitur diximus de corporalibus, dicamus etiam de incorporalibus. Incorporale autem est, quod in jure consistit, veluti hereditas.

Et quid est *hereditas?* Jus aliquod certis modis constitutum, quod mente concipitur, facitque ut alieni patrimonii universalis sim dominus. Item et ususfructus: *ususfructus* autem est jus aliquod certis modis constitutum, quod mente concipitur, facitque ut in alterius proprietate usum habeam et fructum. Itemque obligationes quocumque modo contractae: multi enim *sunt* modi contrahendae obligationis, uti deinceps discemus. Et quid est *obligatio?* Vinculum juris, quo quis cogitur facere quodcumque facere debet.

§ 2. Neque dicat aliquis, quod in hereditate inveniantur res corporales: namque hereditas et servos habet, et agros et aedificia et libros: atqui et ususfructus habet in se fructus ex agro perceptos, qui corporales sunt; et quod nobis ex obligatione debetur, ut plurimum corporale est, veluti ager, servus, pecunia. *Ut plurimum* dixi, quoniam (ut deinceps discemus) saepe et incorporale quid per obligationem petimus. Ergo ne quis dicat, hereditatem et usumfructum et obligationem esse corporalia, quoniam quae his subjacent (ut dictum est) corporalia sint: oportet enim *illud* spectare, quod ipsum jus

rumque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia; nam ipsum ius hereditatis, et ipsum ius utendi fruendi, et ipsum ius obligationis, incorporale est.

§ 3. Eodem numero sunt iura praediorum urbanorum et rusticorum, quae etiam servitutes vocantur.

TITULUS TERTIUS.

DE SERVITUTIBUS.

Rusticorum praediorum iura sunt haec: iter, actus, via, aquaeductus. Iter est ius eundi ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi vel vehiculum; actus est ius agendi vel iumentum vel vehiculum. ita-

---

praebens mihi facultatem, ut alterius patrimonium universaliter adquiram, aut ex alieno agro fructus capiam, aut debitum reposcam, incorporale sit, etiamsi illo *jure* corporalia comprehendantur.

§ 3. Inter incorporalia sunt etiam ita dictae servitutes, tam aedium quam agri, *sive*, *tam urbanae quam rusticae*. Et quid est *servitus aedium?* Jus aliquod certis modis constitutum, quod mente concipitur, facitque ut vicinus vicini onera sustineat. Servitus autem ruris est jus aliquod, certis modis constitutum, quod mente concipitur, facitque ut finitimus onera finitimi sustineat.

Itemque et usus. Et quid est usus? *Usus* Graecis est χρησις. Est autem jus aliquod certis modis constitutum, quod mente concipitur, facitque ut in alterius proprietate usum solum habeam. Itemque habitatio. Et quid est *habitatio?* Jus aliquod certis modis constitutum, quod mente concipitur, mihique dat facultatem habitandi in alterius domo, separatum ab usu et usufructu.

DE SERVITUTIBUS.

TITULUS III.

Dicamus primo loco de servitute ruris. Et definitionem quidem nosti: necessarium vero servitutis dicere species. Servitus ruris est, veluti iter, actus, via, aquaeductus. Et quid est *iter?* Veluti ego agrum habebam, habebas et tu agrum in propinquo: ego volens in meum abire agrum, multo indigebam circuitu: rogavi te, ut iter mihi concederes; id est ut liceret mihi per tuum ire agrum; compendiaria enim erat haec, quae in agrum meum ducebat via: concessisti mihi iter, ut transirem, non cum jumento, neque cum vehiculo.

Actus autem est Graecis ελασια, quum rogavero te, ut mihi liceat per

que qui iter habet, actum non habet; qui actum habet, et iter habet, eoque uti potest, etiam sine iumento. Via est ius eundi et agendi et ambulandi: nam et iter et actum in se via continet. Aquaeductus est ius aquae ducendae per fundum alienum.

§ 1. Praediorum urbanorum sunt servitutes, quae aedificiis inhaerent, ideo urbanorum praediorum dictae, quoniam aedificia omnia urbana praedia appellamus, etsi in villa aedificata sunt. Item praediorum urbanorum servitutes sunt hae: ut vicinus onera vicini sustineat; ut in parietem eius liceat vicino tignum immittere; ut stillicidium vel flumen recipiat quis in aedes suas, vel in aream, vel in cloacam, vel non recipiat [a]); et ne altius tollat quis aedes suas, ne [b]) luminibus vicini officiatur [c]).

§ 2. In rusticorum praediorum servitute quidam computari recte putant aquae haustum, pecoris ad aquam appulsum, ius pascendi, calcis coquendae, arenae fodiendae.

---

a) Def. *v. in cl.*, *v. n. rec.* — b) *nec*, *etne.* — c) *officiat.*

---

agrum tuum ire cum jumento aut vehiculo. Itaque qui habet iter, actum non habet; nam cum jumento aut vehiculo transire non potest: qui vero actum habet, habet etiam iter; potest enim et solus et cum jumento transire. *Via* est jus eundi et agendi jumenta: itaque via eadem habet quae et actus; in ceteris autem differentiae sunt, quas in Digestis discemus.

Aquaeductus est jus aquae ducendae per alienum agrum: veluti, habebas agrum aqua abundantem; et ego in propinquo habebam agrum aqua indigentem: rogavi te, ut mihi liceret ex fonte apud te exoriente aquam ducere in meum agrum: hoc mihi concessisti. Haec servitus dicitur aquaeductus.

§ 1. Jamnunc dicamus servitutes aedium. Servitutes aedium sunt, quae aedificiis inhaerent. Ideo autem Latine dicuntur *urbanorum praediorum* sive aedium, quoniam omnia aedificia, urbana praedia vocantur, etsi in villa sunt.

Et quaenam sunt servitutes aedium? ut onera vicini sustineam. Sunt autem hae: habebam domum, habebas et tu propinquo domum; rogavi te, ut mihi liceret trabes meas tuis immittere parietibus: vel, ut mihi liceret stillicidia aut flumina ex meis tegulis derivare in tua tecta, vel in tuam aream; vel tu habebas tale jus adversus aedes meas, et rogavi te, ut ne derivares in mea tecta aut in meas areas stillicidia aut flumina ex tuis tegulis: vel rogavi te, ut concederes mihi tale jus, ut ne tibi liceret domum tuam altius tollere, atque inde lumen mearum aedium eripere.

§ 2. In servitutibus ruris (ad illas enim recurrendum est) dicunt nonnulli merito connumerari aquaehaustum: veluti ut mihi liceat transire per tuum agrum, et ex fonte qui apud te est, aquam haurire; aut in agro tuo meas oves potare, easve ibi pascere, quia multa forte gramina habet; aut ut calcem coquam, aut arenam tollam.

§ 3. Ideo autem hae servitutes praediorum appellantur, quoniam sine praediis constitui non possunt. nemo enim potest servitutem acquirere urbani vel rustici praedii, nisi qui habet praedium; nec quisquam debere, nisi qui habet praedium [d]).

§ 4. Si quis velit vicino aliquod ius constituere, pactionibus atque stipulationibus id efficere debet. Potest etiam in testamento quis heredem suum damnare, ne altius tollat aedes suas, ne [e]) luminibus aedium vicini officiat [f]); vel ut patiatur, eum tignum in parietem immittere, vel stillicidium habere; vel ut patiatur, eum per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere.

---

d) def. *nec .. praedium.* — e) *ut nec,* def. — f) *officiatur.*

---

§ 3. Ideo autem dictae hae servitutes agrorum vel aedium vocantur, quoniam sine agris vel domibus consistere nequeunt. Nemo enim servitutem aedium vel ruris adquirere potest, nisi qui domum habet vel agrum: neque rursus debere quis potest unam praedictarum servitutum, nisi domum habeat vel agrum.

§ 4. Qui autem vicino servitutem vult concedere, per conventiones et stipulationes hoc facere potest. Facta enim conventione de concedenda servitute, rogat qui *eam* accepturus est per concessionem, Spondesne manere *ac stare* concessa servitute? Et si non steteris, spondesne dare mihi poenae nomine centum aureos? Sed et potest quis in testamento suum heredem damnare, dicens, Damno te heres, ne aedes altius tollas, ut ne lumini aedium vicinarum obficias: aut, Damno te heres, ut patiaris si vicinus velit lignum immittere parieti tuo; aut ut stillicidia derivet vicinus in tua tecta; aut ut patiaris vicinum habere itineris vel actus servitutem in agro tuo, aut aquam ex eo ducere in agrum suum. Itaque constituitur servitus pactis et stipulationes et in testamentis.

TITULUS QUARTUS.

DE USUFRUCTU.

Ususfructus est ius alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. est enim ius in corpore: quo sublato, et ipsum tolli necesse est.

§ 1. Ususfructus a proprietate separationem recipit, idque pluribus modis accidit. ut ecce, si quis alicui usumfructum legaverit: nam heres nudam habet proprietatem, legatarius usumfructum; et contra, si fundum legaverit, deducto usufructu, legatarius nudam habet proprietatem, heres vero usumfructum; item alii usumfructum, alii deducto eo fundum legare potest. Sine testamento vero si quis velit alii usumfructum constituere, pactionibus et stipulationibus id efficere debet. Ne tamen in universum inutiles essent proprietates, semper abscedente usufructu, placuit certis modis extingui usumfructum, et ad proprietatem reverti.

§ 2. Constituitur autem ususfructus non tantum in fundo et aedibus,

---

DE USUFRUCTU.

TITULUS IV.

Nunc disseramus de usufructu post servitutem ruris atque aedium. Et nosti quidem, quomodo in superioribus definierimus, quid sit ususfructus: non absurdum tamen *erit*, aliam quoque dicere definitionem. *Ususfructus* est jus quoddam, quod facit ut in alienis rebus et usum habeam et fructum, quousque ipsae res primitivae supersunt. Quum enim ususfructus sit incorporalis, sed praedicetur de *re* corporali, necesse *est* et ipsum cum corpore una perimi. Veluti concessi tibi usumfructum servi mei; et tu quidem es usufructuarius, ego vero proprietarius: quousque servus superest, consistit ususfructus: illo autem mortuo ususfructus exstinguitur.

§ 1. Sejunctus ergo est ususfructus a proprietate: atque hoc multis contingit modis, veluti in *hac* specie: Legavi tibi agri mei usumfructum; heres quidem habet agri mei proprietatem, legatarius vero usumfructum: aut ex contrario etiam, Legavi tibi agrum deducto usufructu, id est retento; heic legatarius quidem proprietatem habet, heres autem usumfructum. Vel rursus, alii quidem usumfructum legavi, tibi autem proprietatem: et haec quidem in testamento.

Sed sine testamento, si quis usumfructum alii concedere velit, per pactiones et stipulationes hoc facere debet. Ne autem prorsus inutiles essent proprietates, usufructu semper separato, placuit certis modis usumfructum exstingui, atque ad proprietatem reverti.

§ 2. Conceditur autem ususfructus, non modo agri vel aedium, sed servorum quoque et jumentorum, aliarumque rerum, exceptis iis, quae ipso usu

verum etiam in servis et iumentis ceterisque rebus, exceptis his, quae ipso usu consumuntur. Nam hae res neque naturali ratione, neque civili recipiunt usumfructum. quo numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimenta. quibus proxima est pecunia numerata: namque in ipso usu assidua permutatione quodammodo extinguitur. Sed utilitatis causa senatus censuit, posse etiam earum rerum usumfructum constitui, ut tamen eo nomine heredi utiliter caveatur. itaque si pecuniae ususfructus legatus sit, ita datur legatario, ut eius fiat, et legatarius satisdat [a]) heredi de tanta pecunia restituenda, si morietur, aut capite minuetur. ceterae quoque res ita traduntur legatario, ut eius fiant: sed aestimatis his satisdatur, ut, si morietur, aut capite minuetur, tanta pecunia restituatur, quanti hae fuerint aestimatae. Ergo senatus non fecit quidem earum rerum usumfructum (nec enim poterat), sed per cautionem quasi usumfructum constituit.

---

a) *satisdet.*

---

consumuntur: in his enim neque naturali ratione neque stricta ususfructus consistere potest. Et cujusmodi sunt hae res? veluti vinum, oleum, frumentum, vestis: quibus consimiles sunt nummi, (in ipso enim usu et continua permutatione, ex eo quod ab alio transeunt in alium, quodam modo exstinguuntur.) Quoniam igitur in his ne quidem procedere dicitur ususfructus, SCtum factum est dicens, ut etiam in illis per *quoddam* remedium ususfructus constituatur.

Si enim moriens quis heredem me instituerit, et tibi legaverit mille aureos, vel mille sextarios vini aut olei, vel modiorum decem frumenti usumfructum; tu legatarius accipiens aureos vel vinum vel oleum vel frumentum, fis horum dominus praeter naturam ususfructus: nam ususfructus in aliena est proprietate: sed quoniam in his secundum leges ususfructus non consistit, merito etiam regulae ususfructus in iis negliguntur. (ususfructus enim, ut dictum est, in aliena est proprietate.) Praestabis autem mihi satisdationem, quod tantum sis restituturus, quantum et accipis, si eveniat ut moriaris aut capitis diminutionem subeas.

Verum haec non modo in dictis *rebus* procedunt, sed etiam in reliquis, veluti vestimentis, vel cera, vel ubi usus simpliciter consumit objectum. Fiunt autem haec in dominio legatarii, atque eorum aestimatio restituitur, (non dico *pecuniae:* neque enim pecunia aestimatur, quoniam ipsa ceterorum est aestimatio:) legatario cautionem praestante, quod moriens vel capitis diminutionem subiens harum rerum aestimationem restituturus sit. Itaque Senatus, qui hoc sanxit, non quidem usumfructum in his constituit, (neque enim poterat) sed per remedium cautionis sive securitatis similitudinem ususfructus excogitavit.

§ 3. Finitur autem ususfructus morte fructuarii, et duabus capitis deminutionibus, maxima et media, et non utendo per modum et tempus. quae omnia nostra statuit constitutio. Item finitur ususfructus, si domino proprietatis ab usufructario cedatur (nam extraneo cedendo nihil agit [b]); vel ex contrario, si fructuarius proprietatem rei acquisierit, quae res consolidatio appellatur. Eo amplius constat, si aedes incendio consumptae fuerint, vel etiam terrae motu, aut vitio suo corruerint, extingui usumfructum, et ne areae quidem usumfructum deberi.

§ 4. Cum autem finitus fuerit [c]) ususfructus, revertitur scilicet ad proprietatem, et ex eo tempore nudae proprietatis dominus incipit plenam habere in re potestatem.

---

b) *agitur*. — c) *totus fin. fu.* vel similia, constans lectio Bononiensis.

---

§ 3. Exstinguitur autem ususfructus morte usufructuarii, et duabus capitis diminutionibus, magna ac media, et non utendo certo modo et constituto tempore, quae omnia continentur Imperatoris nostri constitutione.

Similiter exstinguitur ususfructus, si usufructuarius proprietario usumfructum concesserit: namque extraneo cedens nihil agit, sed inefficax est cessio. Sed et, si e contrario usufructarius proprietatem adquirat, similiter desinit. Hoc autem dicitur consolidatio, *Graece* σωρευσις sive cumulatio, quando ususfructus cum proprietate in unum conveniunt.

Quod si quis aedium usumfructum habet, aedes autem deflagraverint, aut *terrae* motu conciderint, aut vetustate collapsae sint, ususfructus ita exstinguitur, ut ne nudi quidem soli ususfructus usufructuario reservetur, quoniam non soli, sed aedium ipsi concessus fuit ususfructus.

§ 4. Exstinctus autem ususfructus uno ex dictis modis, ad proprietatem revertitur; atque ex eo tempore dominus rei plenissimam in re habet potestatem: id est, potest etiam fructus capere; antea enim quum fructus percipere non posset, non videbatur plenam in re habere potestatem.

TITULUS QUINTUS.

DE USU ET HABITATIONE.

Iisdem istis modis, quibus ususfructus constituitur, etiam nudus usus constitui solet; iisdemque illis modis finitur, quibus et ususfructus desinit.

§ 1. Minus autem scilicet iuris in usu est, quam in usufructu. Namque is, qui fundi nudum usum habet, nihil ulterius habere intellegitur, quam ut oleribus, pomis, floribus, foeno, stramentis, lignis ad usum cottidianum utatur; in eoque fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi molestus sit, neque his, per quos opera rustica fiunt, impedimento sit; nec ulli alii ius, quod habet, aut vendere, aut locare aut gratis concedere potest, cum is, qui usumfructum habet, potest haec omnia facere.

§ 2. Item is, qui aedium usum habet, hactenus iuris habere intellegitur, ut ipse tantum habitet, nec hoc ius ad alium transferre potest, et vix receptum esse videtur, ut hospitem ei recipere liceat. et cum uxore sua liberisque suis, item libertis, nec non aliis liberis personis, quibus non minus quam servis utitur, habitandi ius habeat [a]), et con-

a) *habet.*

DE USU ET HABITATIONE.

TITULUS V.

Post servitutes et usumfructum consequens *est* dicere de usu et habitatione. Usus iisdem constituitur modis, atque iisdem exstinguitur, quibus et ususfructus.

§ 1. Minus autem est emolumentum ex usu, quam ex usufructu. Nam qui usum habet in fundo, nihil amplius habere potest, quam ut natis ibi oleribus, pomis, floribus, pabulis, frondibus, ligni*que* ad quotidianum usum sufficientibus utatur. Eo usque autem usuario licet in fundo versari, ut ne molestus exsistat domino fundi, neque agrum colentibus impedimento sit. Sed non licet ei usum vendere, aut locare, aut gratis alteri concedere, quum usufructuario omnia haec facere permissum sit.

§ 2. Aedium vero usum habens eo usque intelligitur habere potestatem, ut ipse solus habitet, non tamen in alium transferat habitationem. Quaesitum autem est, an amicum ei liceat recipere: et placuit, ut possit. Permissum porro est ei in habitatione habere uxorem et proprios liberos, ac libertos non solum, sed et alios liberos, quibus non minus ac servis utitur, veluti

venienter, si ad mulierem usus aedium pertineat, cum marito ei habitare liceat [b]).

§ 3. Item is, ad quem servi usus pertinet, ipse tantum operis [c]) atque ministerio eius uti potest; ad alium vero nullo modo ius suum transferre ei concessum est. Idem scilicet iuris est et in iumento.

§ 4. Sed [d]) si pecoris vel [e]) ovium usus legatus fuerit, neque lacte, neque agnis, neque lana utetur usuarius, quia ea in fructu sunt. plane ad stercorandum agrum suum pecoribus uti potest.

§ 5. Sed si cui habitatio legata sive aliquo [f]) modo constituta sit, neque usus videtur, neque ususfructus, sed quasi proprium aliquod ius. quam [g]) habitationem habentibus, propter rerum utilitatem, secundum Marcelli sententiam, nostra decisione promulgata, permisimus, non solum in ea degere, sed etiam aliis locare.

§ 6. Haec de servitutibus et usufructu et usu et habitatione dixisse sufficiat. de hereditate autem et de obligationibus suis locis proponemus. — Exposuimus summatim, quibus modis iure gentium res acquiruntur: modo videamus, quibus modis legitimo et civile iure acquiruntur.

---

b) *licet.* — c) *opere, operibus, opera.* — d) *Sed et.* — e) *veluti.* — f) *alio.* — g) *quamquam.*

---

mercenariis. Quod si mulieri aedium usus relictus sit, licet ei sine impedimento ibi habitare cum viro.

§ 3. Si usus servi mihi concessus sit, ego solus operis ac ministerio ejus uti possum. Idem est, et si jumenti usus mihi concessus sit.

§ 4. Quod si pecorum, veluti ovium, usus mihi sit legatus, neque lacte, neque agnis, neque illarum lana permittor uti: quoniam haec in fructu sunt, hoc est ususfructûs sunt, non usûs. Sed in hoc solum prodest mihi usum habere ovium, ut eas possim in agrum meum agere, eumque stercorare. Ovium autem fimus agrum reddit uberem ac fertilem.

§ 5. Si habitatio alicui legata, aut alio etiam modo constituta sit, neque usus videtur id esse, neque ususfructus, sed velut singulare quoddam jus. Quaesitum est autem, an habens habitationem alii eam possit locare. Et multis Jureconsultis contradicentibus, soloque Marcello locationem permittente, facta est constitutio religiosissimi Imperatoris nostri, quae hanc quaestionem decidit, et Marcelli sententiam probat: permittens propter utilitatem rerum, non modo ipsum habitare si velit, sed et locare aliis.

§ 6. Haec sufficit de servitutibus et usufructu et usu et habitatione disseruisse. De hereditate autem et obligationibus in propriis exponetur locis. Sed quoniam velut in summa diximus, quibus modis naturaliter res adquiramus, nunc necessarium *est* dicere, quibus modis jure legitimo et civili aliena adquirere possimus.

TITULUS SEXTUS.

DE USUCAPIONIBUS ET LONGI TEMPORIS POSSESSIONIBUS [a]).

Iure civili constitutum fuerat, ut, qui bona fide ab eo, qui dominus non erat, cum crediderit, eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliave qua [b]) iusta causa acceperit, is eam rem, si mobilis erat, anno ubique, si immobilis, biennio tantum in Italico solo usucapiat, ne rerum dominia in incerto essent. Et cum hoc placitum erat, putantibus antiquioribus, dominis sufficere ad inquirendas res suas praefata tempora, nobis melior sententia resedit, ne domini maturius suis rebus defraudentur, neque certo loco beneficium hoc concludatur. et

---

a) *praescriptionibus.* — b) *quavis, qualibet.*

DE USUCAPIONIBUS, ET LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIONIBUS.

TITULUS VI.

Loquuti de adquisitionibus naturalibus, disseramus etiam de legitimis. Quod quidem, si quis suam mihi rem tradiderit, dominium *sibi* competens transferat, in confesso est. Quid autem, si alienam quis rem, cujus non erat dominus, mihi tradidit? Num et hic dominium transfert? Et dicimus, minime. Quomodo enim, quod non habebat? Quid ergo? transtulit in me eam, quam habebat possessionem sive detentionem. Neque hoc exiguum est: si enim bona fide accepero rem, (bona fide autem est, si credam dominum esse, qui vendidit aut donavit, aut ex alia justa caussa, veluti ex permutatione, tradidit) olim quidem, si res mobilis esset, anno elapso fiebam dominus, sive in Italia sive in provinciis agerem. Si vero immobilis, biennio transacto, dum fundus aut domus in Italia esset sita, a me usucapiebatur meique fiebat dominii, lege XII tabularum hoc sanciente.

Nemo autem iniquam esse legem putato, quod alius quidem per usucapionem, hoc est temporalem possessionem, dominus fieret, alter autem suis privaretur rebus: hoc enim introductum est, ut ne res ipsae corrumperentur. Quisque enim ignorans, num ad se pertineret res quam possidet, nullam ejus gereret curam, metuens quandoque adventurum verum dominum eamque *sibi* erepturum: atque ex hac causa homines forent negligentes, iisque negligenter agentibus res manerent sine cura; et, si res sine cura essent, interitus et corruptio iis necessario accideret. Perpendens igitur lex XII tabularum hanc

ideo constitutionem super hoc promulgavimus, qua cautum est, ut res quidem mobiles per triennium usucapiantur, immobiles vero per longi temporis possessionem (id est inter praesentes decennio, inter absentes viginti annis) usucapiantur, et his modis non solum in Italia, sed in omni terra, quae nostro imperio gubernatur, dominia rerum, iusta causa possessionis praecedente, acquirantur.

§ 1. Sed aliquando, etiamsi maxime quis bona fide rem possederit, non tamen illi usucapio ullo tempore procedit, veluti, si quis liberum hominem vel rem sacram vel religiosam vel servum fugitivum possideat.

§ 2. Furtivae quoque res, et quae vi possessae sunt, nec si praedicto longo tempore bona fide possessae fuerint, usucapi possunt. nam furtivarum rerum lex duodecim tabularum et lex Atinia inhibet usucapionem; vi possessarum lex Iulia et Plautia.

---

hominum cogitationem, definivit anni tempus in mobilibus, biennium vero in immobilibus; intra quod nisi advenerit dominus, irrevocabilis remanet res apud possessorem, non indignantibus dominis; nam sufficiebat iis anni vel biennii tempus ad inquisitionem rerum suarum: sed haec quidem *lex* XII tabularum.

Noster autem Imperator meliori atque humaniori usus sententia jussit, ne *tam* celeriter domini suis privarentur rebus: neque certo loco suum coangustavit beneficium, sed ea de *re* generalem promulgavit constitutionem, in qua sancitum est, ut res quidem mobiles ubicumque elapso triennio usucapiantur, immobiles autem per longi temporis possessionem: si quidem praesentes sint domini, decennio, sin vero absentes, vicennio elapso. Veluti, agrum tradidisti mihi vel domum ad Titium pertinentem, me suspicante te dominum esse, atque ideo bona fide rem accipiente. Si quidem in loco *praesens* sit Titius, sufficit ad usucapionem decennium: sin absens, vicennium. Haec autem non solum de immobilibus in Italia sitis, sed etiam de his *quae* in provinciis, quae olim stipendiaria et tributaria *praedia* appellabantur: et simpliciter in omni regione ejus imperio subjecta *hoc* obtinere sanxit: ubique tamen bonae fidei possessione praecedente.

§ 1. Quoniam vero diximus, possidentem bona fide usucapere posse, invenire licet species, quae nobis usucapionem non tribuunt. Veluti, si quis possideat liberam personam, aut *rem* sacram vel religiosam. Quum enim usucapio dominium adquirat, hae autem res dominii sint expertes, necessario usucapioni non subjacent. Idem intelligere debemus, etiam si quis alienum possideat fugitivum; non *enim* subjacet usucapioni.

§ 2. Neque *res* furtivae neque vi possessae, ne quidem decennio vel vicennio elapso, quamquam bona fide possessae. Sed furtivas cape de mobilibus, vi possessas de immobilibus. Prohibuit enim furtivarum quidem usucapionem lex XII Tabularum atque Atilia, vi autem possessarum *lex* Julia et Plautia.

§ 3. Quod autem dictum est, *furtivarum et vi possessarum rerum usucapionem per legem prohibitam esse*, non eo pertinet, ut ne ipse fur, quive per vim possidet, usucapere possit (nam his alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possident); sed ne [c]) ullus alius, quamvis ab eis bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, usucapiendi ius habet [d]). Unde in rebus mobilibus non facile procedit, ut bonae fidei possessori usucapio competat. nam qui alienam rem vendidit, vel ex alia causa tradidit, furtum eius committit.

§ 4. Sed tamen id aliquando aliter se habet. nam, si heres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existi-

---

c) *nec.* — d) *habeat.*

---

§ 3. Quum ergo roget te quis, num ille *rem*, quam ex venditione possidet, usucapere possit? oportet te quaerere primo loco, utrum bona fide, an mala fide possideat: et, si cognoveris, bona fide *possidere*, decurre statim ad alteram quaestionem, et roga, anne sacra sit res, an religiosa, anne persona libera, anne *res* furtiva, an vi possessa? Et si quid horum inveneris, dicito usucapionem haud procedere, propter inhaerens rei vitium.

Num igitur fur vel violentus usucapere potest? forte praecipitans dices nequaquam, propter vitium inhaerens, siquidem furtivum est vel vi possessum. Verum hoc te dicere non oportet; oblitus enim es ordinem: sed dicere te oportet, non procedere usucapionem propter priorem rationem, id est quoniam mala fide possidet; novit enim, furtivum vel vi possessum esse. Si vero violentus vel fur alii hoc tradiderit bona fide accipienti, tunc, quantum ad priorem responsionem, quia bona fide possidet, qui rem detinet, usucapio haud impeditur, sed propter inhaerens rei vitium prohibebitur: est enim furtiva vel vi possessa.

Et quid est *furtivum?* Furtivum est, non solum quod noctu vel interdiu clam subripitur, sed omnis res aliena mobilis, quae praeter domini voluntatem contrectatur. *Contrectare* autem est, ut dominum circa rem versari, et facere quae dominis in ea licent. Sed si verum est *hoc* dictum, nunquam res aliena potest usucapi. Namque omnis, qui alienam rem possidet, praeter domini voluntatem contrectat; quod si praeter voluntatem domini contrectat, furtivam rem efficit; si autem furtiva est, inhibetur usucapio. Imperfecte *igitur se* habet definitio, eique addendum est malo animo, ac dicere, *furtivum* esse, non solum quod noctu vel interdiu clam subripitur, sed omnem rem alienam mobilem, quae praeter domini voluntatem malo animo contrectatur. Sic enim *se* habens definitio, perfecta est.

§ 4. Atqui hoc etiam addito, invenimus usucapionem non procedentem. Si quis enim rem alienam praeter domini voluntatem possidet, malo animo eam contrectat, furtivamque reddit. Sed hoc verum non est. Fieri enim potest, ut quis rem alienam praeter domini voluntatem contrectet, et furtum

mans hereditariam esse, bona fide accipienti vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit, quin is, qui acceperit, usucapere possit, dubium non est, quippe ea res in furti vitium non ceciderit, cum utique heres, qui bona fide tamquam suam alienaverit, furtum non committit.

§ 5. Item si is, ad quem ancillae ususfructus pertinet, partum suum esse credens, vendiderit, aut donaverit, furtum non committit: furtum enim sine affectu furandi non committitur.

§ 6. Aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine vitio furti rem alienam ad aliquem transferat, et efficiat, ut a possessore usucapiatur.

§ 7. Quod autem ad eas res, quae solo continentur, expeditius [e]) procedit. ut, si [f]) quis loci vacantis possessionem, propter absentiam aut negligentiam domini, aut quia sine successore decesserit, sine vi

---

e) *expedit, ius; pertinet, ius.* — f) def. *si.*

---

tamen non committat, ideo quod is malo animo careat. Veluti in hac specie: Commodavi ego Titio librum meum, aut locavi ei servum meum, aut deposui apud eum discum meum: hic mortuus est *relicto* te herede. Invenisti illa in hereditate: suspicans ea esse hereditaria, vendidisti cuidam bona fide accipienti, vel donasti, vel in dotem dedisti: en *hic* rem alienam; et praeter domini voluntatem contrectas: et tamen res furtiva non fit, quoniam animo malo libera est. Ideo accipiens sine dubio rem usucapiet, quoniam et bona fide possidet, et res a vitio libera est. Neque enim dici potest, heredem qui bona fide vendidit, furtum committere.

§ 5. Hoc et in alia specie invenire licet. Concessi tibi ancillae meae usumfructum: (Ususfructus autem ancillae est manuum ejus opera ac ministerium) haec apud te peperit, et manifestum *est*, partum ad me dominum spectare, secundum dicta in superioribus. *Tu* igitur putans partum ancillae ad te usufructarium spectare, eum vendidisti vel donavisti. Ecce et hic praeter voluntatem domini fecisti, et quia liber es animi mali, furtum eo facto non committitur. In universum enim scire debes, furtum sine pessimo affectu nunquam committi. *Furtum enim sine affectu furandi non committitur.*

§ 6. Et ego quidem pauculas tibi enarravi species: sed rerum circumstantia quamplurimas producere potest, in quibus invenietur aliquis alienum praeter voluntatem domini alienare, nec *tamen* furtivum illud reddere.

§ 7. Haec quidem de furtivis. Vi autem possessum ex vi in facto *commissa* judicatur, quum quis me adgressus, vi *ex* aedibus meis aut *ex* fundo meo me expulerit. Nam furtivum ex regulis juris dignoscitur. Itaque si vi te expulero *ex* re immobili, non possum eam usucapere, siquidem mala fide possideo: quin neque qui bona fide eam a me acceperit, propter vitium rei inhaerens; est enim vi possessa. Quod si pura sit a vi in facto *commissa*, potest qui eam a me bona fide accepit, usucapere.

Et quomodo *hoc* contingat, necesse *est* dicere. Habebat quis agrum; peregre

nanciscatur. qui g), quamvis ipse mala fide possidet (quia intellegit, se alienum fundum occupasse), tamen, si alii bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa possessione res acquiri, quia neque furtivum, neque vi possessum accepit; abolita est enim quorundam veterum sententia, existimantium, etiam fundi locive furtum fieri, et eorum h), qui res soli possident, principalibus constitutionibus prospicitur, ne cui longa et indubitata possessio auferri debeat.

§ 8. Aliquando etiam furtiva vel vi possessa res usucapi potest; veluti si in domini potestatem reversa fuerit. tunc enim, vitio rei purgato, procedit eius usucapio.

§ 9. Res fisci nostri usucapi non potest. Sed Papinianus scripsit, bonis vacantibus fisco nondum nuntiatis, bona fide emptorem sibi

---

g) def. *qui.* — h) *e. utilitati.*

---

proficiscens eum reliquit sine cura, vel praesens etiam nullam agri curam gerebat: aut decessit quis sine successore, ac nemo omnino ipsius suscepit patrimonium; ego videns a nemine agrum possideri, in possessionem ejus intravi: usucapere eum nulla potero ratione, namque mala fide possideo, sciens eum esse alienum. Si tamen alii eum tradidero bona fide accipienti, procedit usucapio, et longum tempus, ut dictum est, illi dominium adquirit. Utique enim neque prior responsio obstat usucapioni; nam bona fide possidet: neque altera; namque res vitio vacat. Sed dicere quis possit, rem reddi furtivam; ac si, quoniam ego sciens alienum esse agrum, eum alienavi, furtivum reddam agrum: sed vana haec *est* ratio: furtum enim in immobilibus non committitur. Nam sublata atque civitate expulsa est sententia Jurisperitorum opinantium, furtum in immobilibus committi: sed neque res vi possessa est; neque enim factum violentiae accessit: reliquum est ergo, decennio vel vicennio agri dominum fieri, qui bona fide eum accepit, quum adjuvetur constitutionibus dicentibus, ne cui longa et indubitata possessio auferatur.

§ 8. Diximus, *res* furtivas ac vi possessas usucapi non posse. Aliquando tamen hae usucapioni subjacent, veluti quum in domini possessionem reverterint. Tunc enim liberantur vitio quo tenebantur, atque usucapioni subjacent. Veluti, tu Titii servum subripiens, aut agrum ejus vi capiens, mihi vendidisti: *jus* usucapionis inhibebatur. Interea evenit, ut possessio a me in Titium dominum transferretur: statim res desinunt furtivae esse vel vi possessae. Itaque post illa in meam pervenientes possessionem, sine impedimento usucapientur.

§ 9. Habe haec in modum praeviae contemplationis: si quis cum testamento obierit, scriptus ei heres succedit; sin intestatus, ad hereditatem ejus venient, si quidem sint *liberi, hi* ipsi; his vero non exstantibus, *agnati* et fiunt *heredes;* agnatis autem non exstantibus, *cognati,* et fiunt *bonorum possessores.* Sed *omnibus* his dictis haud exstantibus, aut hereditatem adire nolentibus,

traditam rem ex his bonis usucapere posse; et ita divus Pius, et divi [i]) Severus et Antoninus rescripserunt.

§ 10. Novissime sciendum est, rem talem esse debere, ut in se non habeat vitium, ut a bona fide emptore usucapi possit, vel qui ex alia iusta causa possidet.

§ 11. Error autem falsae causae usucapionem non parit. veluti, si quis, cum non emerit, emisse se existimans, possideat; vel, cum ei donatum non fuerat [k]), quasi ex donatione possideat.

§ 12. Diutina possessio, quae prodesse coeperat defuncto, et heredi et bonorum possessori continuatur, licet ipse sciat praedium alienum; quodsi ille initium iustum non habuit, heredi et bonorum possessori, licet ignoranti, possessio non prodest. quod nostra constitutio simi-

---

i) *divus.* — k) *fuerit.*

---

bona fiunt vacantia, et ad fiscum perveniunt, atque omnis actionem habens qualemcumque adversus defunctum, *sive* in rem, sive personalem, sive hypothecariam, eam intra quadriennium instituet adversus fiscum. Postquam *tibi* haec praecognita sunt, vide reliquum argumentum. In superioribus diximus, furtiva ac vi possessa usucapi non posse: ast invenire est et aliud quod usu haud capitur; veluti, res fiscales usucapi nequit. Papinianus tamen dicit: Si quis sine successore moriatur, bonaque ejus vacantia fiant, sed antequam ea fisco denuntientur, aliquis nonnulla ex hujus bonis mihi vendat et tradat, bona fide ementi, procedere usucapionem: nondum enim res fiscales factae sunt, quum fiscus substantiam non adprehenderit. Hoc enim non modo Pius imperator, sed etiam Divi Severus et Antoninus rescripserunt.

§ 10. Postremo autem et hoc scire oportet: res usu capienda, talis esse debet, ut omni vitio careat, bonaque fide emta, vel dono accepta, vel etiam ex alia causa comparata sit.

§ 11. Etiam veram possessionis oportet causam esse: error enim falsae causae locum usucapioni non praebet. Veluti, possidebam rem, putabamque hanc emisse, quum non emissem, aut eam donatam esse, quum donata non esset: impeditur usucapio, quoniam falsa *est* possessionis opinio.

§ 12. Alienum quis agrum bona fide possidebat, et longo ei opus erat tempore, ut dominus fieret: et post octo forto aut novem annos obiit, *relicto* herede civili, vel possessore praetorio. Hujus heres vel bonorum possessor reliquo tempore possidens, rem tenebit irrevocabilem, etsi credebat alienum esse agrum. Namque possessionem bona fide coeptam pessima successoris fides haud corrumpit. Quod si ex contrario mala fide quis possederit alienum agrum, hujus heres aut bonorum possessor, etsi ignorat alienum esse agrum, non adjuvabitur, quoniam possessio mala fide a defuncto coepta fuit.

Hoc autem de longo tempore *dictum* constitutio sanctissimi Domini nostri etiam ad usucapionem extendit; ut possessio bona fide a defuncto inchoata

liter et in usucapionibus observari constituit, ut tempora continuentur.

§ 13. Inter venditorem quoque et emptorem coniungi tempora, divus [l]) Severus et Antoninus rescripserunt.

§ 14. Edicto divi Marci cavetur, eum, qui a fisco rem alienam emit, si post venditionem quinquennium praeterierit, posse dominum rei per exceptionem repellere. Constitutio autem divae memoriae Zenonis bene prospexit his, qui a fisco per venditionem vel donationem vel alium titulum aliquid accipiunt, ut ipsi quidem securi statim fiant, et victores existant, sive conveniantur, sive experiantur; adversus sacratissimum autem aerarium usque ad quadriennium liceat intendere his, qui pro dominio vel hypotheca earum rerum, quae alienatae sunt, putaverint sibi quasdam competere actiones. Nostra autem divina constitutio, quam nuper promulgavimus, etiam de his, qui a nostra vel venerabilis augustae domo aliquid acceperint, haec statuit, quae in fiscalibus alienationibus praefatae Zenonianae constitutionis [m]) continentur.

---

l) *divi.* — m) *praefata..na..ne.*

---

in re mobili prosit successori ad consummationem usucapionis, ac tempus ejus continuetur, etiamsi ipse sciat rem *esse* alienam: atque e diverso, si male possidere coeperit defunctus, bonae fidei possessio heredem non juvat.

§ 13. Sed et si quis bona fide rem alienam emerit, et *per* tempus aliquod possederit, postea vendiderit; possederit vero et is, qui de emtore emit: conjunctum utriusque personae tempus possessionis, secundo emtori dominium rei adquirit, id quod Severus et Antoninus rescripserunt.

§ 14. Facta est per modum edicti constitutio Imperatoris Marci, jubens ut, qui rem alienam de fisco emerit, elapso quinquennio, dominus rei fiat. *Hoc* autem edictum necessarium erat iis, qui per tempus quinquennio brevius *rei* emtae domini fieri non poterant: veluti, quia forte furtiva erat, et post quinquennale tempus emtor conventus actorem praescriptione repellebat. Et haec quidem Divus Marcus.

Facta est autem constitutio Divi Zenonis jubens, ut qui de fisco emerit, vel per donationem acceperit, aut ex permutatione, ipse quidem confestim securus fiat; et, sive conveniatur sive agat, potiorem auferat calculum; *ipse* vero rei dominus ad quadriennium usque actionem habebat adversus fiscum. Haec autem non de sola proprietate, sed etiam de pignore eadem constitutio sanxit, ut neque dominus actionem in rem, neque creditor Servianam, in *rebus* a fisco venditis, salvam habeat post quadriennium. Exiit porro Imperatoris nostri constitutio, quam nuper promulgavit, eadem jubens obtinere etiam in *rebus* alienatis aut ab ipsius Serenitate, aut ab religiosissima Domina nostra, quae Zenonis constitutio in fiscalibus alienationibus disposuit.

TITULUS SEPTIMUS.

DE DONATIONIBUS.

Est etiam aliud genus acquisitionis, donatio. Donationum autem duo genera sunt: mortis causa, et non mortis causa.

§ 1. Mortis causa donatio est, quae propter mortis fit suspicionem: cum quis ita donat, ut, si quid humanitus ei contigisset, haberet is, qui accepit; sin autem supervixisset, qui donavit, reciperet, vel si eum donationis poenituisset, aut prior decesserit is, cui donatum sit. Hae mortis causa donationes ad exemplum legatorum redactae sunt per omnia. nam, cum prudentibus ambiguum fuerat, utrum donationis, an legati instar eam obtinere oportet, et utriusque causae quaedam habebat insignia, et alii ad aliud genus eam retrahebant; a nobis constitutum est, ut per omnia fere legatis connumeretur, et sic procedat, quemadmodum eam nostra formavit constitutio. Et in summa mortis causa donatio est, cum magis se quis velit habere, quam eum, cui do-

---

DE DONATIONIBUS.

TITULUS VII.

Est et alius adquisitionis modus Donatio: et necessarium de ea disserere. Meminimus autem ejus, tamquam in digressione, etiam in superioribus: sed nunc plenam de ea tradimus doctrinam. Donationum vero duo sunt genera: atque una quidem dicitur mortis causa, altera autem inter vivos.

§ 1. Et mortis causa donatio est, quae propter mortis suspicionem fit: veluti, si quis periculosam navigationem suscepturus, aut iter ingressurus infestatum a feris vel latronibus vel hostibus, alicui donaverit; ut, si quid humani acciderit donanti, irrevocabilem habeat donationem *is* qui eam accepit. Quod si ante donatorem moriatur qui eam accepit, ut liceat donanti *rem* donatam repetere. Si vero poenituerit donatorem, donationem recipit, quemadmodum si praemortuus sit qui donationem accepit.

Hae vero mortis causa donationes legatis per omnia similes sunt. Olim enim inter Jurisperitos dubitatio quaedam erat, utrum donationis an legati instar haberet. Et quum utriusque haberet indicia, donationis inquam et legati, alii eam donationi esse similem, alii legato proximam dicebant. Sed prodiit nostri Imperatoris constitutio hanc controversiam dirimens, *ac* sanciens, ut ea legatis fere per omnia exaequetur. *Fere* autem dixi, quoniam a vivente fit in viventem. Celebretur ergo secundum *ea* quae sacra constitutione dicta sunt.

Est autem veluti in summa mortis causa donatio, quando se quis mavult habere, quam eum cui donavit, et rem adquiri potius vult ab eo qui accipit

natur, magisque eum, cui donat a), quam heredem suum. sic et apud Homerum Telemachus donat Piraeo:

Πείραι' (οὐ γάρ τ' ἴδμεν, ὅπως ἔσται τάδε ἔργα)·
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες, πατρῴϊα πάντα δάσωνται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε·
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δῇ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων b).

§ 2. Aliae autem donationes sunt, quae sine ulla mortis cogitatione fiunt, quas inter vivos appellamus. quae omnino non c) comparantur legatis; quae, si fuerint perfectae, temere revocari non possunt. Perficiuntur autem, cum donator suam voluntatem scriptis, aut sine scriptis manifestaverit; et, ad exemplum venditionis, nostra constitutio eas etiam in se habere necessitatem traditionis voluit, ut, etsi non tradantur, habeant plenissimum et perfectum robur, et traditionis necessitas incumbat donatori. Et cum retro principum dispositiones insinuari eas, actis intervenientibus, volebant, si maiores ducentorum fuerant so-

---

a) *donat..donat, donatur..donatur.* — b) Graeca desunt. — c) *non omnino.*

---

donationem, quam ab herede suo. Hujusmodi donationem divinus Homerus in Odyssea facientem inducit Telemachum Piraeo in hisce versibus:

Piraee, nec enim scimus, quomodo casura sint haec coepta:
Si quidem me proci insolentes in aedibus
Clanculum occidentes, paterna omnia dividant,
Malo te ipsum possidentem *his* frui, quam ullum eorum;
Sin autem ego illis caedem ac mortem intulero,
Tum sane *tu* laetus mihi laeto in aedes referes.

§ 2. Quum de mortis causa donatione cognoverimus, dicamus de reliquis donationibus, quae sunt inter vivos. Hae autem fiunt, nulla exsistente mortis suspicione, quae legatis sunt absimiles. Porro has exitum adeptas, *temere* prout inciderit, non licet revocare. Perficiuntur autem, quum donator suam in scripto aut etiam sine scripto voluntatem declaraverit. Et sicuti venditor *rem* venditam tradere cogitur, ita Imperatoris nostri constitutio *eum* qui donare voluit, cogit omnino *rem* donatam tradere, tribuens donationi perfectum *robur*, etsi traditio non sit secuta.

Nec vero hoc solum de *iis* qui donationes accipiunt, religiosissimus Imperator noster constituit, sed et aliud quid adinvenit. Veteres enim Principes jusserant donationes publice cum confectione actorum fieri, si quidem dona-

lidorum, nostra constitutio et [d]) quantitatem usque ad quingentos solidos ampliavit, quam stare et sine insinuatione statuit; et quasdam donationes invenit, quae penitus insinuationem fieri minime desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem. Alia insuper multa ad uberiorem exitum donationum invenimus, quae omnia ex nostris constitutionibus, quas super his posuimus, colligenda sunt. Sciendum tamen est, quod, etsi plenissimae sunt donationes, tamen, si ingrati existant homines, in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem licentiam praestavimus [e]), certis ex causis eas revocare: ne, qui suas res in alios contulerunt, ab his quandam patiantur iniuriam vel iacturam, secundum enumeratos in nostra constitutione modos.

§ 3. Est et aliud genus inter vivos donationum, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem a iunioribus divis principibus introductum est, quod ante nuptias vocabatur, et tacitam in se condicionem habebat, ut tunc ratum esset, cum matrimonium fuerit insecutum; ideoque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur, et nusquam [f]) post nuptias celebratas talis

---

d) *eam.* — e) *praestamus, praestitimus.* — f) *numquam.*

---

tio ducentis solidis major esset: ipse autem sanxit, donationem quamquam non insinuatam valere usque ad solidos quingentos. Invenit quoque donationes aliquas, quas nec actorum confectione indigere dixit, si quingentorum solidorum quantitatem excesserint, sed robur eas habere jussit. Multa vero alia etiam ad pleniorem donationum exitum atque vim invênit. Sed haec omnia invenire potest, qui sacras ejus constitutiones legerit.

Hoc autem scire oportet, quod, licet perfectum *robur* habeant donationes dicto modo factae, sed *is* qui donationem accepit, erga beneficum ingratus *esse* probetur, Imperatoris nostri constitutio facultatem dederit, eas ex certis causis ad ingratitudinem relatis revocare: ut ne quis, qui res suas benignitatis causa in alium transfert, injuriam et damnum aliquod sustineat ab iis quibus donavit. Modos autem ingratitudinum, atque actiones per quas revocantur, discere potest qui dictam constitutionem legit.

§ 3. Est etiam alia species donationis inter vivos, quae Jurisconsultis quidem ignota erat, sed constitutiones Imperiales Jurisconsultis juniores eam introduxerunt; haec autem dicitur ante nuptias donatio: facitque eam sponsus in sponsam: tacitam in se habens conditionem, ut ea tunc robur habeat, quum nuptiae sint consecutae. Vocata autem est ante nuptias, quia ante contractum matrimonium fiebat, nunquam vero post nuptias. Omnino enim omnis donatio constante matrimonio facta inter virum et uxorem prohibita est.

Sed facta est constitutio Justini divae memoriae, permittens, ut, quemadmodum per veteres Jurisconsultos licet constante matrimonio dotem augere,

donatio procedebat. Sed primus quidem divus Iustinus, pater noster, cum augeri dotes et post nuptias fuerat permissum, si quid tale evenerit, etiam ante nuptias donationem augeri et constante matrimonio sua constitutione permisit; sed tamen nomen inconveniens remanebat, cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos, plenissimo fini tradere sanctiones cupientes, et consequentia nomina rebus esse studentes, constituimus, ut tales donationes non augeantur tantum, sed et constante matrimonio initium accipiant, et non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur, et dotibus in hoc exaequentur, ut, quemadmodum dotes et constante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt, ita et istae donationes, quae propter nuptias introductae sunt, non solum antecedant matrimonium, sed etiam eo contracto et augeantur et constituantur.

§ 4. Erat olim et alius modus civilis acquisitionis per ius accrescendi, quod est tale: si communem servum habens aliquis cum Titio solus libertatem ei imposuit, vel vindicta, vel testamento, eo casu pars eius amittebatur, et socio accrescebat. Sed cum pessimum fuerat exem-

---

et si forte centum aurei in dotem fuerint dati, poterat etiam post tempus contracti *matrimonii* mulier aliam pecuniam, quantumcumque vellet, superaddere dotemque facere majorem; atque nemo hoc vocabat donationem: ita et vir donationem ante nuptias majorem possit facere, atque una parte augente, permisit etiam alteri licere eadem facere.

Sed quum haec quidem vellet constitutio, sed *tamen* ante nuptias donationis nomen dissonum esset *iis* quae fiebant, diceretur que ante nuptias quae fiebat post nuptias: Imperator noster religiosissimus, haud imperfectas esse volens sanctiones, ac rebus nomina esse convenientia studens, constituit hujusmodi donationes non modo augeri constante matrimonio, sed et initium capere *posse*. Si enim ego mulieri junctus sim matrimonio, haud celebrata cum ea ante nuptias donatione, ob paupertatem forte vel aliam quam causam, nunc autem celebrare velim: permissum mihi hoc esse, nec amplius Ante nuptias donationem, sed Propter nuptias donationem vocari eam sanciens. Exaequatur itaque per haec doti ante nuptias donatio. Et sicut non solum augere sed etiam constituere dotem post contractas nuptias licet, ita et donationes quae propter nuptias fiunt, non modo praecedant nuptias, sed post eas quoque celebratas, vel ex parte fiant initiumque capiant.

§ 4. Diximus legitimas adquisitiones, et per usucapionem et per longi temporis possessionem. Quaerens autem aliquis etiam alium veteriorem adquisitionis legitimae modum inveniet: hic vero est *modus* adcretionis; fiebatque *in* hunc modum: Patrimus et Titius communem habebant servum: Patrimus praeter voluntatem Titii communem manumisit servum vindicta, sive apud magistratum. Volebat jus civile in hac specie, non solum nihil agere Patrimum, neque servum liberare servitute, sed et amittere, quam in eo ha-

plo, et libertate servum defraudari, et ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, severioribus autem lucrum accrescere: hoc, quasi invidiae plenum, pio remedio per nostram constitutionem mederi necessarium duximus; et invenimus viam, per quam et manumissor, et socius eius, et qui libertatem accepit, nostro fruantur beneficio, libertate cum effectu procedente (cuius favore et antiquos legislatores multa et contra communes regulas statuisse manifestissimum est), et eo, qui eam imposuit, suae liberalitatis stabilitate gaudente, et socio indemni conservato, pretiumque servi secundum partem dominii, quod nos definivimus, accipiente.

TITULUS OCTAVUS.

QUIBUS ALIENARE LICET, VEL NON.

Accidit aliquando, ut, qui dominus sit, alienare non possit, et contra, qui dominus non sit, alienandae rei potestatem habeat. Nam do-

---

bebat dominii partem: eamque amissam ad Titium pervenire adcretionis jure, atque ex effectu solum Titium ejus fieri dominum.

Sed quum pessimum hoc esset exemplum, et servum libertate privari, et dominos qui humanum quid erga servum meditarentur, defraudari; eos autem qui illius misereri *illum*que servitute liberare nollent, lucrum facere, servi parte iis adcrescente: invidiae hoc plenum judicans religiosissimus Imperator noster, sacram ipse excogitans remedii viam adinvenit: per quam et Patrimus manumissor, et Titius haud consentiens, et servus libertatem nanciscens, ejus constitutioni agent gratias. Jussit enim servum esse liberum, quoniam veteres quoque legumlatores multa et adversus regulas communes libertatis studio excogitarunt: et Patrimum quidem, quod libertas ab ipso data maneat firma, laetari; socio autem pretii indemnitatem servari, quod ei a manumissore restituitur, secundum partem dominii quam in eo habebat; prout eadem constitutione continetur.

QUIBUS ALIENARE LICET, VEL NON LICET.

TITULUS VIII.

Necessarium hic enumerare casus *miros ac* paradoxos, quando dominus suam rem alienare non possit, et quando qui dominus non est *rem* non suam alienare *possit*. Et dicamus primo loco, quando dominus alienare non possit. Veluti, mulier quaedam viro se jungens per matrimonium, varias res nomine

tale praedium maritus invita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare, quamvis ipsius sit, dotis causa ei datum. quod nos, legem Iuliam corrigentes, in meliorem statum deduximus. cum enim lex in soli [a]) tantummodo rebus locum habebat, quae Italicae fuerant, et alienationes inhibebat, quae invita muliere fiebant, hypothecas autem earum, etiam volente: utrisque remedium imposuimus, ut etiam in eas res, quae in provinciali solo positae sunt, interdicta fiat [b]) alienatio vel obligatio, et neutrum eorum, neque consentientibus mulieribus, procedat, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiae earum converteretur.

§ 1. Contra autem creditor pignus ex pactione, quamvis eius ea res non sit, alienare potest. sed hoc forsitan ideo videtur fieri, quod voluntate debitoris intellegitur pignus alienari, qui ab initio contrac-

---

a) *solis*. — b) *sit*.

---

dotis dedit: dedit autem et agrum, et per traditionem dominum totius dotis eum fecit. Vir igitur omnia sibi in dotem data tamquam dominus alienans, dominium in accipientem transfert: dotalem vero agrum, id est in dotem datum, lex Julia alienari prohibet, quamquam vir sit dominus.

Sed lex quidem Julia immobilia in Italia sita a viro praeter uxoris voluntatem alienari prohibet: oppignerare autem ea, neque uxore consentiente, maritus poterat. Sed videbatur absurdum esse, *eum* alienationem quidem consentiente uxore recte facere, ubi *plena* erat rei translatio, oppignerationem autem, ubi dominium adhuc apud virum remanebat, neque cum consensu facere ei permitti. Sed dicimus, legem hujusmodi cogitatione impulsam ad hoc pervenisse ratiocinium. Sciebat enim lex, si praedii dotalis alienatio uxori memoraretur a marito, fore ut mulier vel ad ipsum auditum perturbaretur, neque consentire sustineret. Si vero de oppignerationе aliquid dixerit maritus, facile ad persuasionem inducetur mulier. Merito igitur oppignerationis *causam* per sanctionem suam muniit, alienationis autem *causam* difficultati mulieris reliquit. Itaque *L.* Julia alienationem quidem praeter uxoris voluntatem inhibuit: oppignerationem vero vetuit, etsi cum ejus voluntate fieret; locumque habebat in solis rebus immobilibus in Italia sitis. Noster autem Imperator utilissima ratione ambo *haec* immutavit: jussit enim non solum in praediis Italicis, sed etiam in provincialibus, interdictam esse viro alienationem et oppignerationem rerum dotalium, etsi iis quae fiunt, consentiat mulier, ut ne naturae muliebris imbecillitas perniciem rebus ipsius inferat.

§ 1. Nunc vero dicere oportet, quando qui dominus non est, alienare possit. Hoc autem procedit, veluti in hac specie: mutuos a te accepi centum aureos, oppigneravi tibi agrum meum, pactus ut tibi liceat anno transacto, neque me debitum solvente, pignus vendere. Ecce hic, creditor qui dominus non est, recte alienat. Sed si quis accurate inquirat, nihil *miri ac* paradoxi

tus pactus est, ut liceret creditori pignus vendere, si pecunia non solvatur. sed ne creditores ius suum persequi impedirentur, neque debitores temere suarum rerum dominium amittere videantur, nostra constitutione consultum est, et certus modus impositus est, per quem pignorum distractio possit procedere, cuius tenore utrique parti, creditorum et debitorum, satis abundeque c) provisum est.

§ 2. Nunc admonendi sumus, neque pupillum, neque pupillam ullam rem sine tutoris auctoritate alienare posse. Ideoque, si mutuam pecuniam alicui sine tutoris auctoritate dederit, non contrahit obligationem, quia pecuniam non facit accipientis. ideoque vindicare nummos possunt, sicubi extent: sed si nummi, quos mutuos dedit d), ab eo, qui accepit, bona fide consumpti sunt, condici possunt, si mala

c) def. *que.* — d) *m. minor d.*

hic sit. Videtur enim debitor qui dominus est, vendere eo ipso, quod per pactum creditori concedat vendere, cessatione facta in debiti solutione.

Sed olim quidem creditores habebant formam quamdam, secundum quam iis permittebatur hypothecas aut pignora vendere: sed facta est constitutio Imperatoris nostri, quae neque creditores vult impediri in debitorum repetitione, neque debitores temere atque inexplorate suis excidere rebus. Certum ergo alienationum modum excogitavit, per quem modum venditio pignorum procedere possit: quae constitutio utrumque beneficio adfecit, et debitorem et creditorem. Modos autem, secundum quos haec queant fieri, invenire potest qui sacram hanc constitutionem legerit.

§ 2. Invenire licet et alium, qui res suas alienare nequit: veluti, pupillus vel pupilla res suas alienare nequeunt sine tutoris auctoritate; quare nec mutuum dant. Sed quid hoc sit, necesse *est* dicere. Habe autem haec in modum praeviae inspectionis: definitio *mutui* est, *accipientem fieri dominum, sed nobis obligari, non in eadem illa, sed in alia ejusdem substantiae ac quantitatis.* Ideo dixi, accipientem fieri dominum, ut commodatum et depositum effugiam: in his enim accipiens non fit dominus. Ideo dixi, *eum* nobis obligari, ut donationem effugiam: nam in hac accipiens haud obligatur. Ideo autem dixi, non in eadem illa, sed in alia ejusdem substantiae ac quantitatis, ut ne usum mutui tollam: namque si mutuans cogeretur eadem dare, quae accepit, supervacuum esset mutuari. Mutuo autem dantur non quaelibet res, sed quae in pondere, numero, mensura *consistunt:* atque *in pondere consistunt,* ex. gr. aurum, argentum, plumbum, stannum, cera, aes, pix, et omnia hujusmodi: *in numero* autem, ex. gr. minuti nummi: *in mensura,* ex. gr. frumentum, hordeum, et similia.

Postquam haec tibi sunt praecognita, vide reliquum argumentum. Diximus pupillum non posse sine tutoris auctoritate res suas alienare. Quid ergo, si praeter tutoris auctoritatem mutuum dedit, an valet mutui datio? et dicimus,

fide, ad exhibendum de his agi potest. at ex contrario omnes res pupillo et pupillae sine tutoris auctoritate recte dari possunt. Ideoque, si debitor pupillo solvat, necessaria est tutoris auctoritas: alioquin non liberabitur. sed etiam hoc evidentissima ratione statutum est in constitutione, quam ad Caesarienses advocatos, ex suggestione Triboniani, viri eminentissimi, quaestoris sacri palatii nostri, promulgavimus, qua dispositum est, ita licere tutori vel curatori debitorem pupillarem solvere, ut prius sententia iudicialis, sine omni damno celebrata, hoc permittat. quo subsecuto, si et iudex pronuntiaverit, et debitor solverit, sequitur huiusmodi solutionem plenissima securitas. sin autem aliter, quam disposuimus, solutio facta fuerit, pecuniam autem salvam habeat

---

Nequaquam: nam si in mutuo accipiens fit dominus, non tamen heic fit, quoniam pupillus sine tutore alienare nequit: itaque neque mutui datio constitit, neque accipiens obligatus est.

Quid ergo? Pupillus *actionem* habebit in rem ad vindicationem nummorum ab ipso mutuo datorum. Haec quidem, donec nummi exstant: si vero accipiens mala fide eos consumsit, id est sciens pupillum esse, qui mutuos dedit, tenebitur ad exhibendum *actione*. In quibus enim exstantibus *actio* in rem movetur, in iis occultatis aut mala fide consumtis locus *est actioni* ad exhibendum. Quod si bona fide consumti sint, id est putante *eo* qui accepit, puberem esse qui dedit, tunc in rem *actio* moveri nequit, neque enim exstant nummi; neque ad exhibendum, quia neque occultantur nummi, neque mala fide consumti sunt. Quid igitur fiet, ut ne jus pro pupillo introductum inveniatur conversum in ejus damnum, quando ei nulla datur actio ex regulis juris? Postremo dabitur ei condictio: et quod pecuniae numeratio non effecit, id est ut mutui datio consisteret, atque accipiens teneretur condictione, hoc facit bonae fidei consumtio: hinc enim nascitur condictio.

Quid autem, si quis ex contrario rem dederit impuberi sine tutoris auctoritate? Dominus fit pupillus. Nec enim lex ei invidet suam rem augenti sine tutoris auctoritate. Quid ergo, si debitor pupilli solvit debitum ipsi pupillo? Dominum quidem *eorum* quae solvuntur, impuberem esse constat: sed num debitor ab obligatione liberatus est? Dicimus, nequaquam. Si enim dicamus, debitorem liberari, invenitur pupillus obligationem alienare, dum sine tutoris auctoritate debitum accipit, quod prohibitum est. Itaque in solutione debiti tutoris auctoritas *est* necessaria: nisi enim secundum voluntatem ejus solvatur, non liberatur debitor.

Atque hoc evidentissima constitutione religiosissimus Imperator noster sanxit, rescripta ad causidicos Caesareenses, ex suggestione Tribuniani, Quaestoris excellentissimi: in qua jussit debitorem impuberis solutionem facere tutori aut curatori; scis enim quando impuber curatorem habeat: sic *autem* solvere debet, ut prius sententia judicis sine omni sumtu feratur, permittens solutionem fieri. Quo subsequuto, si et judex decreverit, et debitor solverit, solvens securitatem nanciscitur, utpote debito absolutus.

pupillus, aut ex ea locupletior sit, et adhuc eandem summam [e]) petat, per exceptionem doli mali summoveri poterit; quodsi aut male consumpserit, aut furto [f]) amiserit, nihil proderit debitori doli mali exceptio, sed nihilominus damnabitur, quia temere, sine tutoris auctoritate, et non secundum nostram dispositionem solverit. sed ex diverso pupilli vel pupillae solvere sine tutore auctore non possunt, quia id, quod solvunt, non fit accipientis, cum scilicet nullius rei alienatio eis sine tutoris auctoritate concessa est.

---

e) *s. pecuniae, pecuniae s.* — f) *a. f. aut vi.*

Quod si praeter dictam constitutionem debiti fiat solutio, ac pecunia soluta apud pupillum exstet, vel eam acceptam consumserit, atque ipse inde commodum ceperit vel ejus patrimonium: forte enim domum instauravit, aut agros suos instruxit, aut praeceptoribus mercedes praebuit, aut creditoribus solvit: nihilominus etiam sic salvam impuber actionem habet adversus debitorem; sed eam movere tentans ac debitum petere, repelletur per doli exceptionem.

Si vero accipiens eam prodige absumserit, atque inutiliter, vel furtum in ea passus sit, repetet debitum denuo a debitore, nulla obstante exceptione. Condemnatur enim debitor sine controversia: quoniam temere sine tutoris auctoritate, neque secundum *ea* quae constitutione Principis nostri dicuntur, solutionem fecit.

Impuberes quoque sine tutoris auctoritate solvere non possunt: neque enim dominium transferunt in accipientem: quia nullam res suas alienandi licentiam habent sine tutoris auctoritate. Quid igitur fiet? quando solverunt neque debito liberati sunt; ut qui accipientem non fecerint dominum nummorum? Et dicimus, illis exstantibus habere eos *actionem* in rem: suppressis autem vel mala fide consumtis, ad exhibendum: quod si bona fide sint consumti, creditor enim eos credens puberes esse, illos consumsit, quoniam *actio* in rem non est iis haud exstantibus, cessatque etiam ad exhibendum *actio*, cum neque improba fuerit consumtio, neque nummi supprimantur; tunc ex facto pupillus liberabitur debito: quodque solutio sine tutoris auctoritate facta haud praestabat, hoc efficit bonae fidei consumtio.

TITULUS NONUS.

PER QUAS PERSONAS NOBIS [a]) ACQUIRITUR.

Acquiritur nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus; item per eos servos, in quibus usumfructum habemus; item per homines liberos, et servos alienos, quos bona fide possidemus. de quibus singulis diligentius dispiciamus.

§ 1. Igitur liberi vestri utriusque sexus, quos in potestate habetis, olim quidem, quicquid ad eos pervenerat (exceptis videlicet castrensibus peculiis), hoc parentibus suis acquirebant, sine ulla distinctione; et hoc ita parentum fiebat, ut esset eis licentia, quod per unum vel unam eorum acquisitum est, alii [b]), vel extraneo, donare, vel vendere, vel, quocumque modo voluerant, applicare. quod nobis inhumanum visum est, et generali constitutione emissa, et liberis pepercimus, et patribus debitum [c]) reservavimus. sancitum etenim a nobis est, ut, si quid ex re patris ei obveniat, hoc, secundum antiquam observationem, totum parenti acquirat (quae enim invidia est, quod ex patris occasione

---

a) *vobis, cuique.* — b) *filio a., a filio.* — c) *d. honorem, honorem d.*

PER QUAS PERSONAS CUIQUE ADQUIRITUR.

TITULUS IX.

Praefata omnia, sive in rebus sive in actionibus, adquiruntur nobis non solum per nos, sed etiam per illos, quos habemus in potestate, et per servos alienos, in quibus usumfructum habemus, et per liberas personas, servosque alienos, quos bona fide possidemus, rati nostros esse servos. Sed de unoquoque diligentius dispiciamus.

§ 1. Primo loco adquirunt nobis liberi nostri, *qui sunt* in potestate, tam masculi quam feminae: sed olim quidem quod undecumque ad eos pervenerat, adquirebant nobis eos in potestate habentibus, exceptis peculiis castrensibus; atque haec a liberis adquisita adeo fiebant parentum, ut omnis illis potestas competeret, *id quod* ab uno filio aut ab una filia adquisitum *fuerat*, alii filio aut extraneo donare vel vendere, vel quocumque modo transferre.

Quod quum inhumanum videretur Imperatori nostro, generali constitutione conveniens accepit remedium, per quam et liberis pepercit et patribus debitum conservavit: jussit enim, si quidem ex bonis patris aliquid filiofamilias obvenerit, patre forte donante aut aliter quomodocumque in eum transferente, ut hoc, secundum quod ab initio obtinebat, totum patri adquiratur. Nulla

profectum est, hoc ad eum reverti?); quod autem ex alia causa sibi filiusfamilias acquisivit, huius usumfructum quidem patri acquirat, dominium autem apud eum remaneat, ne, quod ei ex suis laboribus vel prospera fortuna accessit, hoc, in alium perveniens, luctuosum ei procedat.

§ 2. Hoc quoque a nobis dispositum est et in ea specie, ubi parens, emancipando liberum [d]), ex rebus, quae acquisitionem effugiunt, sibi partem tertiam retinere, si voluerat, licentiam ex anterioribus constitutionibus habebat, quasi pro pretio quodammodo emancipationis, et inhumanum quiddam [e]) accidebat, ut filius rerum suarum, ex hac emancipatione, dominio pro parte defraudetur, et, quod honoris ei ex emancipatione additum est, quod sui iuris effectus est, hoc per rerum deminutionem decrescat. ideoque statuimus, ut parens pro tertia bonorum parte dominii, quam retinere poterat, dimidiam, non dominii rerum, sed ususfructus retineat: ita etenim et res intactae apud filium remanebunt, et pater ampliore summa fruetur, pro tertia dimidia potiturus.

§ 3. Item vobis acquiritur, quod servi vestri ex traditione nanciscuntur: sive quid stipulentur, vel ex [f]) qualibet alia causa acquirunt [g]).

---

d) *liberos.* — e) *quidem.* — f) *vel ex donatione et legato v. e.; aut ex promissione vel ex donatione aut ex legato v. e.* vel simil. — g) *acquirant.*

---

enim est invidia, quod ex causa patris ad eum pervenit, hoc ad patrem recurrere. Quod autem ex alia causa filiusfam. nactus est, ut hujus quidem ususfructus patri adquiratur; sed proprietas apud filium remaneat: iniquum enim *est*, quod multis laboribus vel fortunae dexteritate alicui obvenit, id alii tradere, et querelarum causam fieri ei qui primum adquisivit. Nec enim alicui tam dolet quod non adquisitum est, quam quod post adquisitionem ereptum est.

§ 2. Quoniam vero et ante religiosissimi Imperatoris nostri constitutionem nonnulla erant, quae patri non adquirebantur, veluti *bona* materna, quaeque ex nuptiis lucrifiunt: Erat autem et constitutio dictitans, licere patri filium emancipanti tertiam partem rerum adventitiarum retinere proprietatis jure, tamquam emancipationis pretium accipientem; et inhumanum quid eveniebat, quoniam emancipatio, quae filiofam. ob honorem dabatur, eo quod sui eum juris facit, in damnum ipsi vertebatur: nam suis rebus spoliabatur, imminuto ejus patrimonio. Unde religiosissimus Princeps noster constituit, ne posthac tertiam proprietatis rerum adventitiarum *partem* pater retineat, sed dimidiae partis usumfructum. Hoc enim modo et filii patrimonium manet imminutum apud filium, et dimidiae partis usumfructum accipiens pater, nomine majoris *summae* gaudet *se* honoratum, nam pro triente semissem capit.

§ 3. Non solum autem filiifamilias nobis adquirunt, sed etiam servi nostri: sive per traditionem quid acceperint sive stipulati fuerint, sive ex alia qua-

hoc etenim vobis et ignorantibus et invitis obvenit. ipse enim servus, qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest. sed si heres institutus sit, non alias, nisi iussu vestro, hereditatem adire potest; et, si iubentibus vobis adierit, vobis hereditas acquiritur, perinde ac si vos ipsi heredes instituti essetis. et convenienter scilicet legatum per eos vobis acquiritur. Non solum autem proprietas per eos, quos in potestate habetis, acquiritur vobis, sed etiam possessio: cuiuscumque enim rei possessionem adepti fuerint, id vos possidere videmini. unde etiam per eos usucapio vel longi temporis possessio vobis accedit [h]).

§ 4. De his autem servis, in quibus tantum usumfructum habetis, ita placuit, ut, quicquid ex re vestra, vel ex operibus [i]) suis acquirant, id vobis adiiciatur, quod vero extra eas causas persecuti [k]) sunt, id ad dominum proprietatis pertineat. itaque si is servus heres institutus sit, legatumve quid ei aut [l]) donatum fuerit, non usufructuario, sed domino proprietatis acquiritur. Idem placet et de eo, qui a vobis bona

---

h) *accidit.* — i) *operis.* — k) *pros., cons.* — l) *aut* def.

---

cumque causa adquisiverint: hoc enim et ignorantibus, et, quod majus *est*, nolentibus dominis adquiritur; (nam servus utpote in potestate, nihil proprium habere potest.) Excipe hereditatem: si enim servus meus ab aliquo heres scriptus fuerit, non aliter eam adquirere potest, nisi jussu meo adierit; quoniam fieri potest, ut majora sint lucris adparentibus onera latitantia ac non visa. Absurdum autem esset, nos ignorantes aut etiam invitos damnosam adire hereditatem: quare ad illius adquisitionem necesse est, ut domini jussus praecedat. Et si servus meus pro mea voluntate adierit, perinde heres fiam acsi ipse ego heres scriptus fuissem. Consequenter vero supra dictis, etiam legata servis relicta adquiruntur nobis.

Non solum autem per eos *qui* in potestate *sunt*, dominium nobis adquiritur, sed et possessio. Nam si quis rem non suam, sive mobilem sive immobilem, meae potestatis *homini* tradiderit, bona fide accipienti, per ejus detentionem fiam illius *rei* dominus per usucapionem, vel per longi temporis possessionem.

§ 4. Haec quidem de servis nostris. Adquirunt autem nobis (ut dictum est) etiam servi alieni, in quibus usumfructum habemus: attamen non ex omni causa, sed ex his duabus, ex re mea vel ex operis suis. *Ex re mea* est, si curas ei mearum possessionum credidi, vel permisi ei meas fenori dare pecunias, eumque *ita* dictum dispensatorem feci. Potuit autem hic ex sua solertia, aut ex agricultura aut ex fenori datis, aliquid extra *res* nobis debitas lucrifacere: hoc dicitur ex re mea, mihique adquiretur. *Ex operis* autem *suis*, veluti, sutor vel faber vel pictor; hunc ego locavi, ut aliis operaretur, et certam mercedem pro arte sua acciperet: hic supra mercedes definitas potuit quid accipere; et quod inde nactus est, mihi adquirit: hoc est ex operis suis. Sed si quid praeter has duas causas adquisivit, hoc ad proprietarium pertinet: itaque, sive

fide possidetur, sive is liber sit, sive alienus servus: quod enim placuit de usufructuario, idem placet et de bona fide possessore. itaque quod extra duas istas causas acquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel ad dominum, si servus est. Sed bonae fidei possessor cum usuceperit servum, quia eo modo dominus fit, ex omnibus causis per eum sibi acquirere potest; fructuarius vero usucapere non potest, primum, quia non possidet, sed habet ius utendi fruendi, deinde, quia scit, servum alienum esse. Non solum autem proprietas per eos servos, in quibus usumfructum habetis, vel quos bona fide possidetis, vel per liberam personam, quae bona fide vobis servit, acquiritur vobis, sed etiam possessio: loquimur autem in utriusque persona secundum definitionem [m]), quam proxime exposuimus, id est si quam possessionem ex re vestra, vel ex operibus [i]) suis adepti fuerint.

---

m) *distinctionem.*

---

heres scriptus est sive etiam legatarius, et legatum adeptus est, sive ab aliquo donum accepit, non usufructuario, sed proprietario hoc adquirit.

Quae dicta *sunt* de servo, in quo usumfructum habeo, eadem placuerunt et in illo, quem bona fide possideo, sive liber sit, sive alienus servus. Namque et hi ex duabus illis causis nobis adquirunt, id est ex re mea, vel ex operis suis. Sed si quid praeter has duas causas adquisierint, si quidem adquisiit liber quem bona fide possideo, lex ipsi reservat, debetque custodire in illud tempus, quum suam agnoverit conditionem: sin autem servus est bona fide a me possessus, vero domino adquiruntur, extra duas illas causas, quae a servo adquiruntur. Qui autem bona fide servum alienum possidet, tam diu ex duabus tantummodo causis adquisitione fruitur, quamdiu triennium non praeteriit: eo enim elapso, deinceps servum usucapit, et quae ex omni causa servo obveniunt, ipsi adquirentur: namque liberum bona fide possidens non usucapit, ut dictum est.

Sed etiam qui usumfructum habet, nunquam usucapere potest: primo quidem, quia non possidet; nam possessione non subsistente, nec usucapio procedit: possessio autem est, animo domini detinere; hic autem jus utendi ac fruendi habet. Sed et, si quis legalibus notionibus haud obtemperans, sed iis quae videntur serviens, dixerit usufructarium possidere, alia majori ratione usucapio inhibebitur, eo quod usufructuarius mala fide possidet: scit enim alienum esse.

Non solum autem dominium per hos servos, in quibus usumfructum habemus, aut quos bona fide possidemus, vel per liberum *hominem* quem bona fide possideo, suspicans meum esse servum, sed etiam possessio nobis adquiritur; videlicet secundum modo dicta; id est ex re mea vel ex operis suis: si enim rem alienam ex duabus illis causis a non domino acceperint, per quos annos ipsi detinent, usucapio procedet sive mihi curret.

§ 5. Ex his itaque apparet, per liberos homines, quos neque iuri vestro subiectos habetis, neque bona fide possidetis, item per alienos servos, in quibus neque usumfructum habetis, neque iustam possessionem, nulla ex causa vobis acquiri posse. et hoc est, quod dicitur, *per extraneam personam nihil acquiri posse:* excepto eo, quod per liberam personam, veluti per procuratorem, placet, non solum scientibus, sed etiam ignorantibus vobis acquiri possessionem, secundum divi Severi n) constitutionem, et per hanc possessionem etiam dominium, si dominus fuit, qui tradidit, vel usucapionem, aut longi temporis praescriptionem, si dominus non sit o).

§ 6. Hactenus tantisper admonuisse sufficit, quemadmodum singulae res acquiruntur: nam legatorum ius, quo p) et ipso q) singulae res vobis acquiruntur, item fideicommissorum, ubi singulae res vobis relinquuntur, opportunius inferiore loco referemus. Videamus itaque nunc,

---

n) *S. et Antonini.* — o) *fit, fuit.* — p) *quoque.* — q) *i. iure.*

---

§ 5. Ex dictis igitur adparet, per liberas personas, quae in nostra potestate non sunt, neque bona fide nobis serviunt, similiter et per servos alienos, in quibus neque usumfructum neque bonae fidei possessionem habemus, ex nulla nobis causa aliquid adquiri posse, atque hoc est quod ab omnibus dicitur, per extraneam personam nihil posse adquiri, excepto casu mox dicendo. Si quis enim mihi vendat praedium in alio situm loco, deinde, quum nequeam in iis locis adesse, meum procuratorem misero, atque hic praediorum possessionem adprehenderit, adquiretur mihi per illum possessio: nec solum, si hoc scientibus nobis evenit, sed etsi ignorantibus aliquid nostro nomine iis datum fuit, possessio nobis adquiritur, ut vult constitutio Imperatoris Severi. Porro autem adquisita nobis possessione, tacite sequitur dominium, quando dominus fuit, qui tradidit: quod si dominus non fuit, per usucapionem vel longi temporis lapsum traditae *rei* dominium adipiscor.

§ 6. Hactenus sufficit disseruisse, quemadmodum res singulae nobis adquirantur: est autem et alius legitimus adquirendi modus, per legatum, quo singulae nobis res adquiruntur: item et *per* fideicommissa, per quae et ipsa singulares nobis res relinqui possunt. Sed haec commodius in locis inferioribus dicentur.

Itaque adquisitiones vel naturales sunt vel legitimae. Et naturales quidem quatuordecim, veluti I. Venatio; II. Spolia; ac III. inventi in littore lapilli vel gemmae pretiosae; et IV. Fetura ex animalibus nostris; V. Alluvio; VI. Insula sive in mari sive in fluvio enata; vel VII. in propinquo Alvei a flumine relicti praedium habere; VIII. alienam materiam in Speciem transformasse, quae ad antiquam non possit recurrere materiam; IX. ex aliena et propria materia Speciem confecisse; X. duas Materias easdem aut diversas

quibus modis per universitatem res vobis acquiruntur. si cui ergo heredes facti sitis, sive cuius bonorum possessionem petieritis, vel si quem arrogaveritis, vel si cuius bona libertatum conservandarum causa vobis addicta fuerint, eius res omnes ad vos transeunt. Ac prius de hereditatibus dispiciamus, quarum duplex condicio est: nam vel ex testamento, vel ab intestato ad vos pertinent. Et prius est, ut de his dispiciamus, quae vobis ex testamento obveniunt. qua in re necessarium est initium [r]), de ordinandis testamentis exponere.

---

r) *initio.*

---

etiam dominorum voluntate commixtas esse, aut casu; XI. Regula dictitans, Imposita cedere suppositis, ut in multis visum est positionibus: veluti, quando ex aliena materia in meo solo domum struxi, aut ex mea in alieno; alienam arborem in suo plantasse fundo, atque e contrario suam arborem in alieno solo plantasse, ita ut radicata sit; litterae meis membranis vel chartis inscriptae; sed in imagine regula praeteribatur, namque tabula vincebatur a pictura. XII. Bona fide alienum possidere agrum, et hunc consevisse; XIII. Thesaurum invenisse forte fortuna in suo loco vel sacro vel religioso: si enim in alieno, dimidii dominus fiet, sive privati, sive Principis, sive fisci, sive civitatis locus sit; et XIV. Traditio insuper.

Legitimae autem adquisitiones olim quidem quinque, nunc vero quatuor, Usucapio puta, Diutina possessio, et quod olim erat Jus adcrescendi ex temeraria communis servi manumissione, et Legatum, item et Fideicommissum. Verum hae dicuntur adquisitiones Singulares, quoniam unum est quod fit, atque una res in dominium nostrum pervenit: sunt vero et aliae adquisitiones, quae vocantur Universales, in quibus unum quidem est quod fit, sed multae sub uno res in nostrum perveniunt dominium.

Sunt autem universales adquisitiones hae: Hereditas, Bonorum possessio, Adrogatio, et Aliena bona nobis addici libertatum conservandarum causa. Atqui prius de Hereditate disserere oportet: sed quoniam hereditatum duplex est adquisitio, (aut enim ex testamento aut ab intestato nobis obtingunt) oportet prius de ea quae ex testamento obvenit, disserere: ac primo in exordio docendum est, quemadmodum testamenta fiant.

TITULUS DECIMUS.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

Testamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis sit.

§ 1. Sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, sciendum est, olim quidem duo genera testamentorum in usu fuisse, quorum altero in pace et in otio utebantur, quod calatis comitiis appellabant, altero, cum in proelium exituri essent, quod procinctum dicebatur. accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per aes et libram, scilicet, quia per emancipationem, id est imaginariam quandam venditionem, agebatur, quinque testibus et libripende, civibus Romanis puberibus,

---

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

TITULUS X.

Ante alia necesse *est* dicere testamenti definitionem sive notationem. *Testamentum* autem, apud Romanos dicitur, *quod Graecis* διαθηκη, inde notationem *sive veriloquium* habens, quod testatio mentis sit: etenim testimonium habet mentis defuncti.

§ 1. Sed ut nihil *eorum* quae olim obtinebant ignotum sit, etsi horum ignorantia nullum adfert periculum, attamen ad cognitionem et intellectum, quomodo paullatim tempore procedente mutatum sit, *hoc* dixisse non absurdum *erit*. Antiquitus duo testamentorum genera erant, et alterum dicebatur Calatis Comitiis, alterum vero Procinctum. Et illud *calatis comitiis* tempore pacis fiebat, bis in anno, hunc *in* modum: Praeco totam circumibat urbem convocans, omnisque populus concurrebat, et qui volebat, teste populo testabatur. Dictum autem est calatis comitiis inde: nam calare est vocare, comitia vero congregatio: quum ergo vocati convenirent, vocatum est calatis comitiis. At *procinctum* fiebat, quando exituri erant in bellum, nomen accipiens ex habitu, quem habentes testabantur. Procinctus enim dicitur instructus et ad proelium paratus. Nam quia incerta erat *spes* reditus, prius testati, ita ruebant in bellum.

Porro quum haec duo essent genera, accidebat, ut nonnulli repentino morbo correpti, morerentur intestati; neque enim calatis comitiis testabantur, quia nondum tempus aderat, neque procinctu, quia bellum non erat: aliter autem testari, aliquis inauspicatum credebat sano corpore. Ideo excogitatum est genus tertium, quod dicebatur *per aes et libram*, fiebatque per emancipationem. Emancipatio autem est imaginaria venditio; et peragebatur hunc *in* modum: Aderant quinque testes, et libripens, cives Romani puberes, atque his praesentibus is, qui successor futurus erat defuncti, emebat morituri patrimonium, dicens quaedam verba solemnia, quae nunc dicere supervacuum est, dabatque pretii imaginarii nomine nummum domino patrimonii, et emens dicebatur

praesentibus, et eo, qui familiae emptor dicebatur. sed illa quidem priora duo genera testamentorum ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt; quod vero per aes et libram fiebat, licet diutius permansit, attamen partim et hoc in usu esse desiit.

§ 2. Sed praedicta quidem nomina testamentorum ad ius civile referebantur. postea vero ex edicto praetoris alia forma faciendorum testamentorum introducta est: iure enim honorario nulla emancipatio desiderabatur, sed septem testium signa sufficiebant, cum iure civili signa testium non erant necessaria.

§ 3. Sed cum paulatim, tam ex usu hominum, quam ex constitutionum emendationibus, coepit in unam consonantiam ius civile et praetorium iungi, constitutum est, ut uno eodemque tempore (quod ius civile quodammodo exigebat) septem testibus adhibitis, et subscriptione testium (quod ex constitutionibus inventum est), et (ex edicto praetoris) signacula testamentis imponerentur: ut hoc ius tripertitum esse videatur, ut testes quidem et eorum praesentia uno contextu testamenti celebrandi gratia a iure civili descendant, subscrip-

---

familiae emtor, et moriturus porro ordinabat, quid dari oporteret post suam mortem: dicebat enim familiae emtori sive heredi: Volo ut huic agrum, illi domum, alii centum aureos des.

Atque hoc invento genere, priora illa duo genera, calatis comitiis et procinctu, ex multis jam temporibus in desuetudinem concesserunt, atque ipsum per aes et libram paulatim spretum fuit. Quoniam enim familiae emtor idem erat ac heres, et inde porro sciens se fore successorem, insidiabatur domino patrimonii: ideo secundum antiquam quidem formam adhibebatur familiae emtor, qui morituri patrimonium imaginarie emebat; sed testator seorsum in tabulis vel in chartis scribebat, quem sibi vellet heredem esse.

§ 2. Verum dicta haec testamentorum genera solum Jus civile noverat: postea vero Praetoris edictum aliam formam in testamentis invenit. Nam secundum jus praetorium nulla emancipatio, id est venditio imaginaria, celebrabatur: sed septem testium signa sufficiebant ad faciendum testamentum praetorium. Si quis enim testatus fuerat, atque hoc testamentum septem testium signis signari curaverat, perficiebatur pretorium testamentum, quum *jus* civile testium signa haud necessaria agnosceret.

§ 3. Sed postquam paulatim, partim ex diverso hominum usu, partim etiam ex iis quae constitutiones correxerunt, in unam consonantiam jus simul civile et praetorium conjungi coeperunt: obtinuit, ut uno eodemque tempore, quod volebat *jus* civile, septem testibus praesentibus ac subscribentibus, quod constitutiones invenerunt, et signa imponentibus, quod praetor volebat, testamentum perficeretur. Itaque hodie testamenta ex tribus hisce juribus substantiam habent ex civili et constitutionibus et praetoris *edicto.* Ex civili quidem de-

tiones autem testatoris et testium ex sacrarum constitutionum observatione adhibeantur, signacula autem et numerus testium ex edicto praetoris.

§ 4. Sed his omnibus ex nostra constitutione, propter testamentorum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur, hoc additum est, ut per manum testatoris vel testium nomen heredis exprimatur, et omnia secundum illius constitutionis tenorem procedant.

§ 5. Possunt autem testes omnes et uno anulo, signare testamentum (quid enim, si septem anuli una sculptura fuerint?), secundum quod Pomponio [a]) visum est. sed et alieno quoque anulo licet signare.

§ 6. Testes autem adhiberi possunt hi, cum quibus testamenti factio est. sed neque mulier, neque impubes, neque servus, neque mutus, neque surdus, neque furiosus, nec cui bonis interdictum est, nec is, quem leges iubent improbum intestabilemque esse, possunt in numero testium adhiberi.

---

a) *Papiniano.*

---

scendit, praesentibus testibus uno contextu conjunctim testamentum perfici *debere;* testatoris autem et testium subscriptiones, ex constitutionibus; signa vero et septem testium numerus, ex edicto praetoris *descendunt.*

§ 4. Cunctae autem hujusmodi observationi, ut testamentorum factio omni malitia careat, et ipsa omnis doli sint expertia, ex constitutione religiosissimi Imperatoris nostri adjunctum est, ut testator sua manu nomen heredis significet, scribens Hunc institui heredem. Hoc autem illo non faciente, necesse *est coram* testibus heredis nomen nuncupari: et simpliciter omnia procedere debent secundum *ea quae* illa constitutione *sunt* dicta.

§ 5. Quum vero diximus, oportere testes signa imponere, scire debes, etiam uno annulo *eos* signare posse testamentum. Quid enim? si septem testes haberent annulos, sed *omnes* septem unius essent sculpturae, id est unam eamdemque notam haberent, sicuti Pomponio videtur. Alieno quoque annulo signare licet.

§ 6. Ad testimonium ii adhiberi possunt, cum quibus habemus testamenti factionem, id est qui a nobis heredes scribi, ac scribere nos possunt. Sunt autem quidam omnino prohibiti *a* testimonio testamentario, veluti mulier, impubes, mutus, surdus, furiosus, prodigus, servus, item et improbus intestabilisque. Sed quisnam hic est? veluti: testante aliquo, vocatus fuit Titius ad testimonium; testis fuit, hoc est subscripsit in testamento et signavit. Mortuo testatore, noluit adesse ac testimonium perhibere, suam esse et subscriptionem et signum. Oderunt hunc leges, neque permittunt eum quid capere ex alieno testamento: neque dant ei testandi licentiam, neque concedunt ei testem esse alio testamentum condente. Dicitur autem hic improbus intestabilisque.

§ 7. Sed cum aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber existimabatur, postea vero servus apparuit, tam divus Hadrianus Catonio Vero, quam postea divi Severus et Antoninus rescripserunt, *subvenire se ex sua liberalitate testamento, ut sic habeatur, atque si, ut oportet, factum esset, cum eo tempore, quo testamentum signaretur, omnium consensu hic testis liberorum loco fuerit, nec quisquam esset, qui ei status quaestionem moveat.*

§ 8. Pater, nec non is, qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, utrique [b]) testes in unum testamentum [c]) fieri possunt: quia nihil nocet, ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.

§ 9. In testibus autem non debet esse, qui in potestate testatoris est. sed [d]) si filiusfamilias de castrensi peculio post missionem faciat

---

b) *utique.* — c) *uno testamento.* — d) *sed et.*

---

§ 7. Quid igitur, si quis testium in testamento liber credebatur *facti* testamenti tempore, sed postea servus adparuit? Videamus, an testamentum infirmetur: quoniam servus, ut dictum est, testis esse prohibetur. Hoc ubi dubium exstitit, facta est primo constitutio Adriani Imperatoris ad Catonium Verum. Quum vero idem accideret iterum, Severus et Antoninus rescripserunt, ex sua *se* liberalitate testamenti firmitati succurrere, ut ea id esset conditione, in qua futurum erat, si principio inculpate factum fuisset, omnibus liberis qui testes fuissent: ideo quod faciendi testamenti tempore dictus testis secundum omnium opinionem liber esse credebatur, nec quisquam fuerat qui illi de statu quaestionem moveret.

§ 8. Me testante, testis meo testamento esse potest Primus cum Secundo filiofamilias suo. Sed et si duo sint fratres in ejusdem potestate, similiter *jus* testimonii invetitum *est:* nihil est enim quod prohibeat, ex una domo sive una familia plures in alieno testamento esse testes.

§ 9. Quando qui testatur, si testamentum inculpatum esse vult, considerato testes futuros, atque inquirito, num quis testium in potestate sit testatoris, et inveniens *a* testimonio eum repellito. Non item vero quaerimus, num quis testium in potestate habeat testatorem, aut cum eo in ejusdem potestate sit. Et ratio haec est: quid testatorem vis esse, sui an alieni juris? Si quidem sui dicas, non procedit *superius* dictum, num quis cum eo in ejusdem sit potestate, aut ipsum habeat in potestate. Si vero alieni juris eum fingas, alia majori ratione *jus* testamenti prohibes: alieni enim juris *qui est,* testari non potest; quoniam testamentum est rerum *suarum* ordinatio, verum *qui* alieni juris *est,* haud creditur quidquam in plenissima habere potestate, ita ut quae velit, in eo facere possit.

Quod si filiumfamilias invenire potuerimus testantem, tum porro dispiciamus, num reliqua procedere possint. Atqui quaerentes invenimus filiumfam. vete-

testamentum, nec pater eius recte testis adhibetur, nec is, qui in potestate eiusdem patris est: reprobatum est enim in ea re domesticum testimonium.

§ 10. Sed neque heres scriptus, neque is, qui in potestate eius est, neque pater eius, qui habet eum in potestate, neque fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt: quia totum hoc negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter heredem et testatorem agi. licet enim totum ius tale conturbatum fuerat, et veteres, qui familiae emptorem, et eos, qui per potestatem ei coadunati [e]) fuerant, testamentariis testimoniis [f]) repellebant, heredi, et his, qui coniuncti ei per potestatem fuerant, concedebant testimonia in testamentis praestare, licet hi, qui id permittebant, hoc iure minime abuti debere eos suadebant: tamen nos, eandem observationem corri-

---

e) *adunati, coniuncti.* — f) *a t. t.;* def. *testam.*

---

ranum, (*veteranus* autem est, qui militavit, et nunc militia solutus est) qui de castrensi peculio testari possit, id est, quod adquisivit ex laboribus bellicis: hunc enim constitutiones honoraverunt. Itaque, postquam inventus est filiusfamilias testans, tractemus reliqua. An ergo testante filliofam. veterano de peculio castrensi, pater eum in potestate habens, vel frater in ejusdem potestate, testari possunt? Et dicimus, nequaquam: nam quod Jurisperiti domesticum vocant testimonium, in testamento haud recte adhibetur. Domesticum autem testimonium non ex cognatione, sed ex coadunatione per potestatem patriam deprehendimus: licet enim constitutiones *vel* maxime ei permittant sub aliena potestate testari, attamen exigunt ab eo, ut ne testamentum condens rigorem *juris* negligat.

§ 10. Testamentum quis faciens heredem me instituit: non possum testari *in* hujus testamenti confectione, neque meus filiusfam. neque pater qui me in potestate habet, neque frater meus in ejusdem potestate. Totum enim *negotium,* quod hodie in testamenti ordinatione agitur, inter heredem ac testatorem agitur. Licet enim hoc jus olim maxime confusum, multaque conturbatione plenum fuerit, quum *solemnitas* familiae emtoris obtineret: (quoniam prima facie ipse videbatur heres esse, non poterant qui per patriam potestatem familiae emtori conjuncti erant, *in* testamento esse testes: qui autem heredi seorsim scripto, ut supra dictum est, per patriam potestatem coadunati erant, et ipse quoque heres sine impedimento testis erat, *civili* rigore *huic* testimonio non adversante, eo quod totum lucrum in familiae emtorem videbatur conferri, et heres seorsim scriptus ignorabatur:) attamen *ipsi* antiqui hoc permittentes, neque heredem scriptum prohibentes, neque *eos* qui per patriam ei potestatem conjuncti erant, testimonium praebere *in* testamento, admonebant testatores, ne data hac licentia abuterentur. Et haec quidem apud veteres.

gentes, et, quod ab illis suasum est, in legis necessitatem transferentes, ad imitationem pristini familiae emptoris, merito nec heredi, qui imaginem vetustissimi familiae emptoris obtinet, nec aliis personis, quae ei, ut dictum est, coniunctae sunt, licentiam concedimus, sibi quodammodo testimonia praestare; ideoque nec huiusmodi veterem constitutionem nostro codici inseri permisimus.

§ 11. Legatariis autem et fideicommissariis, quia non iuris successores sunt, et aliis personis eis coniunctis testimonium non denegamus — imo in quadam nostra constitutione et hoc specialiter concessimus —, et multo magis his, qui in eorum potestate sunt, vel qui eos habent in potestate, huiusmodi licentiam damus.

§ 12. Nihil autem interest, testamentum in tabulis, an in chartis membranisve, vel in alia materia fiat.

§ 13. Sed et unum testamentum pluribus codicibus conficere g) quis potest, secundum obtinentem tamen observationem omnibus factis. quod interdum et necessarium est, si quis navigaturus et secum ferre, et

---

g) *perficere*.

Sed Imperator noster hanc corrigens confusionem, (confusio enim videbatur, dare quidem licentiam, sed admonere ne *quis* ea uteretur) consilium antiquorum in legis necessitatem transtulit: et sicut in vetere familiae emtore omne testimonium prohibebatur *eorum* qui per patriam potestatem familiae emtori erant conjuncti; ita et in herede, imaginem veteris familiae emtoris servante, neque ipsi testem esse, neque *iis* qui per patriam potestatem illi conjuncti sunt, permisit: videtur enim in suum commodum esse testis. Et quoniam vetustiorum Principum constitutio heredi testem esse concedebat, prohibuit sanctissimus Imperator noster hanc constitutionem suo Codici inscribi.

§ 11. Legatariis vero ac fideicommissariis, quia *juris* incorporalis successores non fiunt, atque omnibus qui per patriam illis conjunguntur potestatem, haud prohibitum erit testimonium: verum constitutio insuper est Serenissimi Principis nostri specialiter his permittens, ut legata possint relinquere futuris *in* testamento testibus, multoque magis *his* qui per patriam illis coadunati sunt potestatem.

§ 12. Non distinguo autem, in quali materia testamentum fiat, num in tabulis, an in chartis, an in membranis, an *vero* in alia materia, veluti in corio aut in eborcis pugillaribus.

§ 13. Potest aliquis testans multa uniformiter scribere testamenta; ita tamen, ut unumquodque eorum secundum obtinentem in testamentis observationem perficiatur. Hoc autem necessarium est, ut multa sint testamentorum exemplaria: aliquando enim aliquis navigare volens, secum habere cupit testamentum, et aliud domi relinquere, unde defuncti adpareat voluntas. Et prop-

domi relinquere iudiciorum suorum contestationem velit, vel propter alias innumerabiles causas, quae humanis necessitatibus imminent.

§ 14. Sed haec quidem de testamentis, quae in scriptis conficiuntur [h]). Si quis autem voluerit sine scriptis ordinare iure civili testamentum, septem testibus adhibitis, et sua voluntate coram eis nuncupata, sciat [i]) hoc perfectissimum testamentum iure civili firmumque constitutum.

TITULUS UNDECIMUS.

DE MILITARI TESTAMENTO.

Supradicta diligens observatio in ordinandis testamentis militibus, propter nimiam imperitiam, constitutionibus principalibus remissa est. nam quamvis hi neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum sollemnitatem observaverint, recte nihilominus testantur, videlicet cum in expeditionibus occupati sunt: quod merito

h) *c. sufficiunt.* — i) *fiat, fiet.*

ter alias causas multas evenit, ut hoc maxime sit necessarium, quae ex humanis contingunt casibus: namque accidit interdum, ut unum exemplar subripiatur, aut etiam *is* qui in depositum accepit, peregrinetur, atque incertus sit locus, in quo versetur.

§ 14. Haec autem omnia de scriptis intelligi oportet testamentis. Sed si quis non scriptum velit facere testamentum, (civile scilicet, nam Praetor testamentum non scriptum haud novit: quî enim *nosceret, utpote,* qui signa semper requirat?) si igitur praesentibus septem testibus suam coram iis mentem declaraverit, perfectum et firmum hoc erit testamentum secundum *jus* civile.

DE MILITARI TESTAMENTO.

TITULUS XI.

In superioribus diximus, quemadmodum testamentum oporteat formari. Verum illa quidem multam solemnitatem habens observatio in paganorum testamentis locum habet: sed in militaribus testamentis omnis haec ratio cessat; illis enim permissum est ex constitutionibus, propter legum imperitiam, extra *eam* solemnitatem testari. Proinde, etsi uno teste praesente testentur, vel etiamsi propria manu heredis nomen non scripserint, rata est eorum voluntas. Occupati enim in militia ignorant consequenter omnis solemnitatis observationem.

nostra constitutio induxit. quoquo enim modo voluntas eius suprema sive scripta inveniatur, sive sine scriptura, valet testamentum ex voluntate eius. Illis autem temporibus, per quae, citra expeditionum necessitatem, in aliis locis vel in suis sedibus [a]) degunt, minime ad vindicandum tale privilegium adiuvantur. sed testari quidem, etsi filiifamilias sunt, propter militiam conceduntur, iure tamen communi, eadem observatione et in eorum testamentis adhibenda, quam et in testamentis paganorum proxime exposuimus.

§ 1. Plane de militum testamentis divus Traianus Statilio Severo ita rescripsit: *id privilegium, quod militantibus datum est, ut quoquo modo facta ab his testamenta rata sint, sic intellegi debet, ut utique prius constare debeat, testamentum factum esse, quod et sine scriptura a non militantibus quoque fieri potest. is ergo miles, de cuius bonis apud te quaeritur, si, convocatis ad hoc hominibus, ut voluntatem suam testaretur, ita locutus est, ut declararet, quem vellet sibi esse heredem, et cui libertatem tribuere, potest videri sine scripto hoc modo esse testatus, et voluntas eius rata habenda est. ceterum si*

---

a) *aedibus.*

Sed olim quidem ubicumque degentes militariter testari poterant: ast Imperatoris nostri constitutio tunc illis hoc facere permisit, quum in castris vel in expeditione agunt; quomodocumque enim voluntas eorum, sive in scripto sive sine scripto, ordinata sit, robur in se habeat. Quibus autem temporibus in aliis degunt locis, aut in dictis eorum sedetis, id est, ubi agere eos necesse est, militaribus in testando privilegiis haud fruentur: quamquam si filiifamilias sint, sine impedimento testantur, ubique tamen solemnitatem observantes, quatenus extra castra sunt.

§ 1. Non absurdum autem *erit* in medium proferre, etiam quae *a* Trajano de militari sancita sint testamento, in hac specie: Miles aliquis, convocatis quibusdam, coram iis dixit, hunc aut illum *se sibi* velle heredem esse, et servum illum manumitti. Haec autem sine scripto fiebant. Post ejus mortem quaestio inter *heredes* ab intestato, ac nuncupatum heredem coorta est. Et *heredes* quidem ab intestato dicebant, *ea* quae a defuncto *essent* dicta, non tamquam testandi animo dicta esse: heres autem praetendebat privilegium militare, confirmans inde *illud* testamentum. Sed Statilius Severus hujus controversiae judex, ad Divum Trajanum retulit. Hic autem haec rescripsit: Privilegium militare dictitans, facta quomodocumque a militibus testamenta esse rata, ita intelligi oportet, ut primo loco manifestum sit, testamentum esse factum, sive scriptum sive non scriptum. Itaque miles defunctus, de cujus bonis quaestio movetur, si convocatis quibusdam ad hoc, ut suam mentem coram testibus declararet, evidenter demonstravit, quem velit habere he-

(ut plerumque sermonibus fieri solet) dixit alicui: ego te heredem facio, aut tibi bona mea relinquo; non oportet hoc pro testamento observari. nec ullorum magis interest, quam ipsorum, quibus id privilegium datum est, eiusmodi exemplum non admitti: alioquin non difficulter post mortem alicuius militis testes existerent, qui affirmarent, se audisse dicentem aliquem, relinquere se bona, cui visum sit, et per hoc iudicia vera subvertantur.

§ 2. Quinimo et mutus et surdus miles testamentum facere potest.

§ 3. Sed hactenus hoc illis a principalibus constitutionibus conceditur, quatenus militant et in castris degunt; post missionem vero veterani, vel extra castra si faciant adhuc mllitantes testamentum, communi omnium civium Romanorum iure facere debent. Et quod in castris fecerint testamentum, non communi iure, sed quomodo vo-

---

redem, et quem servorum dignatus sit manumittere; ratum vocamus hoc testamentum non scriptum: sin vero, quomodo ut plurimum in sermonibus solet accidere, nonnullis praesentibus, ad aliquem conversus dixit, Ego te heredem facio, vel Bona mea tibi relinquo, hoc testamenti vim habere non oportet. In nullo etenim hoc magis spectandum est, quam in militibus, quibus pro privilegio datum est, quomodocumque velint, testari; ita ut in sermonibus dicta ad formam testamenti non referantur: quandoquidem extra omnem difficultatem post omnis militis obitum, testes comparebunt, adfirmantes se audiisse, illum defunctum dixisse huic, Facio te heredem, vel Bona mea tibi relinquo: atque hinc vera militum testamenta subvertentur.

§ 2. Miles, sive mutus sit sive surdus, valide testatur. Finge autem eum non*dum* militia solutum *esse* causaria missione: absurdum enim, hunc militare: namque alter ducis praecepta non audit; alter, si alicujus *rei* necessariae indiget, velut teli, hoc declarare nequit.

§ 3. Eo autem usque ex constitutionibus Principalibus concessum est militibus citra solemnitatem testari, quousque militent, atque in castris degant: sed post missionem, id est quum facti sunt veterani, aut extra castra degunt, etsi adhuc militant, paganorum solemnitatem observare debent. Quoniam vero diximus, milites quidem in castris testantes sine periculo solemnitatem negligere, veteranos autem solemnitatem observare debere; vide *quid* hinc quaesitum *sit*, quod militem inter et veteranum vertitur. Miles in castris agens, quomodo volebat, testamentum fecit: militia missus et mortuus est. Videamus, an ejus voluntas valere debeat. Et si quidem aliquis tempus inquirat, quo factum est testamentum, ratum esse dico, etiam citra solemnitatem: sin autem tempus, quo obiit, *testamentum* citra solemnitatem factum valere non oportet. Quid igitur? Tempus *ipsum* controversiam decidit: et si quidem intra annum post missionem obiit, forte decimo vel undecimo vel duodecimo mense, militare adhuc illud *testamentum ego* adpellans, vires *ac robur* ei concedo: si vero post missionem anno elapso *(obiit)*, haud amplius

luerint, post missionem intra annum tantum valebit. quid igitur, si intra annum quidem decesserit, condicio autem heredi adscripta post annum extiterit? an quasi militis testamentum valeat? et placet valere quasi militis.

§ 4. Sed et, si quis ante militiam non iure fecit testamentum, et miles factus et in expeditione degens resignavit illud et quaedam adiecit sive detraxit, vel alias manifesta est militis voluntas hoc valere volentis, dicendum est, valere testamentum quasi ex nova militis voluntate.

§ 5. Denique et, si in arrogationem datus fuerit miles, vel filiusfamilias emancipatus est, testamentum eius quasi militis ex nova voluntate valet, nec videtur capitis deminutione irritum fieri.

§ 6. Sciendum tamen est, quod ad exemplum castrensis peculii, tam anteriores leges, quam principales constitutiones quibusdam quasi cas-

---

ratum esto. Sufficiens enim erat tempus intermedium ad eum edocendum solemnitatem, quae circa testamenta observari debet, ut ipse suum testamentum immutans, ita testaretur.

Quid autem, si quidem militariter quis testatus sit, sed heredem sub conditione instituerit, obieritque intra annum post missionem, sed institutionis conditio post annum evenerit? dispiciamus, num hoc testamento noceat, ac dicimus Nequaquam. Mortem enim exigimus intra annum post missionem evenire, non vero aditionem fieri.

§ 4. Paganus aliquis testamentum fecit citra solemnitatem: postea militavit: in castris agens, resignato testamento, aliqua adjecit aut ademit, vel etiam testamentum modo legit, aut aliud quid fecit, unde voluntas militis ostendebatur, volentis utique illud valere: post illa obiit: valet testamentum etiam citra solemnitatem, tamquam ex recentiori ejus voluntate, quam in castris agens habuit de testamento.

§ 5. Miles agens in castris praeter solemnitatem testatus fuit: postea subiit capitis deminutionem: aut enim sui juris quum esset, in adrogationem se dedit, aut quum esset filiusfamilias, emancipatus est: maneat nihilominus testamentum in robore suo, tamquam sortitum novam militis voluntatem post emancipationem. Dum enim illud haud mutavit, vires id habere voluit: neque capitis deminutio irritum facit testamentum, quoniam miles est qui testator: namque (ut inferius discemus) capitis deminutio testatoris subvertit testamentum; hic autem haec non observantur: absurdum enim *foret*, testamentum non secundum leges quidem factum, sed ratum *tamen*, per regulas *juris* civilis subverti.

§ 6. Sunt quidam filiifamilias, qui castrense quidem peculium non habent, sed quasi castrense ex vetustioribus legibus vel ex posterioribus constitutionibus habent: qualia sunt, quae ex adsessura, vel ex advocatione, vel ex magistratu *percipiuntur*, hoc est *ex* annonis quae illis ex publico praebentur.

trensia addiderunt b) peculia, et quorum c) quibusdam permissum erat, etiam in potestate degentibus, testari: quod nostra constitutio latius extendens, permisit omnibus, in his tantummodo peculiis, testari quidem, sed iure communi. cuius constitutionis tenore perspecto, licentia est, nihil eorum, quae ad praefatum ius pertinent, ignorare.

TITULUS DUODECIMUS.

QUIBUS NON EST PERMISSUM TESTAMENTA FACERE.

Non tamen omnibus licet facere testamentum. Statim enim hi, qui alieno iuri subiecti sunt, testamentum faciendi ius non habent, adeo quidem, ut, quamvis parentes eis permiserint, nihilo magis iure testari possunt: exceptis his, quos antea enumeravimus, et praecipue militibus, qui in potestate parentum sunt, quibus de eo, quod in castris acquisierint, permissum est ex constitutionibus principum testamentum fa-

---

b) *dederunt.* — c) def. *et, quorum; horum, quod.*

Etiam his in patria potestate *constitutis* testari permissum est. Sed quum parva quaedam de illis esset dubitatio, facta est generalis Imperatoris nostri constitutio, dicens: Omnem filiumfamilias quasi castrense peculium habentem, de eo posse jure communi testari. Dictam ergo constitutionem legens, nihil ignorabis *rerum* ad hoc pertinentium.

QUIBUS NON EST PERMISSUM TESTAMENTUM FACERE.

TITULUS XII.

Hominum alii testamentum faciunt, alii non faciunt. Et diceremus *quidem* de his qui testamentum facere possint: sed quoniam numero multi sunt, dicamus de his, qui testari non possunt, qui pauci sunt, ut ex his multos *illos* cognoscamus. Primo loco testari non potest filiusfamilias, quoniam testamentum est rerum *suarum* ordinatio; filius autem familias *res* suas, ut vult, ordinare nequit: atqui in tantum vetitus est testari, ut, etsi ego pater (sicut fieri amat) observans *et colens* eum, permisero ei, pro quanta velit parte patrimonii mei testari, non valeat *quod* ab eo factum *est.* Neque enim oportet privati sententiam firmiorem esse legibus. Sunt tamen qui in aliena potestate *constituti* testantur, veluti qui castrense peculium habent.

cere. quod quidem ius initio [a]) tantum militantibus datum est, tam ex auctoritate divi Augusti, quam Nervae, nec non optimi imperatoris Traiani; postea vero, subscriptione divi Hadriani, etiam dimissis militia, id est veteranis, concessum est. itaque, si quidem fecerint de castrensi peculio testamentum, pertinebit hoc ad eum, quem heredem reliquerint; si vero intestati decesserint, nullis liberis vel fratribus superstitibus, ad parentes eorum iure communi pertinebit. ex hoc intellegere possumus, quod in castris acquisierit miles, qui in potestate patris est, neque ipsum patrem adimere posse, neque patris creditores id vendere vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune esse, sed scilicet proprium eius esse id, quod [b]) in castris acquisierit, quamquam iure civili omnium, qui in potestate parentum sunt, peculia perinde in bonis parentum computantur, acsi servorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet his, quae, ex sacris constitutionibus et praecipue nostris, propter diversas causas non acqui-

---

a) *inprimis.* — b) *id, qui; qui id.*

Hoc autem initio solis concessum fuit militibus, ex auctoritate partim Augusti, partim Nervae, nec non Imperatoris Optimi Trajani: postea vero constitutio Adriani veteranis aegre ferentibus et ipsis testari permisit, in patria potestate *constitutis*. Et, si quidem omnes *hi* dicti de peculio castrensi fuerint testati, capiet illud heres ab iis scriptus: si vero intestati decesserint, neque liberos habentes, neque fratres superstites, communi jure tamquam qualecumque peculium paganum ad parentes pervénit. Si quis enim concesso sibi jure novo haud usus fuerit, antiquis locus *est* legibus: olim autem omnis generis peculium filii defuncti pater capiebat.

Multae *sunt* differentiae pagani et castrensis peculii. Et prima haec *est*, quod filiusfamilias de castrensi quidem testari possit, de pagano autem non possit.

Secunda differentia: pater iratus filiofamilias paganum quidem adimere, id est eripere potest peculium, castrense vero non item.

Tertia differentia: si quis multis obaeratus, *bonorum* venditionem a suis patiatur creditoribus, filii quidem peculium una venditur, scilicet paganum; castrense autem nequaquam.

Est et quarta differentia: si multis exstantibus liberis pater decesserit, atque contigerit unum ex illis habere et paganum peculium et castrense; paganum quidem commune erit fratrum, castrense autem solius qui adquisivit: etsi omnia filiorumfamilias peculia pars esse putantur patrimonii paterni, sicuti et servorum peculia patrimonio dominico connumerantur.

Quae vero de castrensibus dicta *sunt bonis*, intellige etiam de his quae patri non adquiruntur ex constitutionibus propter varias causas. Itaque si quis

runtur. Praeter hos igitur, qui castrense peculium vel quasi castrense habent, si quis alius filiusfamilias testamentum fecerit, inutile est, licet suae potestatis factus decesserit.

§ 1. Praeterea testamentum facere non possunt impuberes, quia nullum eorum animi iudicium est; item furiosi, quia mente carent. nec ad rem pertinet, si impubes, postea pubes factus, aut furiosus, postea compos mentis factus fuerit et decesserit. furiosi autem, si per id tempus fecerint testamentum, quo furor eorum intermissus est, iure testati esse videntur; certe eo, quod ante furorem fecerint, testamento valente: nam neque testamenta recte facta, neque aliud ullum negotium recte gestum postea furor interveniens perimit.

§ 2. Item prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere non potest, sed id, quod ante fecerit, quam interdictio ei bonorum fiat, ratum est.

§ 3. Item mutus et surdus non semper testamentum facere possunt c). (utique autem de eo surdo loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tarde exaudit; nam et mutus is intellegitur, qui eloqui nihil po-

---

c) *potest.*

---

filiusfamilias, extra eum qui castrense aut quasi castrense habet peculium, testetur, inutile *est* ejus testamentum, etsi sui juris factus obiit. Spectamus enim semper non modo tempus mortis, sed et confectionis testamenti, an utroque tempore testandi licentiam habuerit.

§ 1. Secundo loco testari non possunt impuberes: nosti enim, testamentum dici testationem mentis sive judicii; atqui judicii expers est impubes. Neque testantur furiosi quoniam ratione *ac mente* carent: itaque nec impubes nec furiosus testatur, quia judicium illi necdum contigit, hunc autem defecit. Infirmum porro *est* horum testamentum, etsi maxime ille quidem puber factus decessit, hic resipiscens. Quod si furiosus illo testatus fuerit tempore, quo cessat furere, id est in *lucidis* intervallis, quaeritur an valeat *testamentum?* Et dicimus, legitimum esse testamentum. Quid autem, si quis testamento facto furiosus fiat? Furoris vitium postea obveniens, testamentum recte ordinatum non subvertit; sicuti neque alium contractum superveniens furor corrumpit.

§ 2. Nec prodigum, cui bonorum suorum administratio interdicta est, lex testari permittit: sed testamentum ante prodigentiam factum, id est antequam ei bonorum administratio interdicta sit, firmum manet.

§ 3. Mutus et surdus non semper testantur: loquimur autem de illo surdo, qui prorsus non audit, non vero de eo qui tarde audit; hic enim testatur. Nam et illum mutum dicimus, non qui tarde loquitur, sed qui omnino non loquitur. Hoc autem *non semper*, addidi propter hanc causam: saepe enim

test, non qui tarde loquitur.) saepe etiam d) literati et eruditi homines variis casibus e) et audiendi et loquendi facultatem amittunt: unde nostra constitutio etiam his subvenit, ut certis casibus et modis, secundum normam eius, possint testari, aliaque facere, quae eis permissa sunt. sed si quis, post testamentum factum, valetudine aut quolibet alio casu mutus aut surdus esse coeperit, ratum nihilominus eius permanet testamentum.

§ 4. Caecus autem non potest facere testamentum, nisi per observationem, quam lex divi Iustini, patris mei f), introduxit.

§ 5. Eius, qui apud hostes est, testamentum, quod ibi fecit, non valet, quamvis redierit: sed quod, dum in civitate fuerat, fecit, sive redierit, valet iure postliminii, sive illic decesserit, valet ex lege Cornelia.

---

d) *enim e.* — e) *causis.* — f) *nostri.*

---

aliquis litteras sciens atque eruditus, calamitate accidente, (eam vero multae inducunt causae) auditu aut sermone privatus fuit; et quoniam hi apud veteres testari non poterant, prodiit constitutio Imperatoris nostri, jubens *eos* qui ex morbo in hoc *vitium* inciderint, cum quadam observatione testari posse: modum vero et observationem perfectissime discere potest, qui dictam constitutionem novellam legerit. Quod si quis testatus, accidente morbo, aut ex poena magistratuum *vel praesidis*, aut ex alio qualicumque casu, mutus vel surdus factus est, testamentum antefactum suum retinet robur.

§ 4. Coecus testari potest, observans *sancita* in dicta constitutione Justini divae memoriae.

§ 5. Qui apud hostes est, non recte apud illos testatur, etsi eum contingit in civitatem nostram redire. Factum vero apud nos testamentum valere dicimus, ipso postea captivo facto. Sive enim redierit, jus postliminii *robur et* firmitatem illi *testamento* praestat; sive apud hostes decesserit, lex Cornelia illi vires largitur.

TITULUS DECIMUS TERTIUS.

DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

Non tamen, ut omnimodo valeat testamentum, sufficit haec observatio, quam supra exposuimus. Sed, qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum heredem instituat, vel exheredem nominatim faciat: alioquin, si eum silentio praeterierit, inutiliter testabitur, adeo quidem, ut, etsi vivo patre filius mortuus sit, nemo heres ex eo testamento existere possit, quia scilicet ab initio non constiterit testamentum. Sed non ita de filiabus, vel aliis per virilem sexum descendentibus liberis utriusque sexus fuerat antiquitati observatum: sed, si non fuerant heredes scripti scriptaeve, vel exheredati exheredataeve, testamentum quidem non infirmabatur, ius autem accrescendi eis ad certam portionem

---

DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

TITULUS XIII.

Diximus in superioribus, quemadmodum testamenta fieri oporteat: veluti, ut testator sua manu nomen heredis scribat, aut illud coram testibus nuncupet: atque ut septem sint testes, hique testamento subscribant, et id signent, nulla *re* in medio agenda: unum autem horum omissum, efficit testamentum inutile. Non solum autem dicta opus est observatione ad valide testandum, sed requirimus etiam aliud quid. Spectare enim oportet, an filium in potestate habeat testator. Namque hunc vel heredem scribere, vel exheredem nominatim facere debet. Quod si silentio eum praeterierit, subsistere nequit testamentum ex ipsa scriptura. Nimirum, etsi contingat filium ante suum patrem mori, nihilominus testamentum *est* irritum, secundum regulam dictantem, Quae ab initio non subsistunt, ex postea factis vim *ac robur* accipere nequeunt, nec scripti heredes patrimonium defuncti capere poterunt, etsi filius non exstat, *qui* per praeteritionem laesus *fuit*. Et haec quidem, quum filius in potestate est.

Sed si quis filiam in potestate habet, vel nepotem aut neptem, vel pronepotem aut proneptem, neque eos heredes scripsit, neque vero exheredes fecit, sed eos praeteritione notavit, testamentum quidem non infirmatur, sed praeteriti scriptis heredibus adcrescunt. Adcretio autem est patris ablatio: sed si quidem scripti sunt extranei, adcretio fit in semissem; si autem fui, in *portionem* aequalem. Veluti, tres aliquis instituit heredes, filiam aut nepotem praeteritum relinquens: si quidem heredes scripti sunt extranei, filia aut nepos sex uncias accipiet; et tres extranei heredes sex uncias: sin autem sui, accipit *portionem* aequalem, id est uncias tres, quantum accepturus fuisset, si pater intestatus obiisset. id est quartam patrimonii illius partem. Licebat autem hos non modo nominatim, sed etiam inter ceteros, (sive indefinite) exheredare, dicendo, Ceteri exheredes sunto.

praestabatur. sed nec nominatim eas personas exheredare parentibus necesse erat, sed licebat et inter ceteros hoc facere.

§ 1. Nominatim autem exheredari quis videtur, sive ita exheredetur: *Titius, filius meus, exheres esto*, sive ita: *filius meus exheres esto*, non adiecto proprio nomine, scilicet si alius filius non extet. Postumi quoque liberi vel heredes institui debent, vel exheredari. et in eo par omnium condicio est, quod et in filio postumo et in quolibet ex ceteris liberis, sive feminini sexus, sive masculini, praeterito, valet quidem testamentum, sed postea agnatione postumi sive postumae rumpitur, et ea ratione totum infirmatur: ideoque si mulier, ex qua postumus aut postuma sperabatur, abortum fecerit, nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam. sed feminini quidem sexus personae [a]) vel nominatim, vel inter ceteros exheredari solebant. dum tamen, si inter ceteros exheredentur, aliquid eis legetur, ne videantur per oblivionem praeteritae esse, masculos vero postumos, id est filium et deinceps, placuit, non aliter recte exhere-

---

a) *postumae.*

Nominatim exheredatio hunc *in* modum fiebat: Titius filius meus exheres esto. Potest etiam ab artificio *fieri;* Ille Grammaticus exheres esto; et ab opificio, Aerarius ille; et ab aetate, Major aut minor *natu;* et ab colore, Albus ille aut niger: et simpliciter, omnis dictio manifeste significans personam propositam, nominatim exheredationem facit.

§ 1. Oportet autem testatorem non solum *jam* natorum, sed etiam postumorum curam gerere, eosque heredes scribere, aut exheredes facere; quandoquidem praeteriti, simul cum nativitate, ruptum faciunt testamentum: neque hic invenire licet differentiam filii aut filiae, vel nepotis aut neptis. His enim praeteritis, testamentum ex *ipsa* quidem scriptura valet, sed ex quo postea postumus vel postuma nata fuerit, rumpitur testamentum ac totum inde infirmatur, scilicet *ex* eorum praeteritione. Non *(igitur)* ex ipsa infirmatur scriptura, sed ex nativitate: nam si contigerit, mulierem ex qua postumus nasci sperabatur, abortiri, scripti heredes sine obstaculo hereditatem adibunt.

Atqui postumae feminini sexus vel nominatim vel inter ceteros exheredantur. Si enim testator dixerit, Ille mihi heres esto, ceteri autem exheredes sunto: per verba haec postuma exheredari videtur. Verumtamen, ut ne, postquam nata fuerit, turpissimum *(inofficiosi testamenti)* judicium moveat adversus scriptum heredem, dicens: Non cogitavit de me testator, quippe et me ignoravit: legata ei relinquere oportet; ut ita dicat testator: Ille mihi heres esto, ceteri autem exheredes sunto; postumae vero quae nascetur, lego centum aureos. Hoc enim sic facto, dicimus illi: Testator de te inter ceteros exheredationem scripsit: utique et legatum tibi reliquit.

dari, nisi nominatim exheredentur, hoc scilicet modo: *quicumque mihi filius genitus fuerit, exheres esto.*

§ 2. Postumorum autem loco sunt et hi, qui, in sui heredis locum succedendo, quasi agnascendo, fiunt parentibus sui heredes. ut ecce, si quis filium, et ex eo nepotem neptemve, in potestate habeat, quia filius gradu praecedit, is solus iura sui heredis habet, quamvis nepos quoque et neptis ex eo in eadem potestate sunt; sed si filius eius vivo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate eius, incipit nepos neptisve in eius locum succedere, et eo modo iura suorum heredum quasi agnatione nanciscuntur. ne ergo eo modo rumpatur eius testamentum, sicut ipsum filium vel heredem instituere, vel nominatim exheredare debet testator, ne non iure faciat testamentum ita et nepotem neptemve ex filio necesse est ei vel heredem instituere, vel exheredare, ne forte, vivo eo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos neptisve, quasi agnatione rumpant testamentum. idque lege Iunia[b])

b) *Iulia.*

Masculos autem postumos, id est filium, nepotem, pronepotem, non aliter exheredari placuit, nisi nominatim. Et quale nomen dici potest de nondum nato? Dicemus, nos eum hoc modo demonstraturos, ut dicamus, Quicumque mihi filius natus erit, exheres esto: vel ut dicam, Qui ex illa uxore mea nascetur, exheres esto.

§ 2. Sunt etiam alii postumis similes, qui mortuo suo *herede* praecedente quoad gradum, sui fiunt. Veluti in hac specie: Habebam filium in potestate, atque ex eo nepotem vel neptem: atqui filius erat etiam suus *heres*, quia a nemine praecedebatur; nepos autem vel neptis in *mea* quidem potestate erant, sed quia a patre suo praecedebantur, non habebant in se suorum *heredum jura*. Ego testamentum faciens, cujusnam curam agere debeo? manifestum est, filii, eumque heredem scribere aut exheredare. Num et nepotis vel neptis? Nequaquam. Hi enim cum sui non sint, si praetereantur, neque ipso jure irritum faciunt testamentum, neque adcrescere possunt: haec enim suorum *sunt* propria. Sed si quidem ad finem usque idem mihi status conservetur, haec recte dicerentur. Quoniam vero fieri potest, ut me vivente media persona potestate *mea* exeat, vel morte, vel quoniam patriciam meruit dignitatem; invenitur deinceps nepos vel neptis, suus vel sua, tamquam adgnati, et per hoc postumis similes. Quum enim antea non essent sui, nunc sui fiunt: et sicut postumi nativitate, *ita* et hi *sursum* succedendo ruptum efficiunt testamentum.

Ut ne igitur novus suus *heres*, succedens nepos, rumpat testamentum; sicuti ipsum filium, ita et nepotem vel neptem heredes debeo scribere, aut nominatim exheredare. Quod si praetereantur, succedendo (ubi media nempe per-

Velleia provisum est, in qua simul exheredationis modus ad similitudinem postumorum demonstratur.

§ 3. Emancipatos liberos iure civili neque heredes instituere, neque exheredare necesse est, quia non sunt sui heredes. sed praetor omnes, tam feminini sexus quam masculini, si heredes non instituantur, exheredari iubet, virilis sexus nominatim, feminini vero et inter ceteros. quodsi [c]) neque heredes instituti fuerint, neque ita, ut diximus, exheredati, promittit [d]) praetor eis contra tabulas testamenti bonorum possessionem.

§ 4. Adoptivi liberi, quamdiu sunt in potestate patris adoptivi, eiusdem iuris habentur, cuius sunt iustis nuptiis quaesiti: itaque heredes instituendi, vel exheredandi sunt, secundum ea, quae de naturalibus exposuimus. emancipati vero a patre adoptivo, neque iure civili, neque quod ad edictum praetoris attinet, inter liberos numerantur. Qua ratione accidit, ut ex diverso, quod ad naturalem parentem attinet,

---

c) *qui si, quia si.* — d) *permittit.*

---

sona discesserit) irritum faciunt testamentum, tamquam haud legitime munitum. Et hoc Lege Julia Velleja cautum fuit; quae lex ad similitudinem postumorum et hos exheredari jussit: id est, nepotem quidem nominatim, neptem vero nominatim, aut inter ceteros, ast cum legati datione.

§ 3. Habebat quis filium vel filiam emancipatos. Hic testamentum faciens, quantum ad jus civile, non cogitur eos heredes scribere aut exheredes facere. Incogniti enim sunt *Legi* XII Tabb. propter capitis deminutionem, quam subierunt. Sed Praetor ad naturalem respiciens cognationem, et hos agnoscit liberos, jubetque hos emancipatos heredes scribi. Quod si testator nolit, masculi nominatim exheredentur, feminae et nominatim et inter ceteros. Sin vero neque heredes sint scripti, neque (ut dictum est) exheredati, dat iis Praetor *actionem* contra tabulas: per quam filius quidem vel nepos omne defuncti accipiet patrimonium; filia autem vel neptis tantum capit, quantum lucraretur per adcretionem, si in potestate esset.

§ 4. Habe haec in modum praeviae contemplationis. Quum aliquem in adoptionem adscivero, hic erit mihi filius, et lege et natura: lege quidem propter ipsam adoptionem; natura vero propter legem. Lex enim naturam in se continet. Eo autem usque natura pater *hujus* filii esse censeor, quousque adoptionis *causa* viget. Quod si eum emancipavero, actus hic legitimus dissolvit legem, ex adoptione constitutam: lege autem haud amplius servata, etiam natura simul abscedit, non habens quo continebatur. Postquam tibi haec sunt praecognita, vide reliquum argumentum: collocavi tibi in matrimonium filiam meam. natus est filius. in tua scilicet erat potestate. rogatus a me dederas eum mihi in adoptionem. Quaerimus, uter nostrum testamen-

quamdiu quidem sint in adoptiva familia, extraneorum numero habeantur, ut eos neque heredes instituere, neque exheredare necesse sit. cum vero emancipati fuerint ab adoptivo patre, tunc incipiunt in ea causa esse, in qua futuri essent, si ab ipso naturali patre emancipati fuissent.

§ 5. Sed haec quidem vetustas introducebat. nostra vero constitutio inter masculos et feminas in hoc iure nihil interesse existimans, quia utraque persona in hominum procreatione similiter naturae officio fungitur et lege antiqua duodecim tabularum omnes similiter ad successiones ab intestato vocabantur, quod et praetores postea secuti esse videntur, ideo simplex ac simile ius, et in filiis et in filiabus, et in ceteris descendentium per virilem sexum personis, non solum natis, sed etiam postumis, introduxit, ut omnes, sive sui, sive emancipati sunt, aut heredes instituantur, aut nominatim exheredentur, et eundem habeant effectum circa testamenta parentum suorum infirmanda, et hereditatem auferendam, quem filii sui vel emancipati habent, sive iam nati sunt, sive, adhuc in utero constituti, postea nati sunt. circa adoptivos autem

---

tum faciens hujus curam agere debeat? Et dicimus, me, patrem adoptivum; namque per adoptionem hic similis est natis mihi ex legitimis nuptiis. Itaque, sicut filium meum legitimum in potestate *mea constitutum* cogor heredem scribere, aut secundum supra dicta exheredare, ita et adoptivum. Tu vero, pater naturalis, non cogeris eum heredem scribere: neque enim lege tibi est filius, namque eum in potestate non habes; neque natura, quoniam per legem ego *pater* adoptivus videor ejus naturalis esse pater: nemo autem duos patres naturales habere potest. Quod si eum emancipavero, neque jure civili neque a Praetore inter liberos connumerabitur. Itaque nec ego cogor eum scribere heredem, nec pater naturalis hoc facere cogetur. Talis enim erit hic filius, ac si a te, naturali patre, emancipatus fuisset.

§ 5. Verum haec quidem secundum *jus* vetustum: sed facta est constitutio Imperatoris nostri, nullam esse volens differentiam in testamento masculorum ac feminarum. Utramque enim personam ad liberorum procreationem natura perinde produxit: atque inde manifestum *est*, non esse aliquod inter eos discrimen, quod *Lex* XII Tabb. ab intestato aeque masculos ac feminas vocet. Etiam Praetor *Legem* XII Tabb. secutus videtur: simplex igitur et simile introduxit jus in filiis et filiabus, atque omnibus ex virili sexu descendentibus, non modo jam natis, sed etiam qui in utero sunt; neque solum in potestate *constitutis*, sed et emancipatis: ac jussit, sive sui sint liberi sive emancipati, nisi heredes scribantur, nominatim eos exheredari. Praeteriti enim itidem infirmant ex ipsa scriptura testamentum, sive sui sint sive emancipati, sive in *rerum* natura *jam* sint, sive etiam post illa nascantur postumi.

In filiis autem adoptivis specialem quamdam adinvenit observationem in

filios certam induximus divisionem, quae constitutioni nostrae e), quam super adoptivis tulimus, continetur.

§ 6. Sed si in expeditione occupatus miles testamentum faciat, et liberos suos iam natos vel postumos nominatim non exheredaverit, sed silentio praeterierit, non ignorans, an habeat liberos, silentium eius pro exheredatione nominatim facta valere, constitutionibus principum cautum est.

§ 7. Mater vel avus maternus necesse non habent liberos suos aut heredes instituere, aut exheredare, sed possunt eos omittere. nam silentium matris aut avi materni ceterorumque per matrem ascendentium tantum facit, quantum exheredatio patris. neque enim matri filium filiamve, neque avo materno nepotem neptemve ex filia, si eum eamve heredem non instituat, exheredare necesse est, sive de iure civili quaeramus, sive de edicto praetoris, quo praeteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem promittit. sed aliud eis adminiculum servatur, quod paulo post vobis manifestum fiet.

---

e) *constitutione nostra.*

---

alia constitutione sua Sanctissimus Imperator noster, quam fecit de adoptandis.

§ 6. Miles in expeditione agens testatus est: suos filios qui in *rerum jam* natura aut in utero *adhuc* erant, neque heredes scripsit, neque nominatim exheredavit, sed praeteritione eos notavit. Quaerimus, an ejus testamentum ratum sit? Et dicimus, siquidem eos scivit exstare, neque eorum mentionem fecit, silentium pro *facta* nominatim exheredatione accipi, ut volunt constitutiones Principales, ratumque est ejus testamentum: si vero ignoravit, ipso jure testamentum ejus est invalidum.

§ 7. Mater vel avus maternus testamentum condentes, non coguntur suos liberos heredes scribere aut exheredare, sed possunt eos silentio praeterire. Nam silentium matris et avi *materni* tantumdem valet, quantum patris exheredatio. Neque enim mater filium vel filiam, neque avus ex filia nepotem vel neptem, heredes scribere aut exheredare coguntur. Quare praeteriti, neque jure civili adjuvantur, neque praetor bonorum possessionem contra tabulas iis pollicetur: haec enim in suis, vel qui sui esse desierunt, tractantur. Sed *super*erit iis aliud ad hoc auxilium, quod paulo post dicemus.

TITULUS DECIMUS QUARTUS.

DE HEREDIBUS INSTITUENDIS.

Heredes instituere permissum est, tam liberos homines, quam servos, et tam proprios, quam alienos. Proprios autem olim quidem, secundum plurium sententias, non aliter, quam cum libertate, recte instituere licebat. hodie vero etiam sine libertate, ex nostra constitutione, heredes eos instituere permissum est. quod non per innovationem induximus, sed quoniam et [a]) aequius erat, et Atilicino placuisse Paulus suis libris, quos tam ad Masurium Sabinum, quam ad Plautium scripsit, refert. Proprius autem servus etiam is intellegitur, in quo nudam proprietatem testator habet, alio usumfructum habente. est autem casus, in quo nec cum libertate utiliter servus a domina heres instituitur, ut constitutione divorum Severi et Antonini cavetur, cuius verba haec sunt: *servum adulterio maculatum non iure testamento manumis-*

---

a) def. *et*.

DE HEREDIBUS INSTITUENDIS.

TITULUS XIV.

Post doctrinam, quam de institutione et exheredatione liberorum tradidimus, necesse *est* dicere, quas etiam alias personas possimus heredes scribere. Scribere autem possumus tam servos quam liberos, nec solum nostros sed etiam alienos servos. Sed olim quidem servos nostros, secundum plurium prudentum sententiam, non aliter, nisi cum libertate, scribere licebat: hodie vero etiam sine libertate institutio servi valet, ex constitutione Imperatoris nostri, quae etiam eos sine libertate scriptos citra impedimentum ad hereditatem vocat. Hoc autem non per innovationem quamdam constitutio ejus introduxit, sed sententiae Jurisconsultorum obsecuta. Atilicinus enim Jurisconsultus recepit, etiam sine libertate institutionem servi recte fieri: ut refert de eo prudentissimus Paulus, cum in libris suis ad Masurium Sabinum, tum ad Plautium. Noster autem servus intelligitur et ille, cujus usumfructum alii concedentes, nudam in illo proprietatem habemus.

Invenire autem licet unum casum mirabilem, ubi quis servum nec cum libertate valide heredem scribit; atque hoc constitutione divorum Severi et Antonini continetur, quae locum habet in hac specie: Instituit quis accusationem adversus Titiam, dicens eam a Sticho servo ejus adulteratam. Finito nondum judicio Tidia praedicta moriens dictum Stichum cum libertate heredem instituit. Post illius mortem quaestio orta est, an institutionis *jus* va-

sum ante sententiam ab ea muliere videri, quae rea fuerat eiusdem criminis postulata, rationis est; quare sequitur, ut in eundem a domina collata institutio nullius momenti habeatur. Alienus servus etiam is intellegitur, in quo usumfructum testator habet.

§ 1. Servus autem a domino suo heres institutus, si quidem in eadem causa manserit, fit ex testamento liber, heresque necessarius. si vero a vivo testatore manumissus fuerit, suo arbitrio adire hereditatem potest, quia non fit necessarius, cum utrumque ex domini testamento non consequitur. quodsi alienatus fuerit, iussu novi domini adire hereditatem debet, et ea ratione per eum dominus fit heres: nam ipse alienatus neque liber neque heres esse potest, etiamsi cum libertate heres institutus fuerit: destitisse etenim a libertatis datione videtur dominus, qui eum alienavit. Alienus quoque servus heres institutus, si in eadem causa duraverit, iussu eius domini adire hereditatem debet. si vero alienatus ab eo fuerit, aut vivo testatore, aut post mortem eius antequam adeat, debet iussu novi domini adire. at si manumissus est vivo testatore, vel mortuo antequam adeat, suo arbitrio adire hereditatem potest.

---

leat? et dicti D. Imperatores rescripserunt, servum adulterii reum in testamento non valide manumitti ante judicii finem ab ea domina sua, quae tamquam crimini obnoxia accusatur. Itaque institutio in hujusmodi servo facta extra omnem vim est. Quoniam vero diximus, nos etiam alienum servum recte heredem scribere, scire debes, alienum esse eum quoque, in quo testator usumfructum habet.

§ 1. Quando autem servum meum heredem scribo cum libertate, aut sine libertate, (indifferens enim, sicut dictum est) si quidem in dominio meo permanet, liber fiet et necessarius mihi heres. Quod si testamento supervivens eum manumisero, voluntarius fiet heres, licentiam habens adeundi nec ne. Necessarius enim esse nequit, quippe qui ex domini testamento utrumque habere *jam* non possit, id est hereditatem ac libertatem.

Sin autem eum non manumisero, sed alienavero, jussu novi domini adiens, hereditatem huic adquirit: Ipse enim alienatus, et in dominio meo non permanens, neque liber neque heres esse potest, etsi cum libertate fuerit institutus: namque dominus a libertatis datione destitisse videtur, propterea quod eum alienavit.

Haec quidem in servo nostro: si vero alienum servum instituero heredem, si quidem apud eumdem dominum manet, jussu ejus hereditatem adiens, hanc ei adquirit: sed si alienatus sit vivo testatore, aut etiam post mortem, antequam illius jussu adierit, tunc novi domini jussu adire poterit. Quod si vivo testatore servus a proprio domino manumissus fuerit, aut etiam post mortem ante aditionem, pro suo arbitrio adibit, utpote liber factus.

§ 2. Servus alienus post domini mortem recte heres instituitur, quia et cum hereditariis servis est testamenti factio: nondum enim adita hereditas personae vicem sustinet, non heredis futuri, sed defuncti, cum et eius, qui in utero est, servus recte heres instituitur.

§ 3. Servus plurium, cum quibus testamenti factio est, ab extraneo institutus heres, unicuique dominorum, cuius iussu adierit, pro portione dominii acquirit hereditatem.

§ 4. Et unum hominem, et plures in infinitum, quot quis velit, heredes facere licet.

§ 5. Hereditas plerumque dividitur in duodecim uncias, quae assis appellatione continetur [b]). habent autem et hae partes propria nomina

---

b) *continentur*.

---

§ 2. Habe haec in modum praeviae contemplationis: Quorum dominos scribere possumus heredes, horum quoque servos. Nam servus personam non habens ex suo personatur domino. His praecognitis, vide reliquum argumentum. Titius habebat servum nomine Stichum: ego dictum Stichum institui heredem, sic locutus: Stichus heres mihi esto post mortem Titii, domini sui. Quaerimus, numquid testamentum subsistere nequeat, quoniam Titius defunctus in *rerum* natura non est, ut ex eo servus personetur? Sed placuit, testamenti institutionem valere: licet enim vel maxime Titius haud supersit, qui illius dominus fuit; attamen ad incorporale *jus* hereditatis pertinet, atque hereditarius est servus.

Cum servis autem hereditariis testamenti factionem habemus. Hereditatis enim, nondum adita, personam defuncti obtinere videtur, non heredis futuri. Nam verum hoc esse, inde manifestum: si quis obierit filium in utero relinquens, defuncti servum recte scribere heredem possum, necdum nato postumo: etsi postumum alienum (alienus autem est, qui natus non est mihi suus) veteres mihi non permittunt heredem scribere. Atqui, si incorporale *jus* hereditatis personam obtineret heredis futuri, hereditarius servus in specie praesenti haud recte scriberetur heres.

§ 3. Plures quidam unius servi erant domini. Hunc possum heredem scribere, et dummodo cum omnibus testamenti habeam factionem, pro parte dominica unicuique mea adquiretur hereditas.

§ 4. Possum et unum, et multos, et in infinitum heredes scribere.

§ 5. Hereditas ut plurimum in duodecim uncias dividitur, et universa haec hereditas appellatur *as*. Habet autem in se has partes, specialia habentes nomina, ab uncia usque ad *assem sive* libram ipsam. Hae vero sunt: *uncia*, duodecima hereditatis pars; *sextans*, id est, unciae duae, quae est pars sexta; *quadrans, pars* quarta, id est, unciae tres; *triens, pars* tertia, quae facit uncias quatur; *quincunx, pars* tertia et duodecima, quod facit uncias quinque; *semis*,

ab uncia usque ad assem, ut puta haec: sextans [c]), quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as. Non autem utique duodecim uncias esse oportet. nam tot unciae assem efficiunt, quot testator voluerit, et si unum tantum quis ex semisse verbi gratia heredem scripserit, totus as in semisse erit: neque enim idem ex parte testatus, et ex parte intestatus decedere potest, nisi sit miles, cuius sola voluntas in testando spectatur. et e contrario, potest quis in quantascumque voluerit plurimas uncias suam hereditatem dividere.

§ 6. Si plures instituantur, ita demum partium distributio necessaria est, si nolit testator eos aequis ex partibus heredes esse: satis enim constat, nullis partibus nominatis, ex aequis partibus eos heredes esse. Partibus autem in quorundam personis expressis, si quis alius sine parte nominatus erit, si quidem aliqua pars assi deerit, ex ea parte

---

c) *uncia s.*, *sescunx ε.*

---

pars dimidia, quae facit uncias sex; *septunx*, *pars* dimidia et duodecima, quod facit uncias septem; *bes*, duae *partes* tertiae, quod facit uncias octo; *dodrans*, duae *partes* tertiae et duodecima, quod facit uncias novem; *dextans*, duae *partes* tertiae et sexta, quod facit uncias decem; *deunx* duae *partes* tertiae et quarta, quod facit uncias undecim; *as*, unciae duodecim.

Non semper autem patrimonium, de quo disponit testator, duodecim esse oportet uncias: tot enim unciae assem efficiunt, quod testator voluerit. Si quis unum, verbi gratia, heredem instituit in sex uncias, totus as in sex illis unciis consistit. Nec enim dicimus, scriptum quidem heredem capere sex uncias, *heredes* vero ab intestato *alias* sex: paganus enim simul ex testamento atque ab intestato heredes habere nequit, miles autem vel maxime; nam his voluntas, ut*cumque se* habet, lex est in testamentis. Adeoque miles testamentum faciens si dixerit, Ille mihi heres esto in tres uncias, accipient heredes ab intestato *reliquas* novem. Potest autem quis testamentum condens, sicuti in pauciores uncias assem contrahere, ita etiam in plures eum extendere. Veluti, dicere potest, Ille mihi heres esto in uncias octo, et ille in septem.

§ 6. Si multos scribam heredes, eosque velim ex aequo meum capessere patrimonium, sufficit sine parte eos scripsisse, dicentem: Ille, et ille, et ille heredes mihi sunto. Nam uncias me non nominante, aequum iis obveniet. Quod si velim eos ex inaequalibus partibus esse heredes, tum ex certa parte illos oportet scribere ac dicere: Ille in quatuor, hic in sex heredes sunto.

Quid vero, si multos scribens heredes in quibusdam unciae divisionem expressi, sed unum sine parte institui: quantum ergo capiet *scriptus* sine parte? Et dicimus, siquidem assi aliquid relinquitur, forte enim Primum heredem scripsi in quinque uncias, Secundum in tres, Tertium in duas; et dixi, Quartus mihi heres esto, vel sic, Quartus et Quintus et Sextus heredes mihi sunto:

heres fiet; et si plures sine parte scripti sunt, omnes in eandem partem concurrent. si vero totus as completus sit, in [d]) partem dimidiam vocantur, et ille vel illi omnes in alteram dimidiam. nec interest, primus, an medius, an novissimus sine parte scriptus sit: ea enim pars data intellegitur, quae vacat.

§ 7. Videamus, si pars aliqua vacet, nec tamen quisquam sine parte heres institutus sit, quid iuris sit? veluti si tres ex quartis partibus heredes scripti sunt. et constat, vacantem partem singulis tacite pro hereditaria parte accedere, et perinde haberi, ac si ex tertiis partibus heredes scripti essent; et ex diverso, si plures in portionibus sint, tacite singulis decrescere, ut, si verbi gratia quatuor ex tertiis partibus heredes scripti sunt, perinde habeantur, ac si unusquisque ex quarta parte scriptus fuisset.

§ 8. Et si plures unciae, quam duodecim distributae sunt, is, qui

---

d) *ii, qui nominatim expressas partes habent in.*

---

tunc dicimus, in duas uncias illum unum, aut etiam illos tres sine parte scriptos venturos.

Quod si assem jam consumserim in illos tres, uno in sex, altero in quatuor, tertio in duas *uncias* heredem scribens, et adjeci sine parte unum vel etiam plures: tunc quoniam nihil est relictum assi, in quod sine parte scripti venire possint, semis dabitur illi sine parte *scripto*, vel illis sine parte *scriptis:* ut videatur testator in viginti et quatuor uncias disposuisse. Itaque sine parte *scriptus* aut quod assi deest, aut dimidium assis capit. Neque distinguo, utrum primus sit sine parte scriptus, an post omnes, an in medio omnium. Ubique idem erit effectus.

§ 7. Multos institui heredes ex certa parte: non impendi autem in eos assem, sed adhuc aliquid reliquum erat. Reliquum ergo ad quem perveniet? Et dicimus, reliquum scriptis *heredibus* tacite adcrescere. Veluti, tres institui heredes ex ternis unciis, *ita* ut aliae tres unciae desint. Hae tres unciae tacite unicuique scriptorum *heredum* pro parte hereditaria adcrescent; atque inveniuntur deinde ex effectu unusquisque in quaternas uncias scriptus, tamquam uno quoque in trientem assis instituto.

Qnod si e contrario multos instituero heredes ex certa parte, et in illa ex certa parte scriptura duodecim uncias excessero, tacite uniuscujusque *pars* superflua deminuitur. Veluti, quatuor institui heredes ex unciis quatuor. Lex unicuique tacite adimit unam unciam, atque ex effectu inveniuntur *singuli* ternas habentes uncias.

§ 8. Multos institui heredes ex certa parte, et excessi duodecim uncias; addidi autem et alium sine parte: quantum ergo capiet sine parte scriptus? Et dicimus, quantum ad complementum duorum assium deest. Veluti, sic

sine parte institutus sit, quod dupondio deest, habebit; idemque erit, si dupondius expletus sit. quae e) omnes partes ad assem postea revocantur, quamvis sint plurium unciarum.

§ 9. Heres et pure et sub condicione institui potest. Ex certo tempore, aut ad certum tempus non potest, veluti *post quinquennium, quam moriar*, vel *ex calendis illis*, aut *usque ad calendas illas heres esto.* denique f) adiectum pro supervacuo haberi placet, et perinde esse, ac si pure heres institutus esset.

§ 10. Impossibilis condicio in institutionibus et legatis, nec non in fideicommissis et libertatibus, pro non scripto g) habetur.

§ 11. Si plures condiciones institutioni adscriptae sunt, si quidem coniunctim, ut puta *si illud et illud factum fuerit,* omnibus parendum est; si separatim, veluti *si illud aut illud factum fuerit*, cuilibet obtemperare satis est.

---

e) *quia, quod.* — f) *d. diem; diemque; diem.* — g) *scripta.*

---

dixi: Primus mihi heres esto in uncias quinque, Secundus in sex, Tertius in octo; sed Quartus quoque heres esto: dicimus Quartum reliquas capere uncias quinque; nam undeviginti unciae scriptus ex certa parte relictae sunt. Idem est, et si in tres consumsi duos asses, ac postea adjunxi aliquem sine parte: *hic* unum capiet assem, ut universae unciae sint triginta sex; *enim*vero viginti quatuor aut triginta sex uncias in unum possum assem constituere.

§ 9. Heredem et pure et sub conditione scribere possumus. Pure quidem, Ille mihi heres esto: sub conditione autem, Ille mihi heres esto si navis ex Asia venerit. Sin autem ad certum tempus vel ex certo tempore, non recte quis heres scribitur: veluti, Ille mihi heres esto post quinquennium mortis meae, aut a Calendis Januariis: vel si sic dicat, Ille mihi heres esto usque ad Calendas Januarias. Sublato enim tempore, a Calendis vel usque ad Calendas, scriptura perinde erit ac pure facta.

§ 10. Institui quemdam sub conditione impossibili heredem, dicens: Ille mihi heres esto, si mare ebiberit: aut legatum etiam sub hujusmodi conditione alicui reliqui, aut fideicommissum, vel libertatem servo: detractione conditionis impossibilis pro nec scripta accipitur, et relicta heredi pura efficiuntur.

§ 11. Heredem quem institui sub multis conditionibus: quaerimus an exspectandum sit, donec omnes impletae sint? Et dicimus, si quidem conjunctim sunt scriptae, (dixi enim, Ille heres esto, si in Capitolium adscenderit, et si navis ex Asia venerit, et ille Consul factus fuerit) cunctarum eventus exspectandus est: sin vero separatim et disjunctim illa scripsi, dicens: Ille heres esto, si adscenderit in Capitolium, aut si Titio aureos decem dederit: quam velit ex illis *conditionibus* implens, heres fiet.

§ 12. Hi, quos nunquam testator vidit, heredes institui possunt. veluti, si fratris filios peregri natos [h]), ignorans, qui essent, heredes instituerit: ignorantia enim testantis inutilem institutionem non facit.

TITULUS DECIMUS QUINTUS.

DE VULGARI SUBSTITUTIONE.

Potest autem quis in testamento suo plures gradus heredum facere, ut puta, *si ille heres non erit, ille heres esto;* et deinceps, in quantum velit testator, substituere potest [a]), et novissimo loco, in subsidium, vel servum necessarium heredem instituere.

§ 1. Et plures in unius locum possunt substitui, vel unus in plu-

---

h) *peregrinatos, peregre n., peregrinos, peregrinantes.*
a) *subst.: pot.*

---

§ 12. Valide quis et illos heredes scribit, quos nunquam forte viderit. Veluti, habebat quis fratrem peregre agentem, hic liberos procreavit: potest fratris filios, quos nunquam vidit, recte heredes scribere. Testatoris enim circa heredem ignorantia institutionem haud infirmat.

DE VULGARI SUBSTITUTIONE.

TITULUS XV.

Licitum est testatori et institutionem facere et substitutionem, et simpliciter, multos heredum gradus facere. Gradus autem heredum dicitur, qui *omnes* duodecim habet uncias. Sic enim testari nobis licet: Primus esto heres; si Primus heres non fiat, Secundus esto; si nec Secundus fiat, Tertius esto; si nec Tertius, Quartus esto. Et in infinitum substituere possumus, atque in ultimo loco sive gradu, tamquam in ultimum auxilium, servum nostrum instituere possumus: ut, si omnes contingat recusare, servus necessario heres fiat.

§ 1. Possumus autem uni unum substituere, et uni multos, et multis unum, et multis multos. *Uni unum* velut: Primus mihi heres esto; si Primus non fiat, Secundus esto. *Uni multos* sic: Primus mihi heres esto; si non fiat, Secundus et Tertius mihi heredes sunto. *Multis unum* sic substituimus: Primus et Secundus heredes mihi sunto; si non fiant, Tertius mihi heres esto. Et

rium, vel singuli singulis; vel invicem ipsi, qui heredes instituti sunt.

§ 2. Et si ex disparibus partibus heredes scriptos invicem substituerit, et nullam mentionem in substitutione habuerit partium, eas videtur partes in substitutione dedisse, quas in institutione expressit: et ita divus Pius rescripsit.

§ 3. Sed si instituto heredi, et coheredi suo substituto dato, alius substitutus fuerit, divi Severus et Antoninus, *sine distinctione,* rescripserunt, *ad utramque partem substitutum admitti.*

§ 4. Si servum alienum quis patremfamilias arbitratus heredem scripserit, et, si heres non esset, Maevium ei substituerit, isque servus iussu domini adierit hereditatem: Maevius in partem admittitur. illa enim verba, *si heres non erit*, in eo quidem, quem alieno iuri subiectum esse testator scit, sic accipiuntur: *si neque ipse heres erit*, *neque*

---

multos multis: Primus et Secundus heredes mihi sunto; si non fiant, Tertius et Quartus mihi heredes sunto. Possumus et invicem, id est alternatim, heredes sibi substituere: veluti, Primus mihi heres esto in sex uncias, et Secundus in sex uncias; si Primus non fiat, etiam Secundus esto in illius partem; sin vero Secundus non adierit, Primus in Secundi partem substitutus esto.

§ 2. Sed et si ex inaequalibus partibus aliquis heredes scribens, veluti, hunc in septem, illum in quinque *uncias,* eos invicem substituit, nullam in substitutione divisionis mentionem faciens, substitutus tot capiet, quot capturus fuerat, si ille adiisset, cui hic substitutus est. Si enim contingat ut in quincuncem scriptus adeat, et in septuncem *scriptus* repudiet, dicendum non est, Primum ex substitutione accepturum quinque uncias sed septem: tot enim Secundus adiens accepturus fuerat.

§ 3. Instituit quis heredes Primum in sex uncias, et Secundum in sex: sic autem dixit: Si Secundus non fiat heres, Primus heres esto et in Secundi partem; si autem Primus non fiat, Tertius heres esto. Severus et Antoninus rescripserunt, Tertium indistincte posse heredem esse, sive Primus solus, sive Primus et Secundus heredes non fuerint.

§ 4. Servum tuum, sui juris esse credens, institui heredem, et sic adjeci: si autem heres mihi non fiat, Maevius heres esto. Post mortem meam tu jussisti servum tuum, quem institueram, adire hereditatem. Quaerimus, an locus sit substitutioni? Et dicimus, substitutum accipere semissem. Sed dicere quis possit, substitutum accipere totum; dixit enim testator: Ille mihi heres esto; si autem non fiat, Maevius esto: igitur heic, quoniam institutus, qui servus est, heres esse non poterat, substitutum oportet in totum *assem* vocari.

Sed ad hoc dicendum est, verba illa *si heres non erit,* siquidem institutus est alieni juris, atque hoc testator novit, sic intelligere debemus, hoc est, si neque ipse institutus heres fiat, neque alium heredem faciat, hoc est, *alii* haud adquisierit, ut sic substitutio locum inveniat. Ast in illo instituto, quem sui esse juris testator credidit, dictio *si heres non erit* hoc significat: si hereditatem

alium heredem effecerit; in eo vero, quem patremfamilias esse arbitratur, illud significant: *si hereditatem sibi, eive, cuius iuri postea subiectus esse coeperit, non acquisierit.* idque Tiberius [b]) Caesar in persona Parthenii servi sui constituit.

TITULUS DECIMUS SEXTUS.

DE PUPILLARI SUBSTITUTIONE.

Liberis suis impuberibus, quos in potestate quis habet, non solum ita, ut supra diximus, substituere potest, id est, ut, si heredes ei non extiterint, alius ei sit heres, sed eo amplius, ut et, si heredes ei extiterint, et adhuc impuberes mortui fuerint, sit eis [a]) aliquis heres. vel-

---

b) *Titus, Antoninus, Pius.*
a) *ei.*

---

sibi, aut ei cujus in potestate postea esse incipiet, non adquisierit, ut substitutio locum capiat in universum. Heic autem, quoniam alieni juris jam erat, qui credebatur sui *esse* juris, idcirco substitutus semissem accipit. Atque hoc Divus Pius rescripsit in Parthenio servo suo: Parthenium enim Imperatoris servum aliquis credens liberum esse, heredem instituit, *sic* substituens ac dicens: sin autem Parthenius mihi heres non fiat, Maevius heres esto. Et facta tunc est constitutio ut semis hereditatis per Parthenium Caesari adquireretur, in alterum vero semissem Maevius substitutus vocaretur.

DE PUPILLARI SUBSTITUTIONE.

TITULUS XVI.

Non solum extraneis scriptis heredibus substituere possumus, sed liberis quoque nostris, sic dicentes: Ille filius meus heres esto; si non fiat, ille heres esto. Et haec vocatur vulgaris substitutio: quadrat enim in omnem, tam extraneum quam etiam filium. Sed in extraneo quidem in multis casibus locum habere potest substitutio: veluti, si institutus ante testatorem moriatur, aut repudiet sive recuset hereditatem, aut eo sub conditione scripto conditio deficiat. In filio autem in uno solo casu locus fit substitutioni: veluti, si filiusfamilias decesserit ante patrem suum testantem: nam si pater ante filium obierit, locus non fit substitutioni; exsistit enim confestim patri heres, ac neque abstinens sese, nomen incorporale ponit: nam incorporale hereditatis nomen alicui semel infixum, difficulter in alium transit.

uti si quis dicat hoc modo: *Titius filius meus mihi heres esto; si filius meus mihi heres non erit, sive heres erit, et prius moriatur, quam in suam tutelam venerit* (id est pubes factus sit b)), *tunc Seius heres esto.* quo casu, siquidem non extiterit heres filius, tunc substitutus patri fit heres; si vero extiterit heres filius, et ante pubertatem decesserit, ipsi filio fit heres substitutus. Nam moribus c) institutum est, ut, cum eius aetatis sunt, in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciant.

§ 1. Qua ratione excitati, etiam constitutionem in nostro posuimus codice, qua prospectum est, ut, si mente captos habeant filios, vel nepotes, vel pronepotes, cuiuscumque sexus, vel gradus, liceat eis, etsi puberes sint, ad exemplum pupillaris substitutionis, certas personas substituere. sin autem resipuerint, eandem substitutionem infirmari, et hoc ad exemplum pupillaris substitutionis quae, postquam pupillus adoleverit, infirmatur.

---

b) Def. *id est .. sit.* — c) *a maioribus.*

Est vero et alia substitutio, quae procedit in liberis nostris, nec solum liberis, sed in potestate quoque *constitutis*, neque solum *constitutis* in potestate, sed etiam suis impuberibus. Dicitur autem pupillaris ex aetate, circa quam celebratur. Atqui possumus pupillarem substitutionem sic facere: Filius meus heres esto; sin heres factus impubes moriatur, ille ei heres esto. Et si filius heres factus, impubes moriatur, locus fit substitutioni.

Porro vulgari licet pupillarem miscere, et facere quae vocatur vulgaripupillaris, ita: *filius meus heres esto: si non fiat,* (quod proprium est vulgaris) *aut factus impubes moriatur,* (quod proprium substitutionis pupillaris) *ille mihi heres esto.* Quid ais? Filius ante patrem obiit: ex prioribus verbis substitutus venit, et fit heres patris, non filii defuncti. Sed si pater praemoriatur, et filius heres factus impubes decedat, locus fit substitutioni pupillari ex sequentibus verbis, substitutusque fit heres, non patris, sed filii defuncti.

Hoc autem pupillaris substitutionis *jus* non ex propria lege inventum, sed ex consuetudine non scripta introductum est. Quum enim pupilli testari non possent, aequum visum est, ut patres pro iis testamenta formarent.

§ 1. Hac ratione motus sanctissimus Imperator noster promulgavit constitutionem, quam suo quoque inscribi Codici jussit, in qua etiam hujus casus curam habuit: Dicit enim, si quis furiosos vel dementes habet filios, aut nepotes vel pronepotes, cujuslibet sexus vel cujuslibet gradus: liceat illi, etiamsi puberes sint, ad imitationem pupillaris substitutionis, certas personas substituere, siquidem accidat ut hujusmodi liberi in dementiae vitio moriantur: sed si resipuerint, substitutionem jussit infirmari. Hoc autem ad similitudinem pupillaris substitutionis invenit, quae, simulac pupillus factus est pubes, infirmatur.

§ 2. Igitur in pupillari substitutione, secundum praefatum modum ordinata, duo quodammodo sunt testamenta, alterum patris, alterum filii, tamquam si ipse filius sibi heredem instituisset; aut certe unum est testamentum duarum causarum, id est duarum hereditatum.

§ 3. Sin autem quis ita formidolosus sit, ut timeret, ne filius eius, pupillus adhuc, ex eo, quod palam substitutum accepit, post obitum eius periculo insidiarum subiiceretur: vulgarem quidem substitutionem palam facere, et in primis testamenti partibus, debet; illam autem substitutionem, per quam, etsi [d]) heres extiterit pupillus, et intra pubertatem decesserit, substitutus vocatur, separatim in inferioribus partibus scribere, eamque partem proprio lino propriaque cera consignare, et in priore parte testamenti cavere, ne inferiores tabulae vivo filio et adhuc impubere aperiantur. illud palam est, non ideo minus valere

d) *si.*

§ 2. Quum vero secundum formam traditam substitutio pupillaris ordinata fuerit, duo quodammodo testamenta sunt: alterum a patre in filium perveniens, alterum a filio in substitutum, tamquam si ipse filius sibi heredem instituisset. Vel potius, si verum oportet dicere, unum quidem est testamentum, sed duae hereditates: altera a patre in filium delata, altera a filio in substitutum deveniens: omnia enim, quaecumque pupillus a patre accepit, aut ipse etiam adquisivit, post mortem patris in substitutum transeunt. Nam unum esse testamentum, manifestum *est* ex eo quod soli septem testes adhibeantur: quum, si duo forent testamenta, quatuordecim oporteret esse testes.

§ 3. Evenit saepe, ut aliquis filio pupillariter substituens, in summum incidat metum, ne pupilli substitutus, sciens simul *cum* morte patris sese substitutum pupilli *esse*, insidietur impuberi: accommodus autem *est* pupillus insidiis propter aetatis defectum. Si ergo pater inveniatur formidolosior, et velit metum inde *exortum* evitare, *is* pupillum heredem scribens, vulgarem quidem substitutum statim post institutionem pupilli sine timore scribat: sic enim impuberi insidiari non poterit, nec vivente patre; ignorantur enim *quae* in testamento scripta *sunt:* nec post testatoris mortem; jam enim filius patri heres exsistens locum vulgariter substituto haud facit: nemo enim sine lucro insidiabitur pupillo. Haec quidem de vulgari.

Pupillarem autem substitutionem si quis formare vult, sic dicat: *filius meus heres esto; si non fiat, ille mihi heres esto.* Et postquam tutores, legata, fideicommissa, libertates reliquerit, in parte testamenti inferiore verba sic scribat: *sin autem filius heres factus, obierit impubes, ille ei heres esto.* Et hanc partem proprio lino liget, et propria cera signet. Attamen in prioribus testamenti partibus haec verba scribat: *inferiorem testamenti partem aperiri nolo, vivente meo filio et adhuc impubere.* Sic enim facta substitutione pupillari, insidiarum expers erit filius: nam neque patre ejus superstite insidiis adpetitur, quia to-

substitutionem impuberis filii, quod in hisdem tabulis scripta sit, quibus sibi quisque heredem instituisset, quamvis hoc pupillo periculosum sit.

§ 4. Non solum autem heredibus institutis impuberibus liberis ita substituere parentes possunt, ut, et si heredes eis extiterint, et ante pubertatem mortui fuerint, sit eis heres is, quem ipsi voluerint, sed etiam exheredatis. itaque eo casu, si quid pupillo ex hereditatibus legatisve aut donationibus propinquorum atque amicorum acquisitum fuerit, id omne ad substitutum pertineat. Quaecumque diximus de substitutione impuberum liberorum, vel heredum institutorum, vel exheredatorum, eadem etiam de postumis intellegimus.

§ 5. Liberis autem suis testamentum facere nemo potest, nisi et sibi faciat: nam pupillare testamentum pars et sequela est paterni tes-

---

tum testamentum clausum est; neque post mortem patris, quia ignorantur *quae* in substitutione pupillari scripta *sunt*.

Quidam testamentum faciens, et filium impuberem heredem scribens, statim substitutionem pupillarem adjecit. Valet quidem nihilominus substitutio: attamen qui ita agit, atque ibi substitutionem scripsit, ubi sibi filium instituerat heredem; periculose, quantum ad filium, testari videtur.

§ 4. Non solum autem liberis impuberibus heredibus scriptis parentes pupillariter substituere possunt, sed etiam exheredibus iis factis. Sicuti igitur propter potestatem *patriam*, non quia heredes scribuntur, substitutos pupillares accipiunt, ideo et exheredatis liberis recte substituimus. Sed dicere quis possit, Et quid pupilli exheredati substitutus capiet? Dicemus, si quid pupillo ex hereditate aut legatis aut donationibus cognatorum vel amicorum paternorum obtigerit, hoc omne ad substitutum perventurum.

Quae dicta *sunt* de substitutione liberorum impuberum heredem scriptorum, aut exheredum factorum, eadem et ad postumos trahimus. Possumus enim postumis vulgariter substituere sic: *postumus mihi heres esto; si non fiat, ille mihi heres esto.* Non fit autem, si *aut* non nascatur, aut natus ante patrem decedat. Potest et pupillariter sic *fieri: postumus mihi heres esto; quod si* (*heres*) *factus, moriatur impubes, ille ei heres esto.* Et consequenter *his* dictis vulgaripupillarem *quoque* substitutionem in eo facimus.

§ 5. Habe haec velut in praevia contemplatione: Pars illa testamenti, ubi pater sibi heredem scribit, vocatur principalis: ea vero pars, in qua filio impuberi substituit, dicitur pupillaris. Pendet autem pupillaris ex principali, atque ex hac robur capit. Postquam tibi haec praecognita sunt, vide reliquum argumentum. Diximus, nos posse liberis nostris impuberibus substituere: sed tum intellige, quum nobismet ipsis heredes scribimus, id est, quum facimus principalem. Hac enim non facta, non habet pupillaris, unde sibi robur adquirat. Nam pars quasi et sequela *testamenti* principalis est pupillare. Sequelam autem invenire haud licet, *re* principali non exsistente. Sed in

tamenti, adeo ut, si patris testamentum non valeat, nec filii quidem valebit.

§ 6. Vel singulis autem liberis, vel qui eorum novissimus impubes morietur, substitui potest. singulis quidem, si neminem eorum intestato decedere voluerit; novissimo, si ius legitimarum hereditatum integrum inter eos custodiri velit.

§ 7. Substituitur autem impuberi aut nominatim, veluti *Titius;* aut generaliter, ut, *quisquis mihi heres erit:* quibus verbis vocantur ex substitutione, impubere filio mortuo, qui et ei scripti sunt heredes et extiterunt, et pro qua parte heredes facti sunt.

§ 8. Masculo igitur usque ad quatuordecim annos substitui potest, feminae usque ad duodecim annos. et si hoc tempus excesserit, substitutio evanescit.

§ 9. Extraneo vero vel filio puberi heredi instituto ita substituere nemo potest, ut, si heres extiterit, et intra aliquod tempus decesserit,

---

tantum robur inde capit pupillare, ut non valente principali, neque valeat pupillare. Finge enim, propria eum manu non scripsisse in principali heredis nomen, sed fecisse hoc in pupillari, nihil hoc juvat *testamentum* pupillare, quum principale sit infirmum.

§ 6. Possumus, si multos inpuberes habeamus liberos, unicuique pupillariter substituere, aut etiam postremo morienti impuberi. Sed si quidem neminem liberorum impuberum velim intestatum mori, unicuique speciatim substituo. Sin autem ab intestato successionem inter liberos servari velim, tunc postremo impuberi morienti substituo alium quemdam extraneum. Et si quidem alii obierint, fratres superstites hereditatem ab intestato habebunt: sin autem unus ex iis postremus moriatur impubes, tunc substitutus veniet.

§ 7. Possum porro impuberi substituere nominatim, ac dicere: si filius mihi heres factus, moriatur impubes, Titius ei heres esto. Possum autem et generaliter ei substituere: veluti, multos institui heredes cum filio meo, vel multos heredes scribens, exheredem feci filium: generaliter possum sic substituere, dicens: Si quis mihi patri heres fiat, substitutus esto filii mei morientis impuberis. Per quae verba ex substitutione ad bona impuberis pervenient, qui et heredes scripti et facti sunt. Si enim scripti recusaverint principalem *institutionem*, neque ex pupillari substitutione *bona* capient. Dividuntur autem pupilli bona pro parte hereditaria, id est in quantum patri successerunt.

§ 8. Et liberis quidem masculis usque ad annos XIIII substituere licet, femininis autem usque ad duodecimum. Ipsis vero hanc aetatem supergressis, substitutio extinguitur.

§ 9. Extraneo autem aut puberi filio, heredibus scriptis, nemo substituit ad imitationem liberorum impuberum, dicens: Ille mihi heres esto; sin heres factus, moriatur, verbi gratia, ante annum tricesimum, ille ei heres esto. Sed

alius ei sit heres. sed hoc solum permissum est, ut eum per fideicommissum testator obliget, alii hereditatem eius, vel totam, vel pro parte restituere; quod ius quale sit, suo loco trademus.

TITULUS DECIMUS SEPTIMUS.

QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTUR.

Testamentum iure factum usque eo valet, donec rumpatur, irritumve fiat.

§ 1. Rumpitur autem testamentum, cum, in eodem statu manente testatore, ipsius testamenti ius [a]) vitiatur. Si quis enim post factum testamentum adoptaverit sibi filium per imperatorem, eum, qui sui

a) *vis*.

hoc solum facere nobis permissum est: scribentes enim aliquem heredem, possumus per fideicommissum obligare eum, ut alii hereditatem restituat, aut omnem, aut partem. Verum fideicommissi *jus* qualem habeat effectum, in suo tradetur loco.

QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTUR.

TITULUS XVII.

Didicimus, quomodo testamenta legitime fiant. Sed si quid omissum est eorum quae ad solemnitatem pertinent, dicitur *testamentum non jure civili factum*, aut conciso sermone *injustum*, sive illegitimum. Neglectus enim est forte legitimus testium numerus, id est a lege definitus: aut septem quidem adfuerunt, sed non omnes subscripserunt: aut omnes quidem subscripserunt, sed non signaverunt: aut haec fecere quidem, sed testator propria manu heredis adpellationem non scripsit, neque coram testibus futurum sibi heredem nuncupavit: aut suos quis liberos habens, neque heredes neque exheredes eos fecit. In his omnibus *casibus* dicitur testamentum non jure civili factum. Quod si nihil horum neglectum sit, neque sic omnino ad finem usque robur testamento inerit: aut enim ruptum fit, aut irritum.

§ 1. Ruptum autem fit hoc modo. Testatus quis fuit inculpate: non manente testatore in eodem statu, jus testamenti imminutum est. Si quis enim post testamenti factionem aliquem in adoptionem adsciscat, sive patremfamilias apud Principem, sive filiumfamilias apud magistratus, secundum *ea quae*

iuris est, aut per praetorem, secundum nostram constitutionem, eum, qui in potestate parentis fuerit: testamentum eius rumpitur quasi agnatione sui heredis.

§ 2. Posteriore quoque testamento, quod iure perfectum est, superius rumpitur. nec interest, an extiterit aliquis heres ex eo, an non extiterit: hoc enim solum spectatur, an aliquo casu existere potuerit. ideoque, si quis aut noluerit heres esse, aut vivo testatore, aut post mortem eius ante quam hereditatem adiret, decesserit, aut condicione, sub qua heres institutus est, defectus sit [b]), in his casibus paterfamilias intestatus moritur: nam et prius testamentum non valet, ruptum a posteriore; et posterius aeque nullas vires habet, cum ex eo nemo heres extiterit.

§ 3. Sed si quis priore testamento iure perfecto, posterius aeque iure fecerit, etiamsi ex certis rebus in eo heredem instituerit, superius testamentum sublatum esse, divi Severus et Antoninus rescripserunt. cuius constitutionis verba inseri iussimus, cum aliud quoque praeterea in ea constitutione expressum est. *Imperatores Severus et Antoninus*

---

b) *condicio .. defecerit, ante condicionem defunctus sit*, et similia.

---

constitutione religiosissimi Imperatoris nostri dicta *sunt*, id est, quando avus est adoptans, (tunc enim adoptio *vires* suas exserit) factum testamentum rumpitur, novo suo *herede* adgnato, acsi postumus sit natus.

§ 2. Et posterius testamentum rite perfectum potest prius testamentum rumpere: sive quis heres ex eo factus est, sive non factus, sed potuit certe heres esse: hoc enim solum spectamus, num aliquo casu heres esse potuerit. Et quomodo quis, qui heres esse potest, non exstitit heres? Finge, scriptum in posteriori testamento heredem repudiasse; aut vivo testatore obiisse, vel post testatoris mortem ante aditionem: aut sub conditione scriptum fuisse, et conditionem defecisse. Atque in his casibus evenit, ut testator duobus factis testamentis, moriatur intestatus: priori quidem rupto confectione posterioris, posteriori vero infirmato, quod nemo inde heres exstiterit.

§ 3. Testans aliquis Primum instituit heredem: deinde post tempus aliquod ad confectionem alterius processit testamenti, quod et ipsum legitime consummavit, Secundum heredem instituens sic: *secundus heres esto ex illa et illa re.* Nihilominus et sic prius testamentum rumpitur. Neque enim, quod ex certa parte sive ex certis rebus Secundus in posteriori testamento scriptus est, invalidam facit institutionem: idque Divi Severus et Antoninus rescripserunt.

Hujus autem constitutionis haec sunt verba: (non absurdum enim *est* ea memorare, quia et aliud quid utile ex iis declarari potest:) Quidam testamento condito multisque scriptis heredibus, in secundo testamento alium ex certis

Cocceio Campano. Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, iure valere perinde, ac si rerum mentio facta non esset, sed teneri heredem scriptum, ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia, hereditatem restituat his, qui in priore testamento scripti fuerant, propter inserta verba secundo testamento [c]), *quibus, ut valeret prius testamentum, expressum est, dubitari non oportet.* Et ruptum quidem testamentum hoc modo efficitur.

§ 4. Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur, veluti, cum is, qui fecerit testamentum, capite deminutus sit. quod quibus modis accidit, primo libro retulimus.

§ 5. Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicuntur, cum alioquin, et quae rumpantur, irrita fiunt; et quae statim ab initio non iure fiunt, irrita sunt [d]), et ea, quae iure facta sunt, postea propter capitis deminutionem irrita fiunt, possumus nihilominus rupta dicere. sed quia

---

c) *fideicommissi v.;* def. *sec. test.* — d) def. *et quae .. irr. s.*

---

rebus heredem instituit, addens *se* nihilominus velle, ut prius testamentum valeret. Decessit. Delata est res ad Severum et Antoninum, rescripseruntque Coccejo Campano: Secundo quidem loco factum testamentum, etsi ex certis rebus aliquis in eo scriptus est heres, tamen subvertit prius similiter, ac si sine mentione rerum institutio in secundo testamento facta fuisset. Jussit autem heredem quidem esse in secundo testamento scriptum, sed obligari heredibus in primo testamento institutis ad restitutionem hereditatis, ipsum contentum rebus, ex quibus et heres scriptus fuit. Quod si hae *res* relictae Falcidiam ei non efficiant, tamen quod quadranti deest, supplendum ipsi est. Hujus autem *rei* ratio *est, quod* in secundo testamento haec verba scripta *fuere,* quibus dicebat prius testamentum ratum esse. Rupti igitur *testamenti* vitium per multos contingit modos: nam postumi praeteriti nativitas, et novus suus *heres* succedens et novus suus *heres* agnascens, et secundi testamenti confectio, ruptum facit testamentum. Sed haec quidem de vitio rupti *testamenti.*

§ 4. Irritum autem et ipsum dissolvit testamentum factum. Veluti, quum testator capitis deminutionem subierit. Quibus vero modis accidat, in prima disseruimus Institutione. Si enim testator subierit vel magnam, et fiat servus; vel mediam, et civitate exciderit; vel minimam, et filiusfam. fiat, dans sese in adrogationem: irritum fit testamentum.

§ 5. Itaque, uti jam dictum quoque est, tria vitia testamentis incommodant, non jure civili factum, ruptum, irritum. Possumus autem et irritum nominare ruptum, et ruptum irritum: et ab initio haud rite factum testamentum, possumus irritum vocare, et indifferenter utimur *his* nominibus. Ideo autem specialiter cuique vitio proprietatem adpellationis excogitavimus, ut ex pro-

sane commodius erat, singulas causas singulis appellationibus distingui, ideo quaedam non iure facta dicuntur, quaedam iure facta rumpi vel irrita fieri.

§ 6 (5). Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quae, ab initio iure facta, propter capitis deminutionem irrita facta sunt. nam si septem testium signis signata sunt, potest scriptus heres secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere, si modo defunctus et civis Romanus et suae potestatis mortis tempore fuerit: nam si ideo irritum factum sit testamentum, quod civitatem, vel etiam libertatem testator amisit, aut quia in adoptionem se dedit, et mortis tempore in adoptivi patris potestate sit, non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere.

§ 7 (6). Ex eo autem solo non potest infirmari testamentum, quod postea testator id noluit valere: usque adeo ut, et si quis post factum prius testamentum posterius facere coeperit, et, aut mortalitate praeventus, aut quia eum eius rei poenituit, non perfecisset, divi Pertinacis oratione cautum est, ne alias tabulae priores iure factae irritae fiant, nisi sequentes iure ordinatae et perfectae fuerint. nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est.

---

priis nominibus cognoscentes vitium subjectum, hoc effugere possimus. Sed dicta quidem tria vitia civile subvertunt testamentum, sed ad praetorium non spectant. Namque vitium non jure civili factum, etiam stultum est de praetorio dicere.

§ 6. Neque rupti *vitium*, neque etiam irriti dissolvit illud, si contingat, ut testator capitis deminutionem, quam subiit, effugiat. Praetor enim duo tempora inquirit, et facti testamenti et mortis: et, si invenerit utroque eum tempore testamenti factionem habuisse, validum censet ejus esse testamentum, de medio haud sollicitus tempore, sive civitatem sive libertatem amisisset. Omnino enim, dummodo septem testium signa sint imposita, et utroque tempore testamenti factionem habuerit testator, nam et *civis* Romanus et sui juris erat, heredi scripto dat *bonorum* possessionem secundum tabulas. At si in capitis deminutione obiit, nam in adrogationem sese dans obiit, antequam sui fieret juris, tunc et ipse praetor novit testamentum esse irritum, neque *heredi* scripto *bonorum* possessionem secundum tabulas promittit.

§ 7. Quidam testatus ac testamenti factioni supervivens dixit, Nolo illud valere. Ex his tantum verbis testamentum non fit irritum. Legitime enim facta, legitime *etiam* subverti debent. Plus dico: etsi quis postquam testamentum fecit, ad secundi testamenti factionem processit, sed interim *aut* moriens aut poenitens etiam illud non perfecit; facta est Divi Pertinacis constitutio, jubens testamentum prius esse firmum. Dicit enim, non aliter prius testamentum legitime factum per secundum infirmari, nisi secundum legitime sit consummatum. Imperfectum enim testamentum sine controversia infirmum est.

§ 8 (7). Eadem oratione e) expressit, *non admissurum se heredi-tatem eius, qui litis causa principem heredem reliquerit, neque tabulas non legitime factas, in quibus ipse ob eam causam heres institutus erat, probaturum, neque ex nuda voce heredis nomen admissurum, neque ex ulla scriptura, cui iuris auctoritas desit, aliquid adepturum.* secundum haec divi quoque Severus et Antoninus saepissime rescripserunt: *licet enim* (inquiunt) *legibus soluti sumus, attamen legibus vivimus.*

TITULUS DECIMUS OCTAVUS.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Quia plerumque parentes sine causa liberos suos vel exheredant, vel omittunt: inductum est, ut de inofficioso testamento agere possint liberi, qui queruntur, aut inique se exheredatos, aut inique praeteritos,

---

e) *ratione.*

---

§ 8. Eadem constitutione etiam hoc continetur: non oportere eam institutionem valere, ubi quis quia litem adversus quem habet, Principem instituit heredem; nec firma vocat hujusmodi testamenta; neque factam sine scripto institutionem Principis recipit; neque eum sustinere quid capere ait ex scriptura, tamquam ex ultima voluntate, nisi perfectissima legis adsit auctoritas. Huic constitutioni Divi Severus et Antoninus saepius obsecuti rescripserunt: *etsi legibus haud subjacemus, attamen secundum leges nos gerimus.* Oportet enim *nos* admirantes vocem tam divinam in ore *semper* habere.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

TITULUS XVIII.

Diximus in praecedentibus, parentes testantes posse liberos non scribere heredes, sed exheredes facere, aut praeteritione notare, in quibus praeteritio pro exheredatione accipitur. Sed quoniam parentes hanc licentiam arripientes suos laedebant liberos, in paupertate eos relinquentes: si quis enim adscendentium per virilem sexum erat, et filium exheredem faciebat, neque ipso jure invalidum erat testamentum, neque filius ab intestato venire poterat: Quî enim, exstante testamento? neque a praetore *bonorum possessionem* contra tabulas habebat; haec enim praeteritis, non exheredatis dabatur. Sin autem mater erat testatrix, descendentibus per matrem nec cogitare licebat de *bo-*

hoc colore, quasi non sanae mentis fuerunt, cum testamentum ordinarent. sed hoc dicitur, non quasi vere furiosus sit; sed recte quidem fecit testamentum, non autem ex officio pietatis: nam si vere furiosus est, nullum est testamentum.

§ 1. Non tantum autem liberis permissum est, parentum testamentum inofficiosum accusare, verum etiam parentibus liberorum. soror autem et frater turpibus personis scriptis heredibus ex sacris constitutionibus praelati sunt: non ergo contra omnes heredes agere possunt. ultra fratres igitur et sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere.

§ 2. Tam autem naturales liberi, quam secundum nostrae constitutionis divisionem adoptati, ita demum de inofficioso testamento agere possunt, si nullo alio iure ad bona defuncti venire possunt. nam qui alio iure veniunt ad totam hereditatem, vel partem eius, de inofficioso agere non possunt. Postumi quoque, qui nullo alio iure venire possunt, de inofficioso agere possunt.

---

norum possessione contra tabulas: nam adversus testamentum femininae personae liberis *bon. poss.* contra tabulas non dabatur.

In ultimum igitur auxilium inventa est liberis *querela* de inofficioso testamento, querentibus ac dicentibus, se injuste exheredatos aut praeteritos esse, hunc praetendentibus colorem, acsi furiosus fuisset testator, quando testamentum formabat. Hoc autem a liberis dicitur, non quasi defunctus vere furiosus fuerit, sed quia testamentum valide quidem factum fuit, non tamen ut pietatis ratio postulat; si enim revera furiosus fuisset, testari non potuisset; aut potius furiosus fuit ideo, quod naturam inhumaniter odit.

§ 1. Non solum autem liberis concessum est, testamentum parentum, ut non convenienter factum, incusare, sed etiam parentibus licentia est liberorum testamentum criminari. Soror autem et frater defuncti testamentum tunc subvertunt, scriptis *heredibus* praelati, quando *heredes* scripti turpem gerunt personam: velut aurigae *sive agitatores*, mimi, venatores *sive bestiarii*, et qui ex turpi consuetudine notitiam contraxere: hoc enim sacris continetur constitutionibus. Itaque adscendentes et descendentes, dum in defunctum ingrati non fuerint, adversus omnem *heredem* scriptum *querelam* de inofficioso movebunt: frater autem ac soror adversus solas personas turpes. Ulteriores vero fratre aut sorore cognati nullum habent aditum ad *querelam* de inofficioso, sed *eam* etiam moventes succumbent.

§ 2. Liberi autem de inofficioso agunt, tum naturales tum adoptivi, secundum *ea quae* Imperatoris nostri constitutione *sunt* cauta. Verum tunc de inofficioso agentes, valide ea *querela* utentur, ubi omni destituti sunt auxilio: ultimum enim ex *querela* de inofficioso exsistit auxilium. Nam cui aliud jus suppetit, per quod poterit totum defuncti patrimonium aut partem ejus capere, aditum non habet ad *querelam* de inofficioso. Hoc autem non solum de liberis jam natis, sed etiam de postumis intelligendum est.

§ 3. Sed haec ita accipienda sunt, si nihil eis penitus a testatoribus testamento relictum est. quod nostra constitutio ad verecundiam naturae introduxit. sin vero quantacumque pars hereditatis, vel res eis fuerit relicta, inofficiosi querela quiescente, id, quod eis deest, usque ad quartam legitimae partis repletur, licet non fuerit adiectum, boni viri arbitratu debere eam repleri.

§ 4. Si tutor nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex testamento patris sui legatum acceperit, cum nihil erat ipsi tutori relictum a patre suo, nihilominus possit nomine suo de inofficioso patris testamento agere.

§ 5. Sed et, si e contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerit, de inofficioso egerit, et superatus est, ipse, quod sibi in eodem testamento legatum relictum est, non amittit.

---

§ 3. Haec vero ita accipiamus, si nihil iis omnino a defuncto relictum est. Nam et hoc sanctissimi Imperatoris nostri, competentem naturae verecundiam conservantis, constitutione excogitatum est. Olim enim, nisi totum quod debebatur, relictum esset, locus *querelae* de inofficioso dabatur. Veluti, Quadringentorum quis solidorum patrimonium habebat: hunc oportebat omnino centum relinquere, id est, quadrantem patrimonii, ut ne de inofficioso agereturr. Hodie autem, etiamsi unus solidus exheredato, aut etiam quantacumque hereditatis pars relinquatur, vel res quoque qualiscumque, querela de inofficioso cessat, supplente constitutione quod quadranti portionis ab intestato deest; etsi *vel* maxime testator propria manu non adscripsit: si quid deesse inveniatur, volo illud suppleri boni viri arbitratu. Hoc enim quamquam non additum eadem constitutio naturaliter admittit, tamquam naturae *ipsi* consequens.

§ 4. Si quis patris voluntatem amplexus fuerit, non potest eam per *querelam* de inofficioso subvertere. Unde vide, quid quaesitum sit: Filius meus familias tutor erat pupilli alicujus. Ego moriens aliumque heredem scribens, filium meum exheredavi: sed legatum pupillo reliqui, cujus *ille* erat tutor. Legatum pupillo relictum exegit meus filius. Postea de inofficioso vult agere, ut qui nihil ex paternis bonis habeat. Num potest, ecquidnam laeditur, tamquam qui defuncti voluntatem adgnoverit, eo ipso quod legatum exegit? Et dicimus, nihil eum praejudicii pati, quoniam aliquod officium tutorium praestans, legatum accepit: Itaque sine impedimento suo nomine de inofficioso *querelam* movebit.

§ 5. Et ex contrario hoc quaeritur: habebam ego filiumfamilias impuberum. Alium heredem scribens, impuberem exheredem feci, nihil ei relinquens. Legavi autem centum aureos Titio cuidam, quem impuberi tutorem testamentarium reliqui; aut praetor dedit, aut forte etiam ex lege vocatus fuit. Egit Titius nomine impuberis de inofficioso, et victus est: Forte enim impubes juste exheredatus comperitur. Post illa Titius contra scriptum agit heredem, legatum ab eo poscens, quod sibi relictum est: hoc sine controversia accipiet.

§ 6. Igitur quartam quis debet habere, ut de inofficioso testamento agere non possit: sive iure hereditario, sive iure legati, vel fideicommissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit, vel inter vivos, in his tantummodo casibus, quorum nostra constitutio mentionem facit, vel aliis modis, qui constitutionibus continentur.

§ 6 (7). Quod autem de quarta diximus, ita intellegendum est, ut, sive unus fuerit, sive plures, quibus agere de inofficioso testamento permittitur, una quarta eis dari possit, ut pro rata distribuatur eis, id est pro virili portione quarta [a]).

TITULUS DECIMUS NONUS.

DE HEREDUM QUALITATE ET DIFFERENTIA.

Heredes autem aut necessarii dicuntur, aut sui et necessarii, aut extranei.

§ 1. Necessarius heres est servus heres institutus, ideo sic appel-

---

a) Def. *id est .. quarta.*

---

§ 6. Excludit autem de inofficioso *querelam* quadrans heredi ab intestato relictus, sive per legatum, sive per fideicommissum, sive *per* mortis causa donationem: sed inter vivos donatio *his* non connumeratur, nisi forte in hoc data sit, ut in illis casibus, quorum constitutio sanctissimi Imperatoris nostri meminit. Et aliis modis, qui antiquis legibus et vero sacris constitutionibus continentur, si quadrans filio obvenerit, *querela* de inofficioso cessat.

Et si quidem unus est filius, oportet me quadrantem mei patrimonii ei relinquere: sin vero duo sunt aut etiam plures, quadrans omnibus relictus viriliter et ex aequo *querelam* de inofficioso quiescere facit. Veluti, duo sunt: relinquere iis oportet singulis sesquiunciam: si vero tres sunt, relinquere iis oportet singulis unciam.

DE HEREDUM QUALITATE ET DIFFERENTIA.

TITULUS XIX.

Heres nomen est generale, sed dividitur in tria. Namque heredum alii dicuntur Necessarii, alii Sui necessarii, alii Extranei.

§ 1. Et quis est Necessarius? Servus heres scriptus, ideo sic dictus quo-

latus, quia, sive velit, sive nolit, omnimodo post mortem testatoris protinus liber et necessarius heres fit. Unde, qui facultates suas suspectas habent, solent servum suum primo, aut secundo, vel etiam ulteriore gradu heredem instituere, ut, si creditoribus satis non fiat, potius eius heredis bona, quam ipsius testatoris a creditoribus possideantur, vel distrahantur, vel inter eos dividantur. pro hoc tamen incommodo illud ei commodum praestatur, ut ea, quae post mortem patroni sui sibi acquisierit, ipsi reserventur; et, quamvis non sufficerint bona defuncti creditoribus, iterum [a]) ex ea [b]) causa res eius, quas sibi acquisierit, non veneunt.

§ 2. Sui autem et necessarii heredes sunt, veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, et deinceps ceteri liberi, qui modo in potestate morientis fuerint. sed ut nepos neptisve sui heredes sint, non sufficit eum eamve in potestate avi mortis tempore fuisse, sed opus est, ut pater eius vivo patre suo desierit suus heres esse, aut morte inter-

---

a) *tamen*. — b) *alia*.

---

niam et volens et nolens omni modo post domini mortem statim liber et necessarius fit heres. Videlicet qui facultates suas habent suspectas et reputant fore, ut nemo propter inopiam patrimonium suum sustineat suscipere, solent servum proprium in primo aut secundo aut in tertio gradu, aut etiam ulterius heredem scribere. Veluti, Stichus servus meus heres esto; ecce in primo gradu: aut in secundo sic: Primus heres esto; si non fiat, Stichus servus meus heres esto: aut ulterius etiam. Porro nemine sustinente hereditatem adire, Stichus ex necessitate veniet, heresque fiet. Et, si creditoribus debita defuncti non solvantur, neque iis de *rebus* creditis satisfiat, defunctus quidem ignominiae expers manet, sed divenditur hereditas: his jam non dicentibus, illius defuncti bona distrahi, sed Stichi heredis. Creditores autem in possessione constituti ea aut vendunt, aut inter se partiuntur.

Mercedem vero hujus ignominiae habebit, primo libertatem, qua nihil pretiosius: deinde et hoc ei obtingit: quaecumque enim post mortem sui patroni ex aliis sibi causis Stichus adquisiit, id est non ex causa *illius* hereditatis, servabuntur ipsi, neque molestabitur a creditoribus, etiamsi maxime defuncti patrimonium debita implere non potuerit. Atque hi sunt necessarii.

§ 2. Sui porro necessarii qui sint, videamus. Sui necessarii sunt, veluti filius, filia, nepos *ac* neptis ex filio, et deinceps omnes liberi, qui in potestate sunt mortis tempore: at filius quidem et filia omnino in se *jus* suitatis habent; sed nepos et neptis non tantum, si in potestate demortui avi fuerint, habent jus suitatis, sed etiam opus iis est ad hoc jus adquirendum, ut ipsorum pater, ex quo nati sunt, desierit in potestate esse sui patris; eo forte per mortem vel emancipationem vel *per* alium quemcumque modum potestate patria exsoluto: tunc enim nepos aut neptis in proprii patris locum subit.

ceptus, aut qualibet alia ratione liberatus potestate: tunc enim nepos neptisve in locum patris sui succedit. Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt, et vivo quoque patre quodammodo domini existimantur. unde etiam, si quis intestatus mortuus sit, prima causa est in successione liberorum. Necessarii vero ideo dicuntur, quia omnimodo, sive velint, sive nolint, tam ab intestato, quam ex testamento [c]) heredes fiunt. sed his praetor permittit volentibus abstinere se ab hereditate, ut potius parentis quam ipsorum bona similiter a creditoribus possideantur.

§ 3. Ceteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei heredes appellantur. itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti, extranei heredes videntur. qua de causa et qui heredes a matre instituuntur, eodem numero sunt, quia feminae in potestate liberos non habent. servus quoque a domino heres institutus, et post testamentum factum ab eo manumissus, eodem numero habetur.

§ 4. In extraneis heredibus illud observatur, ut sit cum eis testa-

---

c) *ex t. ex lege XII tabb.*

Et sui quidem ideo adpellantur, quoniam domestici sunt heredes, id est et vivente patre quodammodo domini censentur: unde etiam *Lex* XII Tabularum ordinans ab intestato jura primam iis successionem tribuit. Et sui quidem heredes ob dictas causas vocantur: necessarii autem, quoniam omni modo, et volentes et nolentes, ex testamento simul et ab intestato, heredes fiunt.

At enim secundum *jus* civile nulla *est* differentia necessarii, et sui necessarii: sed Praetor ad naturalem aequitatem respiciens dat illis licentiam abstinendi se hereditate paterna, quando eam suspectam habent. Ex duobus enim ingenius melius *est*, defunctum contumelia affici, quam viventem qui et ignominiam inde *natam* sentiat. Illo igitur abstinente, creditores bona accipient defuncti, non vero nomine filii.

§ 3. Extranei vero sunt simpliciter omnes praeter hos, quiqui potestati defuncti subjecti non sunt. Itaque et liberi nostri emancipati, extranei vocabuntur. Et filius matri extraneus vocabitur ac fiet heres: mulier enim in potestate liberos habere nequit.

Testator quidam suum servum instituit heredem: testamenti confectioni supervivens vindicta eum manumisit: obiit, non mutato testamento. Quaerimus, scriptusne heres, utrum necessarius sit an extraneus? Et dicimus eum esse extraneum: quoniam ei haec ambo ex testamento defuncti non obveniunt, hoc est et libertas et hereditas.

§ 4. Sed in heredibus extraneis hoc observandum est, ut cum iis habeamus testamenti factionem, sive ipsi scripti sint heredes, sive qui in illorum

menti factio, sive ipsi heredes instituantur sive hi, qui in potestate eorum sunt. Et id duobus [d]) temporibus inspicitur, testamenti quidem facti, ut constiterit institutio, mortis vero testatoris, ut effectum habeat. hoc amplius, et cum adierit hereditatem, esse debet cum eo testamenti factio, sive pure, sive sub condicione heres institutus sit: nam ius heredis eo vel maxime tempore inspiciendum est, quo acquirit hereditatem. medio autem tempore inter factum testamentum, et mortem testatoris, vel condicionem institutionis existentem, mutatio iuris heredi non nocet, quia, ut diximus, tria tempora inspicimus. Testamenti autem factionem non solum is habere videtur, qui testamentum facere potest; sed etiam, qui ex alieno testamento vel ipse capere potest, vel alii acquirere, licet non potest facere testamentum. et ideo furiosus, et mutus, et postumus, et infans, et filiusfamilias, et servus alienus testamenti factionem habere dicuntur: licet enim testamentum facere non possunt, attamen ex testamento vel sibi, vel alii acquirere possunt.

---

d) *tribus t.*

---

sunt potestate. Hanc vero testamenti factionem requirimus ut habeant duobus temporibus: quum testamur, ut ante omnia valeat institutio; et quum morimur, ut recte facta institutio bonum habeat exitum. Si vero quis accurate inquirat, et tertium invenimus tempus, in quo eum oporteat testamenti habere factionem. hoc est, quum hereditatem adit: nullo discrimine, utrum pure an sub conditione heres sit scriptus. Jus enim heredis, hoc est an possit heres esse, illo maxime tempore spectatur, quo hereditas est adeunda.

Medio autem tempore, quod est inter testamenti confectionem et testatoris mortem, aut conditionis eventum, cum quis conditionaliter scriptus est heres, mutatum heredis jus nullum ei adfert damnum ad succedendum. Itaque si contingat, heredem a me scriptum, esse Romanum, et deinde post factum testamentum civitate excidens, eam recepit ante meam mortem, aut si conditionaliter heres scriptus erat, ante conditionis eventum, sine obstaculo heres fiet. Itaque (haec enim est conclusio sive summa) tria inquirimus tempora, quibus heres testamenti factionem habere debeat: testamenti confectionem, testatoris mortem, et aditionis tempus: maxime vero testamenti confectionem atque aditionem.

Testamenti vero factionem habere intelligitur, non solum qui testari potest, sed etiam qui ex alieno testamento potest capere, aut alteri adquirere, etiamsi is maxime testamentum facere non possit. Ideo et furiosus et mutus et pupillus et infans et postumus et filiusfamilias et alienus servus dicuntur habere testamenti factionem: quamquam enim maxime testari nequeunt, attamen ex alius testamento, aut sibi aut alii, adquirere possunt. In furioso autem ponere oportet, cum a patre scriptum *esse* heredem: ab alio enim scriptus, donec resipuerit, neque sibi neque alii hereditatem adquirere poterit.

§ 5. Extraneis autem heredibus deliberandi potestas est de adeunda hereditate, vel non adeunda. Sed sive is, cui abstinendi potestas est, immiscuerit se bonis hereditariis, sive extraneus, cui de adeunda hereditate deliberare licet, adierit, postea relinquendae hereditatis facultatem non habet, nisi minor sit annis vigintiquinque. nam huius aetatis hominibus, sicut in ceteris omnibus causis deceptis, ita et, si temere damnosam hereditatem susceperint, praetor succurrit.

§ 6 (5). Sciendum tamen est, divum Hadrianum etiam maiori vigintiquinque annis veniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande aes alienum, quod aditae hereditatis tempore latebat, emersisset. sed hoc divus quidem e) Hadrianus speciali beneficio cuidam praestavit; divus autem Gordianus postea in militibus tantummodo hoc extendit.

(§ 6.) Sed nostra benivolentia commune omnibus subiectis im-

---

e) *quidem divus;* def. *quidem.*

---

§ 5. Porro extranei heredes dicuntur quoque Voluntarii, quorum in arbitrio est hereditatem adire nec ne: alii vero Necessarii dicuntur, quoniam ex necessitate *ad successionem* vocantur. Neque in hoc tantum est differentia, sed in illo etiam, quod hereditatem suscipere in extraneo quidem dicatur *aditio*, in necessariis vero *immixtio:* et respuere hereditatem in extraneo dicitur *repudiatio*, in necessario autem *abstentio*. Verum extraneus quidem repudians talis est, tamquam qui nunquam ad hereditatem vocatus fuit: sed suus necessarius *se* abstinens, quoniam post patris mortem statim exstitit *heres*, nihilominus in se habet *jus* incorporale, sicuti saepius dictum est, nomen hereditatis incorporale alicui semel infixum difficulter in alium transferri: nisi quod praetor, qui abstentionem invenit, eum a creditoribus securum praestat. Atque in his quidem differunt, in illo autem conveniunt, quod, sive necessarius se immiscuerit, sive extraneus adierit, non possunt post illa hereditate desistere, nisi forte viginti quinque annis sint minores: hanc enim aetatem agentibus, sicut in reliquis omnibus negotiis, deceptis, ita hic, quando temere damnosam susceperint hereditatem, praetor succurrit, dans iis restitutionem, ut hereditate desistant.

§ 6. Quid autem, si quis major XXV annis, opulentum esse ratus defuncti patrimonium, adiit: postea debitum improvisum adparuit, quod hereditatem extra modum excessit? Facta est constitutio Adriani Caesaris ei succurrens, siquidem prima specie opulenta videbatur hereditas, sed postea improvisum debitum adparebat, quod tempore aditionis latebat. Sed Adrianus quidem ex singulari beneficio certae personae hanc dedit veniam: divus autem Gordianus post illa ad milites solos hoc extendit beneficium.

Verum Imperatoris nostri benevolentia commune hoc auxilium *omnibus* sub imperio ejus degentibus tribuit. Namque constitutionem fecit, insignem aeque

perio nostro hoc praestavit beneficium, et constitutionem tam aequissimam quam nobilem scripsit, cuius tenorem si observaverint homines, licet eis et adire hereditatem, et in tantum teneri, in quantum valere bona hereditatis contigerit; ut ex hac causa neque deliberationis auxilium eis fiat necessarium, nisi, omissa observatione nostrae constitutionis, et deliberandum existimaverint, et sese veteri gravamini aditionis suppónere maluerint.

§ 7. Item extraneus heres, testamento institutus, aut ab intestato ad legitimam hereditatem vocatus, potest, aut pro herede gerendo, vel etiam nuda voluntate suscipiendae hereditatis, heres fieri. pro herede autem gerere quis videtur, si rebus hereditariis tanquam heres utatur, vel vendendo res hereditarias, aut praedia colendo locandove, et quoquo modo si voluntatem suam declaret, vel re vel verbis de adeunda hereditate, dummodo sciat, eum, in cuius bonis pro herede gerit, testato intestatove obiisse, et se ei heredem esse. pro herede enim gerere, est pro domino gerere: veteres enim heredes pro dominis appellabant. Sicut autem nuda voluntate extraneus heres fit: ita et contraria destinatione statim ab hereditate repellitur. Eum, qui mutus

---

ac justissimam, certas*que* continentem observationes, de faciendo inventario ante aditionem: quas si quis custodierit, et si inopem adierit hereditatem, in tantum tenebitur, in quantum rerum hereditariarum valor colligitur, ut in posterum nec jus deliberandi necessarium sit. Inventum est enim jus deliberandi, ut prius noscatur, num hereditas sit expetenda, et sic adeatur, ut ne quis ex improviso damnosam suscipiat hereditatem. At si quis spernens ea quae sacra Imperatoris nostri constitutione continentur, deliberationem petierit, ac postea hereditatem adierit, non fruetur illis constitutionis auxiliis, sed omne ab eo aes alienum exigetur.

§ 7. Extraneus scriptus heres, vel ab intestato tanquam legitimus heres, potest pro herede gerere, sive ut heres administrare, agere, tractare, id est nuda voluntate hereditatem suscipere, heresque fieri. Videtur autem pro herede gerere, qui rebus hereditariis ut dominus utitur, sive in vendendo, sive in agris colendis, sive in iis locandis, et simpliciter quocumque modo, si voluntatem suam declaraverit, vel re vel verbo, quod *scil.* suscipiat hereditatem: duntaxat, si noverit utrum ex testamento an ab intestato sit heres. Si enim heres scriptus est, sed adiit tanquam ab intestato vocatus, aut contra, heres non fiet. Pro herede gerere est pro domino gerere: nam veteres heredis nomine pro Domino utebantur.

Uti autem nuda voluntate dicendo, suscipio hereditatem, extraneus heres fit, ita et contraria responsione dicendo, non admitto hereditatem, statim hereditate excidit.

Mutus aut surdus natus, vel postea etiam ex vitio factus, sine obstaculo

vel surdus natus est, vel postea factus, nihil prohibet, pro herede gerere, et acquirere sibi hereditatem, si tamen intellegit, quod agitur.

TITULUS VICENSIMUS.

DE LEGATIS.

Post haec videamus de legatis. Quae pars iuris extra propositam quidem materiam videtur: nam loquimur de his iuris figuris, quibus per universitatem res nobis acquiruntur. sed cum omnino de testamentis, deque heredibus, qui testamento instituuntur, locuti sumus, non sine causa sequenti loco potest haec iuris materia tractari.

§ 1. Legatum itaque est donatio quaedam a defuncto relicta a).

§ 2. Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor: per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per praeceptionem; et certa

---

a) *r. ab herede praestanda.*

---

pro herede potest gerere, et sibi hereditatem adquirere: duntaxat si noverit se haec hereditatis causa facere.

DE LEGATIS.

TITULUS XX.

Post doctrinam de testamentis necesse *est* dicere de Legatis. Sed dicere quis possit, eum qui hoc fecerit, doctrinae continuationem abscindere: propositum enim erat deinceps dicere de adquisitionibus per universitatem, et oportere eum, qui dixerit de hereditate ex testamento delata, statim subjungere etiam de illa ab intestato, et sic secundum ea quae restant devenire ad legatum, quae singularis est adquisitio. Sed in promtu est responsio: postquam enim de hereditate ex testamento disseruimus, ast in testamento legata quoque relinquuntur, haud extra rationem quamdam est, deinceps etiam de legatis dicere.

§ 1. Et prius definire oportet, quid sit legatum. *Legatum* est donatio a defuncto relicta.

§ 2. Sed nomen quidem legati primitivum est, et quasi materia. Inde autem quatuor procedunt genera: *vindicatio; damnatio; sinendi modo; praeceptio.* Atqui sunt verba quaedam solemnia cuique legati generi propria, per quae genus designatur.

quaedam verba cuique generi legatorum assignata erant, per quae singula genera legatorum significabantur. sed ex constitutionibus divorum principum sollemnitas huiusmodi verborum penitus sublata est. nostra autem constitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, et non verbis, sed voluntatibus eorum faventes, disposuit, ut omnibus legatis una sit natura, et, quibuscumque verbis aliquid derelictum sit, liceat legatariis id persequi, non solum per actiones personales, sed etiam per in rem, et per hypothecariam: cuius constitutionis perpensum modum ex ipsius tenore perfectissime accipere possibile est.

§ 3. Sed non usque ad eam constitutionem standum esse existimavimus. cum enim antiquitatem invenimus legata quidem stricte concludentem, fideicommissis autem, quae ex voluntate magis descen-

---

Et Vindicationis quidem haec sunt verba: *do illi solidos centum.* Haec autem vindicatio legatarium faciebat dominum, simul cum heredis aditione, ut adversus quemlibet *actionem* in rem movere potuerit: atque ideo etiam haec referebatur in modos singulares, qui nobis dominium adquirebant, ut supra memoravimus. Dicebatur vero vindicatio a *verbo* vindicare, quod est rem per *actionem* in rem evincere.

Damnationis porro verba sunt: *damno te heres, dare illi solidos centum.* Hinc nascebatur legatario adversus heredem actio personalis, quae dicebatur ex testamento.

Sinendi modo: *damno te heres, ut permittas illi rem illam sumere.* Et hinc similiter competebat ex testamento *actio.*

Praeceptionis item verba: *praecipuam ille ex parte heres habeto illam rem.* Scilicet, non recte ei qui ex parte non est heres, per praeceptionem relinquimus. Nam dictio Romana *praecipito*, id est praecipuum capito, designatio est praesuppositae partis hereditariae: id est praeter partem, quam ei reliqui, volo eum et hoc habere praecipuum. Petebatur autem praeceptio per familiae erciscundae *judicium.* Sed haec quidem olim: recentiorum vero Principum constitutiones sustulerunt verba solemnia, per quae genus significabatur.

Facta est autem et sanctissimi Imperatoris nostri constitutio, quam multa cum vigilia fecit, studens validiores ac firmiores morientium esse voluntates, in qua jussit non verbis, sed morientium menti attendere: ut omnibus legatorum generibus eadem sit natura; et si quid quibuscumque verbis contingat relinqui, legatariis hoc nancisci liceat, sive velint personales movere actiones, sive in rem, sive etiam hypothecariam. Multa autem et alia *per*utilia constitutio praedicta docet: ast exquisitam hujus vim discere perfectius potest, qui ejus verba legerit.

§ 3. Sed neque in his eadem constitit constitutio, sed et majus quid addidit. Quum enim videret, legata quidem multum complecti rigorem, at in fideicommissis voluntatem magis testatoris foveri, ideoque latiorem *ea* habere

debant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem: necessarium esse duximus, omnia legata fideicommissis exaequare, ut nulla sit inter ea differentia, sed, quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum, et, si quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissi natura. sed, ne in primis legum cunabulis, permixte de his exponendo, studiosis adolescentibus quandam introducamus difficultatem, operae pretium esse duximus, interim separatim prius de legatis, et postea de fideicommissis tractare, ut, natura utriusque iuris cognita, facile possint permixtionem eorum eruditi, subtilioribus auribus, accipere.

§ 4. Non solum autem testatoris vel heredis res, sed et aliena legari potest: ita, ut heres cogatur redimere eam et praestare, vel, si non potest redimere, aestimationem eius dare. sed si talis res sit, cuius non est commercium [b]), nec aestimatio eius debetur, sicuti, si campum Martium, vel basilicas, vel templa, vel quae publico usui destinata sunt, legaverit: nam nullius momenti legatum est. Quod autem diximus, alienam rem posse legari, ita intellegendum est, si defunctus

b) *n. e. c. vel adipisci non potest; n. e. c. nec a. p.* vel similia.

naturam, necessarium putavit omnia legata fideicommissis exaequare, ut nulla inter haec foret differentia: sed quod deest legatis, ex fideicommissorum suppleatur natura; et si qua in *re* legatum est plenius, hanc participet *cum* fideicommisso.

Verum ut ne confuse et mixtim de legatis ac fideicommissis disserentes in ipsis legum elementis, teneriores adhuc juvenum aures conturbemus in difficilioris doctrinae institutione, operae maxime pretium esse credidimus, prius de legatis seorsim, dein post illa de fideicommissis tractare: ut cognita separatim utriusque natura, deinceps eruditi et habitu *quodam* praediti, subtiliorem et accuratiorem doctrinam sine perturbatione accipiant.

§ 4. Non solum autem res testatoris aut heredis, sed alienae quoque legari possunt: non ut dominus suis rebus privetur; nam heres dominum adire cogitur, et de emtione *cum eo* loqui: et si quidem dominus vendere malit, heres illam emens dat legatario: si vero *emere* non possit, domino nolente, rei aestimationem legatario praestabit.

Quod si quis moriens talem mihi rem legaverit, in qua commercium non habeo, id est jus possidendi eam, non solum non debebitur mihi ipsa *res* relicta, sed neque ejus aestimationem petere potero. Quid enim, si quis mihi legavit campum Martium, (est autem locus publicus prope Romam) vel basilicam, vel templum, vel publicis usibus destinata, veluti theatrum, amphitheatrum, circum? omnia enim hujusmodi legata sunt invalida.

Quod autem brevi ante dictum est nobis, posse me alienam rem valide legare, tunc intelligere oportet, quando ego testans scivi, hanc esse alienam:

sciebat, alienam rem esse, non et, si ignorabat: forsitan enim, si scisset alienam, non legasset. et ita divus Pius rescripsit, et *verius esse* c), *ipsum, qui agit, id est legatarium, probare oportere, scisse alienam rem legare defunctum, non heredem probare oportere, ignorasse alienam, quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit.*

§ 5. Sed et, si rem obligatam creditori aliquis legaverit, necesse habet heres luere. et hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena, ut ita demum luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse: et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt. si tamen defunctus voluit legatarium luere, et hoc expressit, non debet heres eam luere.

§ 6. Si res aliena legata fuerit, et eius vivo testatore legatarius dominus factus fuerit: si quidem ex causa emptionis, ex testamento actione pretium consequi potest; si vero ex causa lucrativa, veluti ex

---

c) *est.*

---

nam si ignoravi, legatum non subsistit. Si enim scivissem, meam rem non esse, forte eam non reliquissem: et hoc constitutione Divi Pii continetur.

Si quis alienam mihi rem legaverit, heresque eam emere ac dare, aut aestimationem praestare nolens, dicat legatum esse invalidum, quia testator eam esse alienam ignoraverit; ego autem legatarius instem *meque opponam*, contendens illud esse validum, quia defunctus scierit rem esse alienam: quisnam oneratur probatione, heres*ne* dicens ignorasse testatorem, an legatarius ajens eum scivisse? Et dicimus, legatarium probatione onerari, non vero heredem cogi *contrarium* demonstrare. Legatarius enim, quum actor sit, probatione merito oneratur.

§ 5. Titius a Primo mutuatus oppigneravit, sive opposuit ei pro debito, suum agrum. Titius moriens antequam debitum reddat, hunc mihi agrum legavit. Necesse habebit heres debitum Primo solvere, atque eum *a* pignore liberum mihi dare. Ast etiam hic eadem distinctio locum habet, quae et in praecedenti specie, quando aliena res legata fuit: tunc enim cogitur heres soluto debito legatum *a* pignore liberare, quum defunctus scivit rem esse oppositam: atque hoc Divi Severus et Antoninus rescripserunt. Si tamen defunctus volui, ut legatarius pignoris vinculo legatum liberaret, et hoc specialiter expressit, heres illud luere non debet.

§ 6. Rem tibi alienam legavi: supervivente me confectioni testamenti, tu legatarius illius rei factus es dominus. Quod ipsam quidem rem ab herede exigere non possis (quomodo enim, quae in tuo est dominio?) in confesso est: num ergo nec aestimationem ejus exigere poteris? Et oportet ita distinguere: si quidem ex emtione eam adeptus fuisti, *tu* agens adversus heredem ex testamento, hujus rei aestimationem accipies; sin autem ex donatione

donatione, vel ex alia simili causa, agere non potest. nam traditum est, *duas lucrativas causas in eundem hominem et in eandem rem concurrere non posse.* hac ratione, si ex duobus testamentis eadem res eidem debeatur, interest, utrum rem, an aestimationem ex testamento consecutus est: nam si rem, agere non potest, quia habet eam ex causa lucrativa, si aestimationem, agere potest.

§ 7. Ea quoque res, quae in rerum natura non est, si modo futura est, recte legatur, veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit.

§ 8. Si eadem res duobus legata sit, sive coniunctim, sive disiunctim: si ambo perveniant ad legatum, scinditur inter eos legatum; si alter deficiat, quia aut spreverit legatum, aut vivo testatore decesserit, aut alio quolibet modo defecerit, totum ad collegatarium pertinet. coniunctim autem legatur, veluti si quis dicat: *Titio et Seio hominem Stichum do lego;* disiunctim ita: *Titio hominem Stichum do lego, Seio Stichum do lego.* sed et, si expresserit, *eundem hominem Stichum,* aeque disiunctim legatum intellegitur.

---

ejus dominus es factus vel ex legato, non repetes aestimationem: propter regulam dicentem, *duas lucrativas causas in eumdem hominem et eamdem rem concurrere non posse.*

Hac ratione, si Primus et Secundus eamdem mihi rem legaverint posteaque obierint: quaerimus, an ab utriusque heredibus legatum exigere possim? Et dicimus, ei quidem ex unius testamento rem nactus fuerim, ex altero testamento non nanciscar, neque ipsam rem; quî enim, quum sub meo sit dominio? neque aestimationem; namque rem ex lucrativa causa nactus fui. Si autem ex uno testamento aestimationem prius accepi, ex altero sine impedimento rem petam.

§ 7. Non solum quae in rerum sunt natura, sed etiam quae non sunt, sed nasci sperantur, recte legamus: veluti fructus qui nascentur ex illo agro, vel quod nascetur ex illa ancilla.

§ 8. Si duobus quibusdam unam eamdemque rem legavero, sive conjunctim sive disjunctim, id est, complexim aut divisim, et ambo ad petitionem legati perveniant, in duas inter illos partes legatum scindetur: quod si alter defecerit, aut voluntate aut forte, (voluntate quidem, quoniam legatum repudiavit; forte autem, quoniam vivo obiit testatore; vel alio etiam quocumque defecit modo, forte enim civitate excidit) tunc totum legatum ad collegatarium pervenit.

Et *conjunctim* quidem est, si sic reliquero: Titio et Sejo Stichum servum do ac lego. *Disjunctim* autem sic: Titio Stichum servum do ac lego: Sejo Stichum servum do ac lego. Sed et si addidi, Sejo eumdem servum, itidem disjunctim legatum efficitur: dixi enim, Titio Stichum servum lego, Sejo

§ 9. Si cui fundus alienus legatus fuerit, et emerit proprietatem detracto usufructu, et ususfructus ad eum pervenerit, et postea ex testamento agat: *recte eum agere, et fundum petere* Iulianus ait, *quia ususfructus in petitione servitutis locum obtinet, sed officio iudicis contineri* [d]), *ut deducto usufructu iubeat aestimationem praestari.*

§ 10. Sed si rem legatarii quis ei legaverit, inutile legatum est, quia, quod proprium est ipsius, amplius eius fieri non potest; et, licet alienaverit eam, non debetur nec ipsa, nec aestimatio eius.

§ 11. Si quis rem suam quasi alienam legaverit, valet legatum: nam *plus valet, quod in veritate est, quam quod in opinione.* sed et si legatarii putavit, valere constat, quia exitum voluntas defuncti potest habere.

§ 12. Si rem suam legaverit testator, posteaque eam alienaverit, Celsus existimat, *si non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi,*

---

d) *continetur.*

---

eumdem servum lego. Adeoque conjunctio *et* adjecta, conjunctim legatum efficit: si autem non scripta sit *conjunctio et*, facit illud disjunctim.

§ 9. Titii agrum *tu* moriens mihi legavisti. Te adhuc vivente hunc agrum a Titio emi, deducto usufructu; id est, nudam accepi proprietatem, excepta utilitate, sed mansit apud Titium ususfructus: parvo tempore elapso obiit Titius, et exstinctus ejus morte ususfructus, quem *sibi* retinuerat, recucurrit ad proprietatem. Mortuo te, adversus heredem tuum ex testamento agere volo. Julianus ait, recte me per actionem personalem petere aestimationem proprietatis agri. Ususfructus enim heic loco servitutis est: sed officium est judicis, ut jubeat deducto usufructu heredem praestare aestimationem. Veluti, ager cum usufructu centum quinquaginta solidis valet, sed absque usufructu centum: ego igitur actionem instituo petens CL solidos: sed officium judicis efficit, ut solius proprietatis aestimationem accipiam, id est centum solidos. Nam absurdissimum *est*, me pretium ususfructus consequi, quia ususfructus ex causa lucrativa ad me pervenit.

§ 10. Legavit mihi aliquis meum agrum; inutile *est* legatum; meum enim amplius meum fieri non potest. Etiamsi maxime agrum alienavi, non debebitur mihi, neque ipse, neque ejus aestimatio.

§ 11. Titius erat dominus servi: hunc mihi legavit, putans *eum* esse Primi. Valet legatum; plus enim valet veritas quam opinio. Quod si meum legatarii illum esse servum suspicatus est, et sic nihilominus valet: utilem enim exitum habet legatum: nam et defunctus erat dominus, et ego non sum et sine impedimento dominium in me transferri potest.

§ 12. Rem tuam mihi legavisti: supervivens eam alienasti. Ait Celsus, si quidem, ut adimens et amicitiae erga me renuntians, illam alienasti, legatum mihi non deberi: si autem tale non habens consilium eam alienasti, (forte

idque divi Severus et Antoninus rescripserunt. iidem rescripserunt, *eum qui post testamentum factum praedia, quae legata erant, pignori dedit, ademisse legatum non videri, et ideo legatarium cum herede agere posse, ut praedia a creditore luantur.* si vero quis partem rei legatae alienaverit, pars, quae non est alienata, omnimodo debetur, pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

§ 13. Si quis debitori suo liberationem legaverit, legatum utile est: et neque ab ipso debitore, neque ab herede eius potest heres petere, nec ab alio, qui heredis loco est, sed et potest a debitore conveniri, ut liberet eum. potest autem quis vel ad tempus iubere, ne heres petat.

§ 14. Ex contrario, si debitor creditori suo, quod debet, legaverit, inutile est legatum, si nihil plus est in legato, quam in debito, quia nihil amplius habet per legatum. quodsi in diem vel sub condicione debitum ei pure legaverit, utile est legatum propter repraesentationem.

---

enim necessitas tibi imposita fuit publicorum vel privatorum debitorum, *tu*que auri indigens illam vendidisti:) exigam legatum ab herede tuo: atque hoc Severus et Antoninus rescripserunt.

Suum quis praedium mihi legavit: supervivens id oppigneravit. Ab iisdem rescriptum est imperatoribus, non videri oppignerantem animo adimentis legatum, hoc facere: unde legatarius heredem coget, soluto creditori debito, *a* pignore liberum praestare praedium, ac legatario dare.

Quod si quis qui agrum mihi legavit, supervivens ejus partem alienavit, pars quidem haud alienata mihi omnino debebitur: alienata autem tunc, quum amicitiae erga me non renuntians illam alienarit.

§ 13. Centum mihi solidos debebas; legavi tibi liberationem debiti, id est remissionem exactionis: valet legatum, et heres meus neque a te neque ab herede tuo petet, neque ab alio quodam, heredis obtinente locum; veluti a fideicommissario universali vel bonorum possessore. Sed etiam ex contrario adversus heredem meum ex testamento agere poteris, eumque cogere ut acceptilatione te liberet.

Non solum autem in perpetuum debiti exactionem debitori meo remittere possum, sed ad tempus quoque ac dicere, Damno te heres, ut ne ad decem annos usque debitum a debitore meo exigas.

§ 14. Quid autem, quum ex contrario moriens debitor, quod debebat debitum, creditori legavit? Quaerimus, an valeat? et dicimus, invalidum esse legatum, si nihil amplius est in legato. Si enim centum debens, centum legavit, non valet: itaque tamquam debitum petitur, et *lege* Falcidia locum habente, non deminuitur, ut cetera legata: sin centum et quindecim, valet propter adjectionem. Quum vero sola centum in legato sunt, non valet ideo, quod inutile est legatum.

Quod si tibi in diem debui: (forte enim stipulatus fuisti, me tibi daturum centum solidos post annos quindecim; aut debui tibi sub conditione, veluti

quodsi vivo testatore dies venerit, aut condicio extiterit, Papinianus scripsit, *utile esse nihilominus legatum, quia semel constitit.* quod et verum est: non enim placuit sententia existimantium, *extinctum esse legatum, quia in eam causam pervenit, a qua incipere non potest.*

§ 15. Sed si uxori maritus dotem legaverit, valet legatum, quia plenius est legatum, quam de dote actio. sed si, *quam non acceperit, dotem legaverit,* divi Severus et Antoninus rescripserunt, *si quidem simpliciter legaverit, inutile esse legatum; si vero certa pecunia, vel certum corpus, aut instrumentum dotis in praelegando demonstrata sunt, valere legatum.*

§ 16. Si res legata sine facto heredis perierit, legatario decedit. Et si servus alienus legatus sine facto heredis manumissus fuerit, non tenetur heres. si vero heredis servus legatus fuerit, et ipse eum manu-

---

si navis ex Asia venerit:) hoc tibi debitum pure legavi. Quaerimus, an valeat legatum? et dicendum est, valere illud propter repraesentationem, id est, quoniam hinc statim solvitur; lucratur enim creditor, hinc statim accipiens quod ei praestandum erat post decennium, aut post conditionis eventum: aut forte etiam non dandum fuerat, si conditio defecisset.

Quid autem in hoc legato, si contingat, vivo testatore qui debet, diem venire, aut conditionem exsistere? Ait Papinianus, utile nihilo secius esse legatum, quia ab initio valeat et lucrum in se habeat; quod et verum est: nec enim obtinuit sententia prudentum dicentium, exstinctum esse legatum, quoniam in eam devenerit causam, ex qua incipere non potuerit: ecce enim, veniente die aut exsistente conditione, purum deinceps debitum sub tempus mortis debitoris deprehenditur; sed si quis *quod* ab initio pure *debebatur,* legaverit, diximus legatum non valere: hic autem valet, quoniam constitit ab initio.

§ 15. Dotem ego ab uxore mea accepi: constante adhuc matrimonio moriens, dotem ei legavi. Valet legatum: plus enim lucratur mulier, petens res tamquam legata, quam tamquam ex dote; quoniam, ut discere poterimus, non simul *cum* dissolutione matrimonii dos semper redditur, sed legatum hinc statim solvitur. Quid igitur, si dotem non adeptus, uxori meae dotem legavero? Severus et Antoninus rescripserunt: si quidem simpliciter legavero, (dixi enim, Uxori meae dotem lego, quam mihi tradidit) inutile *est* legatum: nam mihi nihil tradidit, et incerta est quantitas. Sin vero certam memoravero quantitatem, et dixero, Centum aureos, quos dotis nomine mihi tradidit ei lego; aut forte etiam, Illum agrum quem mihi tradidit, ei lego; firmum *est* legatum: aut dixi etiam, Quae dotali instrumento continentur, ei lego; et sic legatum valet.

§ 16. Servum tibi legavi: sine facto aut sine dolo heredis mei hic servus obiit: inde damnum feret legatarius. Sed et si alienus erat legatus servus, et hic a domino sit manumissus, non ex voluntate heredis, vel mortuus sit idem, immunis *est* heres. Quod si heredis servum tibi legavi, ipse autem

miserit, teneri eum Iulianus scripsit, nec interest [e]), scierit, an ignoraverit, a se legatum esse. sed et, si alii donaverit servum, et is, cui donatus est, eum manumiserit, tenetur heres, quamvis ignoraverit, a se eum legatum esse.

§ 17. Si quis ancillas cum suis natis legaverit, etiamsi ancillae mortuae fuerint, partus legato cedunt. idem est, etsi ordinarii servi cum vicariis legati fuerint, et, licet mortui sint ordinarii, tamen vicarii legato cedunt. Sed si servus cum peculio fuerit legatus, mortuo servo, vel manumisso, vel alienato, et peculii legatum extinguitur. idem est, si fundus instructus vel cum instrumento legatus fuerit: nam fundo alienato et instrumenti legatum extinguitur.

---

e) *interesse.*

---

heres eum manumisit; teneri heredem ait Julianus ad aestimationis dationem: nobis haud distinguentibus, utrum scierit an ignoraverit, hunc servum a me *tibi* relictum esse. Idem est, et si ipse quidem servum non manumiserit, sed alii eum donaverit, et per donationem accipiens eum manumiserit: nam et heic illius aestimatio ab herede petetur, etiam si ignoraverit eum esse legatum.

§ 17. Propriam aliquis servam cum suis natis legavit: supervivente testatore obiit serva. In ipsa quidem exstinctum est legatum, sed in natis valet, neque una cum ipsa perimitur natorum legatum.

Meus servus vocatur Ordinarius: servi autem mei servus dicitur Vicarius. Quidam igitur habens servum Stichum dictum, qui vicarios habebat, ordinarium mihi legavit cum vicariis: evenit ut ordinarius moreretur; et hic legatum in ordinario deficiens, valet in vicariis.

Habe haec in modum praeviae contemplationis: sunt quaedam *principalia*, sed sunt etiam horum *accessiones*. Et quamdiu principalia valent, subsistunt quoque quae ex iis *censentur*: illis autem sublatis, et haec una exstinguuntur. Veluti, principale est servus, accessio autem est peculium ejus. Quamdiu servus exsistit, subsistit etiam peculium; sed servo vel mortuo, vel manumisso, vel alienato, peculium exstinguitur. Quî enim potest peculium exstare apud me, principali non exsistente? Rursus principale est ager, accessio autem instrumentum ejus. At instrumentum agri est, omne quod ad fructuum procreationem et collectionem et transportationem et conservationem pertinet. Ad procreationem, veluti servi agricolae, boves, aratra, ligones, et quaecumque hujusmodi: ad collectionem, falces atque his similia: ad transportationem, veluti plaustra, corbes, et his adfinia: ad conservationem, dolia, testae, lenticulae, et quaecumque hujusmodi.

Postquam haec tibi sunt praecognita, vide reliquum argumentum. Legavi tibi servum meum cum peculio ejus; testamenti confectioni supervivens, servum manumisi, vel alienavi eum, vel mori eum contigit: non solum in eo, sed in peculio quoque perit legatum; Principalibus enim non servatis, acces-

§ 18. Si grex legatus fuerit, posteaque ad unam ovem pervenerit, quod superfuerit, vindicari potest. *Grege autem legato, etiam eas oves, quae post testamentum factum gregi adiiciuntur, legato cedere*, Iulianus ait (est f) enim gregis unum corpus, ex distantibus capitibus, sicuti aedium unum corpus est, ex cohaerentibus lapidibus).

§ 19. *Aedibus denique legatis, columnas et marmora, quae post testamentum factum adiecta sunt, legato cedere* g).

§ 20. Si peculium legatum fuerit, sine dubio quicquid peculio accedit, vel decedit vivo testatore legatarii lucro, vel damno est. quodsi post mortem testatoris, ante aditam hereditatem, servus acquisierit, Iulianus ait, *si quidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne,*

---

f) *esse.* — g) *dicimus c.*, vel similia.

---

soria subsistere nequeunt. Idem est, et si agrum meum instructum legavero, sive cum instrumentis; sed supervivens hunc alienavero: nam et hic, quoniam instrumentum agri est accessio, legatum quoque instrumentorum exstinguetur.

§ 18. Gregem ovium meum tibi legavi; postea evenit, ut ad unam ovem grex totus recideret: potest legatarius relictam ovem petere.

Meum tibi gregem legavi, qui centum erat ovium; me supervivente evenit, ut subnatis aliis centum et quinquaginta *capitum* fieret: etiam hae post factum testamentum subnatae gregi adnumerantur; et legatarius omnes capiet, ut ait Julianus. Grex enim unum quoddam corpus est, ex diversis constans capitibus.

§ 19. Sicuti et domus unum corpus est, ex coadunatis lapidibus aut materiis constans. Itaque si domum tibi legavero, sed post testamentum columnas aut marmora adjunxero, etiam haec adjuncta capies.

§ 20. Servi mei peculium tibi legavi, substantiam habens decem aureorum: sive quindecim fiat sive quinque, me vivente, hoc te spectat legatarium, sive lucrum sit sive damnum.

Habe haec in modum praeviae contemplationis: *cessio* est legatorum nondum perceptorum ad heredes transmissio. Porro quod patrifamilias est heres, hoc servo est dominus: quod enim ego paterfamilias ante perceptionem ad meum heredem possum transmittere, hoc servus adquiret domino; quod autem cedere non potest, neque ad heredes transire, hoc dominis non adquiretur. At legata cedunt, postquam ad nos delata fuere: delatio autem est quum actio competit: atqui competit in puris quidem *legatis* a morte testatoris, in conditionalibus autem post conditionis eventum. Nam olim quidem legata cedebant ab adita hereditate: sed quum legatariis hoc esset damnosum, namque heredes videntes quosdam legatariorum periculose nonnunquam aegrotantes, differebant aditionem, ut ne iis legata competerent, neque ad heredes eorum transirent: ideo placuit, ut a morte testatoris cessio sive transmissio procederet; quia hoc tempus in heredis arbitrio non est situm. Sed hodieque

quod ante aditam hereditatem acquisitum est, legatario cedere, quia dies huius legati ab adita hereditate cedit; sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit. peculium autem, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur, quamvis, si vivus manumiserit, sufficit, si non adimatur; et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt. iidem rescripserunt, *peculio legato, non videri id relictum, ut petitionem habeat pecuniae, quam in rationes*

---

invenire licet quaedam legata, quae propter regularum circumstantiam, secundum *jus* antiquum cessionem ab adita hereditate recipiunt.

Postquam haec tibi sunt praecognita, vide reliquum argumentum: Stichi servi mei peculium legavi. Post mortem meam, ante aditionem, dictus Stichus quaedam adquisivit: haec igitur cujus erunt lucrum? utrum apud heredem manebunt, an dabuntur legatario? Et ait Julianus, si quidem ipsi Sticho, per testamentum manumisso, suum peculium sit legatum, omne quod ante heredis aditionem adquisivit, ipsi dabitur. Ob quam rationem, dicemus: quia hujus legati dies post heredis aditionem cedit; atqui si a morte testatoris cederet legatum, heredi competeret. Quae igitur varietatis ratio? scis cessionem esse legatorum nondum perceptorum ad heredes transmissionem: hic ergo Stichus legatum sibi peculium ad quem transmissurus erat ante aditionem? Ad heredes non poterat; servus enim heredem habere nequit: sed adquiret domino. Et quis ejus *est* dominus ante aditionem? Utique igitur cessionis expers manebit legatum. Post aditionem vero quia liber factus est, et heredem habere potest, recte et cessionem recipit legatum. En igitur casum, qui secundum jus antiquum hodie cessionem ab adita hereditate recipit: merito ergo, quoniam legatum ante cessionem auctum fuit, omnia etiam superadquisita ad Stichum legatarium perveniunt. Si autem extraneo cuidam Stichi servi peculium legavero, *quae* post meam mortem aditionem adquisita *fuere*, apud heredem manebunt: hujusmodi enim legatum a morte testatoris cedit. Haec autem dico, *quae* adquisita *sunt* post meam mortem, non dari legatario, nisi forte *haec* adquisita ex rebus principalibus, quae in peculio fuerunt, accesserint: veluti, ancilla erat in peculio, et peperit; ager, et inde fructus sunt nati.

Scire autem debes, manumissum in testamento servum non sequi peculium: si autem inter vivos cum manumisero, manumissus peculium capiet, nisi forte id specialiter ademero: hoc enim Divi Severus et Antoninus rescripserunt.

Meus autem servus in peculio non tantum habet, quaecumque ex qualibet causa adquirit, sed etiam si quid circa me dominum impenderit, hoc auget peculium. Veluti, habebat quis mille solidorum peculium, sed debebam ei centum solidos, quos circa me impenderat: erit peculium mille et centum solidorum. Si igitur hunc servum in testamento manumisero, et legavero ei peculium, in confesso quidem est capere eum mille solidos. Num igitur et centum, quae circa me impenderat? iidem Imperatores rescripserunt, eum non habere horum petitionem: nam quae in promtu sunt et in parato, videor ei legasse, non item quae circa rationes meas impendit.

dominicas impendit. iidem rescripserunt, *peculium videri legatum, cum rationibus redditis liber esse iussus est, ex eo reliquas* h) *inferre.*

§ 21. Tam autem corporales res quam incorporales legari possunt. et ideo et, quod defuncto debetur, potest alicui legari, ut actiones suas heres legatario praestet, nisi exegerit vivus testator pecuniam: nam hoc casu legatum extinguitur. sed et tale legatum valet: *damnas esto heres domum illius reficere*, vel *illum aere alieno liberare.*

§ 22. Si generaliter servus vel alia res legetur, electio legatarii est, nisi aliud testator dixerit.

§ 23. Optionis legatum, id est ubi testator ex servis suis vel aliis rebus optare legatarium iusserat, habebat in se condicionem, et ideo, nisi ipse legatarius vivus optaverat, ad heredem legatum non transmittebat. sed ex constitutione nostra et hoc ad meliorem statum reformatum est, et data est licentia et heredi legatarii optare, licet vivus

---

h) *reliqua.*

Quod si dispensatorem bonorum meorum in testamento manumisero sub hac conditione, si administrationis suae rationes reddiderit, peculium ei legare videor, et dicere, (ut iisdem placuit Imperatoribus) oportere eum ex peculio, quod legatum ipsi videtur, reliqua inferre. Unde enim, quum servus sit, debita exsoluturus erat, nisi ex peculio? ex quo, etiamsi vivens dominus reliqua ab eo exegisset, *ea* illaturus fuerat.

§ 21. Non modo res corporales, sed et incorporales legare possumus. Ideo si quis mihi centum debeat solidos, possum hanc adversus illum actionem alteri legare: cogiturque heres eam legatario cedere. Si autem *ego* testamento supervivens debitum exegerim, exstinguitur legatum. En igitur, hic incorporale est relictum: legata enim est actio.

Valet legatum sic relictum: Damno te heres, illius domum renovare, aut Titium liberare debitis, quibus tenetur.

§ 22. Generaliter quis legavit servum aliamve rem, dicens: *do ac lego huic servum*, aut *do ac lego illi equum.* Quaerimus, utri detur electio, utrum heredi, ut tradat quem velit; an legatario, ut capiat quem ei placuerit? Et dicimus, legatarium habere electionem, nisi testator contrarium specialiter dixerit.

§ 23. Optionis sive electionis legatum, id est ubi defunctus ex propriis servis, aut propria veste vel libris, legatarium jussit eligere, conditionem in se habet: unde, nisi legatarius ipse vivus elegerit, sed ante electionem obierit, legatum ad ejus heredem non transit, propter regulam dicentem, Legatum conditionale, mortuo legatario ante conditionis eventum, ad heredes non transit.

Optio autem sive electio est, quando testator sic dixit: *optato Titius de familia mea servum unum.* Sed haec quidem olim: constitutio autem sanctissimi Imperatoris nostri hoc in melius transformavit; nam et heredi legatarii licentiam dedit servum eligendi, quem legatarius superstes non elegit.

legatarius hoc non fecit. et diligentiore tractatu habito, et hoc in nostra constitutione additum est, *ut, sive plures legatarii existant, quibus optio relicta est, et dissentiant in corpore eligendo, sive unius legatarii plures heredes, et inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente, ne pereat legatum (quod plerique prudentium contra benivolentiam introducebant), fortunam esse huius optionis iudicem, et sorte esse hoc dirimendum, ut, ad quem sors perveniat, illius sententia in optione praecellat.*

§ 24. Legari autem illis solis potest, cum quibus testamenti factio est.

§ 25. Incertis vero personis neque legata, neque fideicommissa olim relinqui concessum erat: nam nec miles quidem incertae personae poterat relinquere ut divus Hadrianus rescripsit. incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat, veluti si quis ita dicat: *quicumque filio meo in matrimonium filiam suam dederit* [i]), *ei heres meus illum fundum dato;* illud quoque, quod his

---

i) *d. id est collocaverit.*

Diligentissime autem illud tractans, et hoc suae addidit constitutioni: quia enim olim duobus quibusdam aut etiam pluribus relicta optione, si eveniret ut circa electionem non consentirent, sed alius Stichum eligeret, alius Pamphilum, secundum nonnullos Jurisconsultorum interim legati petitio cessabat, donec consensissent; secundum alios autem dissensu *eorum* exstinguebatur: jussit in eadem constitutione, sive unius legatarii multi sint heredes, qui circa electionem non consentiunt, sive multi sint legatarii, qui non eumdem eligunt servum, neque consentiunt, legatum non perimi, licet prudentum plurimis hoc visum non sit, adversantibus ei quod bene se habet, *(id est, aequitati;)* sed hujusmodi optionem sive electionem fortunae permittere, et inde judicium opperiri: forte enim sive alea jacta, cui hoc fors praebuerit, eum habere *jussit* optionem sive electionem, atque alios collegatarios vel coheredes ei obsequi, illumque *servum* capere, quem elegerit *is qui* sorte honoratus *fuit.*

§ 24. Iis autem solis legare possumus, cum quibus testamenti habemus factionem.

§ 25. Incertis personis neque legata neque fideicommissa relinquere licet. Neque hoc solum in paganis obtinet, sed nec militibus permissum est, uti Divus Adrianus rescripsit.

Incerta autem persona est, quam incerto judicio testator sibi proposuit, de qua interrogatus nihil perspicui dicere potest: veluti, si quis ita dixerit, Quicumque filio meo suam filiam nuptum desponderit, ab herede meo illum agrum accipiat. Aut sic: Primis post obitum meum designatis consulibus, heres meus decem aureos dato: et hic incerta est persona; incertum enim est, quis filiam

relinquebatur, *qui post testamentum scriptum primi consules designati erunt*, aeque incertae personae legari videbatur; et denique multae aliae huiusmodi species sunt. libertas quoque non videbatur posse incertae personae dari, quia placebat nominatim servos liberari. tutor quoque certus dari debebat k). sub certa vero demonstratione, id est ex certis personis incertae personae, recte legabatur, veluti: *ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiam meam uxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato.* incertis autem personis legata vel fideicommissa relicta et per errorem soluta repeti non posse, sacris constitutionibus cautum erat.

§ 26. Postumo quoque alieno inutiliter legabatur: est autem alienus postumus, qui, natus, inter suos heredes l) testatoris futurus non est; ideoque ex emancipato filio conceptus nepos extraneus erat postumus avo.

§ 27. Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione derelicta, cum in nostro codice constitutio posita est, per quam et huic parti medevimus m), non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis et fideicommissis; quod evidenter ex ipsius constitutionis lectione cla-

---

k) def. *tut ... deb.* — l) *heredes heres; heres.* — m) *medebimur, medebitur, medemur.*

---

suam testatoris filio nuptum daturus sit, vel quis designandus sive creandus sit consul post testamentum: namque testator de eo interrogatus nihil perspicui dicere possit. Et alios autem multos casus excogitare possumus.

Sed et libertas incertae personae relicta inutilis est: placuit enim servos nominatim in testamento manumitti.

Sub certa autem demonstratione incertae personae valide lego. Veluti si dixero: Ex cognatis qui nunc mihi sunt, si quis filiam meam in matrimonium accipiat, ab herede meo illam rem accipito. Heic enim persona quidem est incerta, sed demonstratio, id est universitas, certa: dixi enim, ex cognatis qui mihi nunc sunt; hic autem numerus certus est.

Incertae personae legatum reliqui, patet subsistere non posse, *quod* relictum *est:* si autem per errorem heres hoc solvit, repetere non poterit: nam hoc sacris continetur constitutionibus.

§ 26. Postumus alienus similis est personis incertis: ideo inutiliter iis legamus. Alienus vero postumus est ille, qui natus non sit suus heres: ergo nepos ex filio meo emancipato conceptus ac natus, extraneus mihi postumus erit.

§ 27. Sed omnia haec secundum *jus* antiquum. Constitutio autem Imperatoris nostri, in ipsius Codice posita, omne hoc de incertis *personis* mirabiliter correxit, non modo in hereditatibus, sed in legatis quoque et in fideicommissis: clarissime autem dicta constitutio, si legatur, se ipsa ostendit. ed tutor incertus neque ex praedicta constitutione dari poterit; debet enim

rescit. tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet, quia certo iudicio debet quis pro tutela suae posteritati cavere.

§ 28. Postumus autem alienus heres institui et antea poterat, et nunc potest, nisi in utero eius sit, quae iure nostro uxor esse non potest.

§ 29. Si quis in nomine, cognomine, praenomine [n]) legatarii erraverit testator, si de persona constat, nihilominus valet legatum; idemque in heredibus servatur, et recte: nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si quolibet alio modo intellegantur, nihil interest.

§ 30. Huic proxima est illa iuris regula, *falsa demonstratione legatum non perimi.* veluti si quis ita legaverit, *Stichum servum meum*

---

n) Addunt *agnomine.*

---

manifestus esse: namque oportet testatorem suis liberis tutorem perspicue relinquere. Inutilis igitur erit tutoris datio, si testator dixerit: Filii mei tutor esto, qui primus venerit ad meas exsequias.

§ 28. Alienus postumus heres scribi poterat et olim, et nunc sine impedimento scribetur: nisi forte in ejus mulieris utero sit, quam legitime uxorem habere non possum.

§ 29. Ad demonstrationem personarum propositarum multas commenti sunt prisci adpellationes. Est enim *nomen,* id est nomen praecipuum, veluti Titius. *Cognomen,* singulare et proprium, quod a vituperio aut ab laude sumitur: a vituperio, veluti Superbus; ab laude, veluti Pius. Est et *praenomen,* id est gentile: hoc autem adsumitur vel a majoribus, vel a benefactoribus. A majoribus, veluti si quis Achillem nominet Aeaciden: a benefactoribus, quemadmodum videmus provinciarum praesides propriae adpellationi praeponere eorum nomina, per quos facti sunt *praesides:* veluti Strategium aut Constantinum. Si quis igitur legator circa nomen legatarii erravit, et quum oporteret dicere Titium, dixit Sejum, atque erravit circa nomen: aut circa cognomen; quum enim dicere oporteret Superbus, dixit Pius: aut circa praenomen; quum enim dicere oporteret Stategius, dixit Primus: quaerimus an legatum sit inutile? Et dicimus, si constet de quo cogitaverit, nihilominus valet legatum. Idem et in heredibus servatur: nam si quem heredem scribens erravero circa unum aliquod dictorum *nominum,* non infirmatur inde institutio. Et merito: nomina enim propter designationem hominum inventa sunt: si autem ex alio qualicumque modo persona proposita deprehendi possit, nullum erit discrimen neque damnum ex errore in nomine.

§ 30. Huic rationi convenit illa regula dictitans: *falsa demonstratio legatum non perimit.* Scire enim debes, legatis accedere interdum demonstrationem,

vernam do lego; licet enim non verna, sed emptus sit, de servo tamen constat, utile est legatum. et convenienter, si ita demonstraverit, *Stichum servum, quem a Seio emi,* sitque ab alio emptus, utile est legatum, si de servo constat.

§ 31. Longe magis legato falsa causa non nocet. veluti cum ita quis dixerit, *Titio, quia absente me negotia mea curavit, Stichum do lego;* vel ita, *Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego:* licet enim neque negotia testatoris unquam gessit Titius, neque patrocinio eius liberatus est, legatum tamen valet. sed si condicionaliter enuntiata fuerit causa, aliud iuris est, veluti hoc modo: *Titio, si negotia mea curaverit, fundum do lego.*

§ 32. An servo heredis recte legamus, quaeritur. et constat, pure inutiliter legari, nec quicquam proficere, si vivo testatore de potestate

---

interdum causam. *Demonstratio* autem est rei quae legatur designatio: veluti, legavit quis ita dicens: Stichum servum meum domi natum lego Titio: utile *est* legatum, etsi Stichus domi *meae* natus non est, sed ex emtione eum habui. Vel etiam sic dixi: Stichum servum, quem de Sejo emi, lego Titio; hunc autem mercatus fui de Primo: et sic legatum *est* utile, propter dictam regulam dicentem, Falsa demonstratio legatum non perimit

§ 31. Sed et ficta causa legato adjecta, non infirmat legatum. *Causa* autem est, significatio rationis propter quam legatur. Veluti, legavit quis ita: Do ac lego Titio Stichum servum meum, quoniam absente me mea administravit negotia. Aut sic: Servum lego Titio, quoniam per ejus patrocinium capitis crimine liberatus fui. Licet enim maxime Titius negotia mea haud administrarit, neque per ejus patrocinium capitali discrimine liberatus sim, validum *est* legatum propter regulam dicentem: Falsa causa legatum non perimit. Si tamen conditionaliter causam enuntiavi, causa vero falsa invenitur, legatarius nihil accipiet. Dixi enim sic: Titio lego agrum, si quidem mea administravit negotia. Nam si administravit, accipiet tamquam conditione eventum sortita: sin autem non administravit, tamquam conditione deficiente, hoc modo nulla legatario dabitur actio.

§ 32. Habe haec in modum praeviae contemplationis: Quando in unam atque eandem personam jura actoris et rei incidunt, facta hoc modo confusio actionem exstinguit: nemo enim adversus se judicium movere potest. Et illud rursus scire debes, *quod* paullo ante dictum *est,* delationem *in* legatis quidem puris esse testatoris mortem, *in* conditionalibus autem conditionis eventum. Postquam tibi haec sunt praecognita, vide reliquum argumentum. Moriens aliquis heredem me instituit; postea Sticho servo meo legatum a me reliquit. Quaerimus, an legatum recte sit relictum, quoniam in unam personam jura actoris et rei concurrunt: ego enim reus sum qua heres; ego rursum actor qua dominus. Quoniam igitur in me jus rei atque actoris concurrit, confunditur actio.

heredis exierit, quia, quod inutile foret legatum, si statim post factum testamentum decessisset testator, hoc non debet ideo valere, quia diutius testator vixerit. sub condicione vero recte legatur, ut requiramus, an, quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.

§ 33. Ex diverso, herede instituto servo, quin domino recte etiam sine condicione legetur, non dubitatur. Nam et, si statim post factum testamentum decesserit testator, non tamen apud eum, qui heres sit, dies legati cedere intellegitur, cum hereditas a legato separata sit, et possit per eum servum alius heres effici, si prius, quam iussu domini adeat, in alterius potestatem translatus sit, vel manumissus ipse heres

---

Sed prudentium quidam dicunt, spectandam esse delationem, id est, quum legati actio competit: et, si quidem eo tempore inter se sunt distinctae personae heredis ac legatarii, (forte enim vivo testatore Stichum servum meum manumisi vel alienavi) quoniam personae sunt discretae, valet illud: sin autem mortis testatoris tempore invenior ego servum eumdemque legatarium in potestate habens, exstinctum est legatum propter dictam rationem. Haec, si pure relictum est: sed si conditionaliter, non jam spectamus testatoris mortem, sed conditionis eventum. Et, si quidem exsistens conditio Stichum vel liberum invenit, vel alîus servum, validum *est* legatum: si vero illa adveniente in mea invenitur potestate, invalidum *est* legatum. Haec quidem nonnulli: quod autem obtinuit, sic *se* habet.

Namque in conditionalibus verum est quod proposuimus, spectandum esse conditionis eventum: ast in puris simul cum scriptura legatum est inutile, propter regulam Catonis dicentem: Omnia legata, quae inutilia erant futura, si confestim post testamenti confectionem testator obiisset, ea haud ideo confirmari, quod ei contigerit longum tempus supervivere testamenti confectioni, ita ut occasio data sit heredi Stichum servum suum vel alienare vel liberare: nam si testator simul ac testamentum fecit, mortuus fuisset, futurum erat ut servus in heredis potestate inveniretur.

§ 33. Quid autem, quum e contrario moriens quis meum servum instituit heredem, et legatum mihi ab illo reliquit? Hic citra omnem controversiam valet *quod* relictum *est*. Nam et si post testamenti confectionem testator statim obiisset, non cessurus erat apud heredem legati dies: supra enim, ubi dominus erat heres, servus autem legatarius, legatum in servum delatum statim adquirebatur domino: sed in hac specie dici nequit, legatum in dominum delatum adquisitum esse servo, scripto heredi: hic enim hereditas a legato separata est, atque alius per hunc Stichum heres potest fieri. Si enim antequam adire hereditatemque mihi adquirere jussero, in alterius potestatem transierit, novo domino hereditatem adquirit: sin vero manumissus sit, ipse adiens sibi hereditatem adquirit: et in his casibus utile erit legatum; discreta est enim persona heredis et legatarii: namque potero adversus manumissum et adeuntem, aut adversus novum dominum agens, legatum petere: sin autem

efficitur: quibus casibus utile est legatum; quodsi in eadem causa permanserit, et iussu legatarii adierit, evanescit legatum.

§ 34. Ante heredis institutionem inutiliter antea legabatur, scilicet quia testamenta vim ex institutione heredum accipiunt, et ob id veluti caput atque fundamentum intellegitur totius testamenti heredis institutio. pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari poterat. Sed quia incivile esse putavimus, ordinem quidem scripturae sequi (quod et ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum), sperni autem testatoris voluntatem: per nostram constitutionem et hoc vitium emendavimus, ut liceat, et ante heredis institutionem, et inter medias heredum institutiones, legatum relinquere, et multo magis libertatem, cuius usus favorabilior est.

§ 35. Post mortem quoque heredis aut legatarii simili modo inutiliter legabatur: veluti si quis ita dicat, *cum heres meus mortuus erit, do lego;* item, *pridie, quam heres aut legatarius morietur.* sed simili

---

manens adhuc in potestate mea jusso meo adierit, evanescit legatum; ego enim et legatarius ex scriptura, et heres ex adquisitione invenior.

§ 34. Ante heredis institutionem inutiliter legamus: et merito, quia testamenta vim capiunt ex heredum institutione. Ideo tamquam caput ac fundamentum totius testamenti heredis institutio esse intelligitur. Itaque quod ante heredis institutionem relinquitur, extra testamentum esse videtur. Eadem ratione neque libertas ante institutionem dari potest.

Sed quoniam absurdum esse putavit sanctissimns Imperator noster, nos ordinem quidem scripturae in testamento servare, quod et ab ipsis reprehensum est antiquis, morientium autem voluntatem negligere, fecit constitutionem, per quam praesens quoque vitium correxit, ut liceat et ante heredis institutionem, et inter medias heredum institutiones, legatum multoque magis libertatem relinquere, quae libertas summo dignata fuit studio. Et ante heredis quidem institutionem, veluti si dixero testamentum sic incipiens: Lego illi centum solidos; aut, Ille liber esto; et postea subjunxero, Ille mihi heres esto. Inter medias heredum institutiones est, quando dico: Ille mihi heres esto in sex uncias, Lego illi et illi centum solidos; aut, Stichus servus liber esto; et postea subjungo: et alterum heredem in alterum semissem.

§ 35. Post mortem heredis vel post mortem legatarii legatum inutiliter relinquitur. Veluti, si quis dicat: Post mortem heredis lego illi centum solidos. Utique enim, quamdiu heres superest, legatum haud petitur: post ejus autem mortem neque ab herede exigetur, propter regulam dicentem, Actio adversum nos non coepta adversus heredes nostros non transit. Idem quoque *est* in legatario. Si enim dixero: Primo lego centum solidos, postquam obierit, consistere nequit legatum. Nec enim ipse petere potest propter verba testatoris; neque heres ejus propter regulam dicentem, Actio a nobis non coepta ad heredes nostros non transit.

modo et hoc correximus, firmitatem huiusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinem praestantes, ne vel in hoc casu deterior causa legatorum, quam fideicommissorum inveniatur.

§ 36. Poenae quoque nomine inutiliter legabatur et adimebatur vel transferabatur. poenae autem nomine legari videtur, quod coërcendi heredis causa relinquitur, quo magis is aliquid faciat, aut non faciat: veluti si quis ita scripserit, *heres meus, si filiam suam in matrimonium Titio collocaverit* (vel ex diverso, *si non collocaverit*), *dato decem aureos Seio,* aut si ita scripserit, *heres meus, si servum* o) *Stichum alienaverit* (vel ex diverso, *si non alienaverit*), *Titio decem aureos dato.* et in tantum haec regula observabatur, ut perquam pluribus principalibus constitutionibus significetur, nec principem quidem agnoscere,

---

o) *s. meum.*

Item legatum Pridie quam heres aut legatarius morietur, inutile est. Veluti, si dicam: Pridie quam moriturus est heres meus, aut quam moriturus est Titius, centum solidos Titio lego. Incertus enim *est* dies pridianus ante mortem: nam post mortem tunc ad praeteritum recurrentes dicimus, hesternus dies fuit pridie mortem: et quia ex morte cognoscitur, rursus in *legatum* post mortem incidit.

Sed etiam haec eâdem emendatione dignatus est sanctissimus Imperator noster, robur praebens his ita relictis, ad similitudinem fideicommissorum. Namque fideicommissa sic relicta veteres recipiebant, damnantes legata. Itaque nulla in his differentia est legatorum et fideicommissorum: utraque enim valent.

§ 36. Etiam legatum poenae nomine relictum aut ademtum aut translatum consistere nequit. *Poenae nomine* legari videtur, quod puniendi heredis causa relinquitur, quo magis quid faciat aut non faciat. Quum enim multi morientes quaedam fieri juberent ab heredibus, atque iis per vim modum quemdam praescriberent, secundum quem eos *vivere* et agere oporteret, et postea heredes impune has voluntates negligerent: ideo homines videntes jussa sua negligi, deinceps invenerunt poenam pecuniariam, per quam heres cogebatur facere quid, etiam adversus *animi* propositum. Atqui dicamus exempli ergo legatum poenae nomine. Veluti, Ille mihi heres esto, sed filiam suam in matrimonium dato Titio, aut ex contrario, Ne dato: Quod si meae voluntati adversetur, Sejo decem solidos dato. Vel etiam sic: Heres meus, si servum meum Stichum alienaverit, aut ex contrario, Non alienaverit, Titio decem solidos dato: non valet legatum ob duas rationes. Primo quidem, quia Lex odit legatum in arbitrio heredis positum; hic autem penes ipsum est debere et non debere: nam si impleverit a testatore dicta, nihil solvit: sin adversetur, obligatus erit legatario. Deinde legata *ex* benevolentia et amore erga legatarium relinquenda sunt, non *ex* odio heredis.

quod ei poenae nomine legatum sit. nec ex militis quidem testamento talia legata valebant, quamvis aliae p) militum voluntates in ordinandis testamentis valde observantur. quin etiam nec libertatem poenae nomine dari posse placebat. eo amplius nec heredem poenae nomine adiici posse, Sabinus existimabat, veluti si quis ita dicat, *Titius heres esto, si Titius filiam suam Seio in matrimonium collocaverit, Seius quoque heres esto:* nihil enim intererat, qua ratione Titius coërceatur, utrum legati datione, an coheredis adiectione. Sed huiusmodi scrupulositas nobis non placuit, et generaliter ea, quae relinquuntur, licet poenae nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alios translata, nihil distare a ceteris legatis constituimus, vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo; exceptis his videlicet, quae impossibilia sunt, vel

---

p) *alias.*

In tantum vero haec regula dicens, inutilia esse legata poenae nomine relicta, obtinet, ut multae etiam constitutiones Imperatoriae sint, quibus declaratur neque Principem sustinere legatum poenae nomine relictum accipere. Sed neque testamentum militare novit validum esse legatum poenae nomine relictum: etsi alioquin maxime militum voluntates in testamentis tamquam leges valent. Immo nec libertas poenae nomine relicta robur habet; neque heredem poenae nomine valide quis scribit, ut Sabinus ait. Veluti, si quis ita dicat: Titius heres mihi esto, si filiam suam Sejo in matrimonium daturus est: si vero Titius filiam suam Sejo in matrimonium non dederit, coheres illi esto Sejus: inutilis *est* Seji institutio. Sicut enim legati datio heredem molestia adficit, ita et coheredem accepisse, ei nocet; nam semis hereditatis aufertur.

Sed hujusmodi rigorem sanctissimus Imperator noster, ipsi haud placitum, generali constitutione sustulit, dicens: Etsi poenae nomine quaedam relinquantur aut adimantur aut in alios transferantur, ea non distare a legatis reliquis, in quibus citra poenam datio aut ademtio aut translatio est: exceptis scilicet illis, quae aut impossibilia aut legibus vetita aut aliter probrosa sive ignominiosa sunt. Nam hujusmodi testatorum dispositiones obtinere, a religiosis imperii sui temporibus alienum esse sanxit. Et quidem impossibile *est*, veluti si dicam: Do ac lego Titio centum solidos, si in coelum adscenderit; sin autem non adscenderit, lego ea Primo: hic enim capiet Titius. Vel etiam sic dixi: Titio centum solidos lego, si adulteraverit hanc illius uxorem; sin autem non adulteraverit, lego ea Primo: et hic capiet Titius. Aut sic: Titio centum solidos lego, si matrem suam verberaverit: sin autem non, centum solidos do Primo. Vel adimo etiam sic: Quod si in coelum non adscenderit, aut hanc illius uxorem non adulteraverit, aut matrem suam non verberaverit, centum illi solidos non lego. Invalida *est*

legibus interdicta, aut alias probrosa: huiusmodi enim testatorum q) dispositiones valere, secta temporum meorum non patitur.

TITULUS VICENSIMUS PRIMUS.

DE ADEMPTIONE a) LEGATORUM.

Ademptio legatorum, sive eodem testamento adimantur, sive codicillis, firma est, sive contrariis verbis fiat ademptio, veluti si, quod ita quis legaverit, *do lego*, ita adimatur *non do non lego*, sive non contrariis, id est b) aliis quibuscumque verbis.

§ 1. Transferri quoque legatum ab alio ad alium potest, veluti si quis ita dixerit, *hominem Stichum, quem Titio legavi, Seio do lego*, sive in eodem testamento, sive in codicillis hoc fecerit. quo casu simul Titio adimi videtur, et Seio dari.

---

q) *testamentorum.*

a) *a. et translatione.* — b) *sed.*

---

enim ademtio, sicuti in praecedenti specie translatio. Si vero neque impossibilia sunt, *quae* legatario injuncta *sunt*, neque legibus contraria, neque ignominiosa, quae dicuntur probrosa, tunc et poenae nomine facta datio et ademio et translatio valet.

DE ADEMTIONE LEGATORUM.

TITULUS XXI.

Et in eodem testamento legatorum ademtionem facere licet et in codicillis: *est*que indifferens, sive contrariis verbis ademtio fiat: Quum enim dixi, Titio centum solidos do ac lego; deinde in eodem testamento paulo post, aut in codicillo, addito *non*, [dixi, Titio centum solidos non do, nec lego] vel si dicam: Quae dari jussi Titio centum solidos, non do nec lego. Ecce haec contraria dicuntur: per quae enim *verba* dedi, per eadem adimo, addens *non*: nam *do* contrarium *est illi non do*. Sed etsi aliis verbis *fiat*, et sic valet. Quum enim dixi, Titio centum solidos lego; deinde dico, Nolo Titio centum solidos dari.

Possumus quoque transferre ab alio in alium: veluti, Stichum servum meum Titio reliqui; possum ita dicere: Stichum, quem Titio legaveram, lego Sejo. Et hoc in eodem testamento aut in codicillis possum dicere. Translatio autem tacitam in se ademtionem habet: quod enim legatum a Titio transfero in Sejum, hoc tacite Titio adimo.

TITULUS VICENSIMUS SECUNDUS.

DE LEGE FALCIDIA.

Superest, ut de lege Falcidia dispiciamus, qua modus novissime legatis impositus est. Cum enim olim lege duodecim tabularum libera erat legandi potestas, ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare (quippe ea lege ita cautum esset: *uti* [a]) *legassit suae rei, ita ius esto*): visum est hanc legandi licentiam coartare, idque ipsorum testatorum gratia provisum est, ob id, quod plerumque intestati moriebantur, recusantibus scriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro hereditates adire. et cum super hoc tam lex Furia, quam lex Voconia latae sunt, quarum neutra sufficiens ad rei consummationem videbatur: novissime lata est lex Falcidia, qua cavetur, ne plus legare liceret, quam dodran-

a) *u. quisque.*

DE LEGE FALCIDIA.

TITULUS XXII.

Exinde necesse *est* dicere de lege Falcidia, per quam legatis ad ultimum modus est impositus. Olim enim licebat totum patrimonium per legata exhaurire, vel etiam fere totum, permittente hoc *lege* XII Tabularum, quae ait: *uti quisque legassit suae rei, ita jus esto:* id est, utcumque quis legaverit vel disposuerit de suo patrimonio, illud Lex esto. Sed postea placuit, hanc legandi licentiam contrahere, atque hoc pro testatoribus *ipsis* inventum est, quoniam ut plurimum intestati moriebantur testatores, scriptis heredibus aditionem recusantibus, quia nullum aut minimum iis inde lucrum adveniebat.

Et lata est post illa *lex Furia*, quae sanciebat non licere cuiquam legare ultra mille nummos. Si vero quis relictam quantitatem majorem accepisset, quadruplum ejus quod supererat, restituebat. Veluti, si mille ducentos accepisset nummos, reddebat quadruplum ducentorum, id est octingentos. Sed facile haec lex eludebatur: nam si quis patrimonium habens quinquies mille nummorum, legatariis quinque millenos legaret *nummos*, nihil in legem offendebat: et heres rursus cernebatur hereditatem repudiare, quod nullum haberet lucrum, atque ita rursus subvertebantur testamenta.

Verum tertio loco lata est *lex Voconia*, quae sanxit, ne legatarius plus caperet quam heres; sed et haec facile subverti poterat. Nam si quis centum nummorum patrimonium habens me instituisset heredem, et nonaginta novem legatariis singulum cuique nummum legasset, neque legem transgrediebatur, et rursus locum repudiationi praebebat. Propter unum enim nummum non sustinebat heres universae hereditatis onera subire.

tem totorum bonorum, id est, ut, sive unus heres institutus esset, sive plures, apud eum eosve pars quarta remaneret.

§ 1. Et cum quaesitum esset, duobus heredibus institutis, veluti Titio et Seio, si Titii pars aut tota exhausta sit legatis, quae nominatim ab eo data sunt, aut supra modum onerata, a Seio vero aut nulla relicta sint legata, aut quae partem eius dumtaxat in partem dimidiam minuunt, an, quia is quartam partem totius hereditatis aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quae ab eo relicta sunt, retinere liceret? placuit, ut quartam partem suae partis salvam habeat [b]): etenim in singulis heredibus ratio legis Falcidiae ponenda est.

§ 2. Quantitas autem patrimonii, ad quam ratio legis Falcidiae redigitur, mortis tempore spectatur. itaque si verbi gratia is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habebat, centum aureos legaverit, nihil legatariis prodest, si ante aditam hereditatem per servos heredita-

---

b) *ut .. h. pl. posse retinere; p. u. h. posse retinere.*

Ad postremum igitur lata est lex *Falcidia*, quae defuncti patrimonium in duodecim divisit uncias, et sanxit non licere cui plus novem unciis totius patrimonii legare, sive unus sit heres scriptus, sive plures; sed quadrantem patrimonii manere *jussit* apud heredem vel heredes.

§ 1. Quidam habens patrimonium quadringentorum solidorum, duos heredes Titium et Sejum ex aequo instituit: legavit autem nominatim a Titio dicens, Damno te o Titi, illi et illi dare res valentes ad ducentos solidos: ast a Sejo vel nihil legavit specialiter, vel tantum legavit, quantum ad semissem institutionis ejus facit, seu ad solidos centum, *ita* ut centum ei solidi relinquerentur integri. Aderant legatarii cum Titio agentes, eumque integra legata poscentes. Sed is vel nihil reliquum habens post legatorum detractionem, vel paucissima, volebat institutionis suae quadrantem retinere, id est solidos quinquaginta. Opponebant legatarii dicentes, testatorem legi Falcidiae satisfecisse, neque enim ultra dodrantem exhausisse patrimonium legatis: Titius vero (ut dictum est) suae institutionis quadrantem retinere aequum censebat. Exorta igitur hujusmodi quaestione placuit, ut unusquisque suae institutionis quadrantem retineret: neque, quia apud Sejum integer est semis aut quadrans, ideo Titius prohibebitur suae institutionis retinere quadrantem: unum enim quemque heredem oportet suae institutionis quadrantem habere.

§ 2. Quum vero diximus, quadrantem bonorum defuncti integrum heredi esse servandum, quonam tempore quantitatem bonorum defuncti spectari oportet quanta sit? utrum mortis tempore, an tempore aditionis? Et placuit potius tempus mortis testatoris spectari. Itaque aditionem usque, sive quod damnum et deminutio rerum accidit, sive patrimonium crevit, hoc legatariis, quantum ad Falcidiam, neque nocet neque prodest, sed utriusque, deminu-

rios, aut ex partu ancillarum hereditariarum, aut ex fetu pecorum tantum accesserit hereditati, ut, centum aureis legatorum nomine erogatis, heres quartam partem hereditatis habiturus sit, sed necesse est, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur. ex diverso, si septuaginta quinque legaverit, et ante aditam hereditatem in tantum decreverint bona incendiis forte, aut naufragiis, aut morte servorum, ut non amplius quam septuaginta quinque aureorum substantia, vel etiam minus, relinquatur, solida legata debentur [c]). nec ea res damnosa est heredi, cui liberum est non adire hereditatem: quae res efficit, ut necesse sit legatariis, ne, destituto testamento, nihil consequantur, cum herede in portionem pacisci.

§ 3. Cum autem ratio legis Falcidiae ponitur: ante deducitur aes

---

c) *dentur.*

---

tionis scilicet et augmenti, eventum heres agnoscet. Veluti in *hac* specie: Habebat quis patrimonium centum solidorum; legavit solidos C, manifestumque *est*, heredem ex *L.* Falcidia posse retinere XXV, id est quadrantem. Dilata *autem* aditione, contigit ut per servos hereditarios hereditati quaedam adquirerentur: *namque* vel ancillae pepererunt, vel animalium fetura nata est, et tantum hereditati accessit augmentum, ut heres quartam posset habere, neque Falcidiae indigeret. Sed quoniam placuit tempus mortis spectari, atque tunc Falcidia competebat, facta interum bonis accessio heredem juvat. Hic enim ipse nihilominus quadrantem solidorum C retinebit, extrinsecus in lucro habens quae accesserunt.

Tractemus autem hoc et ex contrario. Quidam centum solidorum patrimonium habens legavit LXXV, et manifestum *est*, heredem non indigere retentione ex *L.* Falcidia, quum quartam ex testatoris voluntate habeat. Sed post mortem ejus, ante aditionem, facto domus hereditariae incendio, vel naufragio facto, res hereditariae perierunt, vel servi hereditarii mortui sunt, ita ut hereditas solidis XXV deminueretur, atque ad solidos LXXV aut etiam ad pauciores, id est ad LXX, deveniret: heres adiens integra cogitur legata solvere; nam tempore mortis testatoris ex voluntate illius quartam habebat, neque indigebat Falcidiae auxilio. Itaque in hujusmodi specie nihil lucratur, aut interdum etiam damnum patitur. Neque *vero* indignetur: licebat enim ei hoc effugere damnum non adeunti: atque hoc legatarios, scientes sibi nihil ex legatis datum iri, illo hereditatem repudiante, coëgisset cum herede pacisci, ut ipsi aliquam relictorum legatorum partem acciperent: et quod Falcidia non tribuebat, hoc heredis fictio *et commentum* praebuisset, eo quod repudiationem minabatur.

§ 3. Patrimonii autem quantitas sic spectatur. Nam eximi oportet quae a defuncto debentur, impensam in funus, et servorum manumissorum pretia,

alienum, item funeris impensa, et pretia servorum manumissorum; tunc deinde in reliquo ita ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud heredes remaneat, tres vero partes inter legatarios distribuantur, pro rata scilicet portione eius, quod cuique eorum legatum fuerit. itaque si fingamus, quadringentos aureos legatos esse, et patrimonii quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum esse, quarta pars singulis legatariis detrahi debet. quodsi trecentos quinquaginta legatos fingamus, octava debet detrahi. quodsi quingentos legaverit, initio quinta, deinde quarta detrahi debet: ante enim detrahendum est, quod extra bonorum quantitatem est, deinde, quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

---

et tum reliquum spectare quantum sit; hoc enim purum esse censetur patrimonium; atque hujus quartam retinere. Veluti pro exemplo: Obiit quis DCCC solidorum patrimonium habens; Legavit CCCC; Creditoribus debebat CC. Servi manumissi valebant solidos CL. In funus impensi sunt L, *ita* ut relinquantur CCCC sive ipsum legatum. Itaque, tamquam ex CCCC retinere debet C, non CC tamquam ex DCCC, propter factas, ut dictum est, detractiones. Adeoque tres quidem partes legatariis pro rata dabuntur, quarta autem, id est C, apud heredem manebit.

Quidam habens purum CCCC solidorum patrimonium, legavit CCCC; quartam retinere debet, id est C. Quid autem, si CCCL legavit? Octavam retinere oportet; octava *autem* CCCC *pars* est L. Habet ergo heres ex testatoris voluntate L et ex lege alios L, qui *simul* quartae quantitatem efficiunt. Quod si D legavit, in patrimonio habens CCCC, legavit autem D sic: Primo C, Secundo C, Tertio, Quarto, Quinto, singulis C. Primo oportet superfluum deduci, id est uniuscujusque legati quintam deminui partem, ut cuique legatario relinquantur solidi LXXX; deinde tamquam ex Falcidia retinet heres ab unoquoque legatario solidos vicenos, et ipse quidem sibi capiet C, id est quartam bonorum defuncti; quinque autem legatarii, quibus singulis centeni sunt legati, habebunt sexagenos.

TITULUS VICENSIMUS TERTIUS.

DE FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBUS [a]).

Nunc transeamus ad fideicommissa. Et prius [b]) de hereditatibus fideicommissariis videamus.

§ 1. Sciendum itaque est, omnia fideicommissa primis temporibus infirma esse, quia nemo invitus cogebatur praestare id, de quo rogatus erat: quibus enim non poterant hereditates vel legata relinquere, si relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex testamento poterant; et ideo fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo iuris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Postea primus [c]) divus Augustus, semel iterumque gratia personarum motus, vel quia per ipsius salutem rogatus quis diceretur, aut ob insignem quo-

---

a) *h. et ad SC. Trebellianum.* — b) *p. est ut.* — c) def. *primus.*

DE FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBUS, [ET AD SC. TREBELLIANUM.]

TITULUS XXIII.

Quum de legatis diximus, nunc ad fideicommissa transeamus. Fideicommissorum quaedam sunt specialia, quaedam universalia. Primo autem loco de universalibus oportet disserere, atque ita ad specialia venire.

§ 1. Sed prius de origine eorum videamus. Olim omnia fideicommissa infirma erant: nemo enim ea invitus solvebat illis, quibus rogatus fuerat dare. Hinc autem inventa sunt fideicommissa. Eveniebat saepe ut Romanus moreretur, cognatos habens peregrinos, quibus relinquere non licebat, neque hereditatem neque legata, eo quod diversae essent civitatis. Hic igitur vocabat Romanum aliquem, qui heres ejus ex testamento esse poterat, *hominem* benevolum ac fidum futurum: et hunc quidem heredem scribebat, sed extra testamentum rogabat eum, ut aut totam hereditatem, aut partem ejus, aut certas etiam res, illi peregrino restitueret: atque in scripti heredis potestate situm erat, utrum illa dare vellet, nec ne. Nullum enim juris vinculum erat hoc facere cogens, sed *ex* sola fide ac pudore eorum qui rogati fuerant, ea pendebant. Scilicet et hinc *fidei commissa* adpellabantur.

Verum haec antiquissimis quidem temporibus *obtinebant*: postea autem primo Augustus Imperator semel atque iterum motus gratia eorum quibus haec relicta erant, quod scilicet peregrini essent: (aliquando enim notae erant ei hujusmodi personae, vel honore etiam dignae, ob inhaerentem iis erudi-

rundam perfidiam, iussit consulibus auctoritatem suam interponere. quod, quia iustum videbatur et populare erat, paulatim conversum est in assiduam iurisdictionem; tantusque favor eorum factus est, ut paulatim etiam praetor proprius crearetur, qui fideicommissis[d]) ius diceret, quem fideicommissarium appellabant.

§ 2. In primis igitur sciendum est, opus esse, ut aliquis recto iure testamento heres instituatur, eiusque fidei committatur, ut eam hereditatem alii restituat: alioquin inutile est testamentum, in quo nemo heres instituitur. cum igitur aliquis scripserit, *Lucius Titius heres esto:* poterit adiicere, *rogo te, Luci Titi, ut, cum primum possis hereditatem meam adire, eam Caio Seio reddas restituas.* potest autem quisque et de parte restituenda heredem rogare; et liberum est, vel pure, vel sub condicione relinquere fideicommissum, vel ex die certo.

§ 3. Restituta autem hereditate, is, qui restituit, nihilominus heres

---

d) *de f.*

---

tionem vel aliam quamdam excellentiam) aut etiam quoniam heredes saepe jurati per salutem ipsius, jusjurandum contemnebant, aut propter summam perfidiam: (forte enim aliquis locuples rogatus fuerat liberis pauperculis et admodum juvenibus, aut parentibus etiam defuncti senio confectis, restituere, posteaque fidem violabat). Consulibus igitur imperavit suam interponere auctoritatem, et cogere eum qui rogatus fuerat, restitutionem facere. Hoc autem quum aequum censeretur et gratiosum *esset* omni populo, paulatim in jurisdictionem atque in necessitatem conversum fuit: et tantus fideicommissis favor accessit, ut procedente tempore proprius etiam Praetor ad petenda fideicommissa crearetur, dictus fideicommissarius.

§ 2. Post fideicommissorum originem dicamus de universalibus. Ut autem fideicommissum universale valeat, oportet primo loco esse aliquem, qui directe in testamento scriptus sit heres, ac rogatus hereditatem alii restituere: siquidem inutile est testamentum, in quo nemo scriptus est heres. Si igitur aliquem scripsero heredem dicens, Lucius Titius heres mihi esto; possum adjicere et dicere, Rogo te, Luci Titi, ut, quum primum meam potueris adire hereditatem, eam Gajo reddas ac restituas. Possum ergo et de parte hereditatis heredem rogare, ut restituat, non tantum de tota.

Relinquitur autem et pure, et sub conditione, et ex certo die, veluti post biennium meae mortis.

§ 3. Sed si quis heres scriptus hereditatemque restituere rogatus, eam restituerit, nihilominus heres manet, quia *jus* incorporale ei infixum est. Qui autem eam recipiebat, antiquissimis quidem temporibus emtoris vicem obtinebat, post illa vero interdum heredis, interdum legatarii. Et dicamus priori sermone de emtore. Quia absurdum esse credebatur, heredem quidem onera

permanet; is vero, qui recipit hereditatem, aliquando heredis, aliquando legatarii loco habebatur.

§ 4. Et in Neronis quidem temporibus, Trebellio Maximo et Annaeo Seneca consulibus, senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut, si hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, omnes actiones, quae iure civili heredi et in heredem competerent, ei et in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. Post quod senatusconsultum praetor utiles actiones ei et in eum, qui recepit hereditatem, quasi heredi et in heredem dare coepit.

§ 5. Sed quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem, aut paene totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum aut minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa: postea Vespasiani Augusti temporibus, Pegaso et Pusione

---

hereditatis agnoscere, lucris autem frui fideicommissarium; ideo placuit, imaginariam fieri venditionem: atque heres uno nummo totam vendebat hereditatem, et stipulationes quaedam fiebant heredem inter et legatarium sive fideicommissarium, dicebanturque Stipulationes emtae et venditae hereditatis. Interrogabat enim heres fideicommissarium sic: Spondesne, fideicommissarie, si quid exigor ab hereditario creditore, illud mihi dare, vel me defendere etiam, molestiisque immunem praestare? et dicebat fideicommissarius, Spondeo. Interrogabat autem et fideicommissarius heredem sic: Spondesne, heres, si *quid* a debitore hereditario exegeris, hoc mihi dare, vel actiones etiam mihi cedere, ut eas procuratorio nomine movere possim? (Quis vero sit procurator, deinceps docebimur.) et dicebat heres, Spondeo.

§ 4. Verum enimvero, quum his ita *se* habentibus heres judicium devitare studens, in duas incideret lites: cogebatur enim cum creditore hereditario litigare, et rursus cum fideicommissario agere, ex stipulatione puta, ut reciperet, quae solvisset: ideo temporibus Neronis, sub Trebellio Maximo et Anneo Seneca Consulibus, Senatusconsultum factum est, sanciens ut, si cui hereditas per fideicommissum relicta et restituta foret, omnes actiones, quae secundum *jus* civile rigore legis heredi competerent et adversus heredem, hae ad fideicommissarium et adversus fideicommissarium transirent: et postea praetor huic decreto obsequens utiles, id est obliquas, actiones fideicommissario et adversus fideicommissarium dabat, quasi ipse heres esset: ut actor diceret, quasi heres esset, Si paret hunc dare oportere. Ecce hic vicem heredis obtinet.

§ 5. Sed quoniam, quum hoc ita *se* haberet, heredes scripti omnem fere hereditatem, ut plurimum, restituere rogati, adire verebantur ob nullum aut minimum lucrum, atque ideo repudiabant, et inde fideicommissa exstinguebantur: deinde temporibus Vespasiani, Pegaso et Pusione Consulibus, factum est *Senatus* consultum Pegasianum, sanciens ut heredi rogato hereditatem alii restituere, liceat quartam partem retinere; sicut et ex *L.* Falcidia quartam legatorum partem retinere permissum est: nec solum in immodicis fideicom-

consulibus, senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia in legatis retinere conceditur. ex singulis quoque rebus, quae per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. Post quod senatusconsultum ipse heres onera hereditaria sustinebat; ille autem, qui ex fideicommisso recepit partem hereditatis, legatarii partiarii loco erat, id est eius legatarii, cui pars bonorum legabatur. quae species legati partitio vocabatur, quia cum herede legatarius partiebatur hereditatem. unde, quae solebant stipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi, eaedem interponebantur inter eum, qui ex fideicommisso recepit hereditatem, et heredem, id est ut et lucrum damnumque hereditarium pro rata parte inter eos commune sit.

§ 6. Ergo si quidem non plus quam dodrantem hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tunc ex Trebelliano senatusconsulto restituebatur hereditas, et in utrumque actiones hereditariae pro rata parte

---

missis universalibus, sed etiam in singularibus eadem retentio specialiter permissa fuit. Quod enim in legatis immodicis *lex* Falcidia est, hoc in fideicommissis immodicis est *SC.* Pegasianum.

Post hoc autem decretum heres solus subjacebat oneribus hereditatis, non vero fideicommissarius. Sed deinde placuit fideicommissarium vicem obtinere legatarii partiarii, id est partem dimidiam accipientis. Quondam enim quintum genus legati erat, dicebaturque *partitio;* et relinquebatur hoc modo: *Titius mihi heres esto, et cum Sejo hereditatem dividito in dimidia portione.* Porro igitur hujusmodi inter eos stipulationes fiebant: Heres legatarium sic interrogabat: Sponden, legatarie, si *ego* conventus viginti aureos solvero, eorum mihi semissem dare? et dicebat, Spondeo. Rursusque legatarius heredem sic interrogabat: Sponden, si ab hereditario debitore viginti aureos acceperis, semissem mihi dare, id est decem? et dicebat, Spondeo: atque haec stipulatio vocabatur *partis et pro parte.* Ad exemplum igitur legatarii partiarii stipulatio procedebat heredem inter ac fideicommissarium. Et interrogabat *heres* fideicommissarium sic: Sponden, fideicommissarie, si quadraginta aureos poscar a creditore hereditario, dare mihi triginta? Et heres interrogabatur a fideicommissario: Sponden, heres, si a debitore hereditario quadraginta aureos acceperis, triginta mihi dare? Et dicebat, Spondeo. Atque hoc modo fideicommissarius universalis vicem obtinebat legatarii: oportebatque commune esse pro rata fideicommissarium inter et heredem lucrum et damnum: et stipulationes hujusmodi vocabantur *ex parte et pro parte.*

§ 6. Itaque concise dicendum est: si quidem novem uncias, vel minorem etiam quantitatem, heres fideicommissario restituere rogatur, habetque per se ex testatoris voluntate quartam aut plus etiam quarta, tunc ex Scto Trebelliano fit restitutio: et in tres quidem partes fideicommissarius utiliter et agit et convenitur, in quartam vero partem heres directe et agit et convenitur.

dabantur: in heredem quidem iure civili; in eum vero, qui recipiebat hereditatem, ex senatusconsulto Trebelliano tamquam in heredem. At si plus quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem, restituere rogatus sit, locus erat Pegasiano senatusconsulto, et heres, qui semel adierit hereditatem, si modo sua voluntate adierit, sive retinuerit quartam partem, sive noluerit retinere, ipse universa onera hereditaria sustinebat. sed quarta quidem retenta, quasi partis et pro parte stipulationes interponebantur, tamquam inter partiarium legatarium et heredem; si vero totam hereditatem restituerit, emptae et venditae hereditatis stipulationes interponebantur. sed si recuset scriptus heres adire hereditatem, ob id, quod dicat, eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cavetur Pegasiano senatusconsulto, ut, desiderante eo, cui restituere rogatus est, iussu praetoris adeat, et restituat hereditatem, perindeque ei et in eum, qui recepit hereditatem, actiones dentur, acsi iuris est ex Trebelliano senatusconsulto: quo casu nullis stipulationibus opus est, quia simul et huic, qui restituit, securitas datur, et actiones hereditariae ei et in eum transferuntur, qui recepit hereditatem, utroque senatusconsulto in hac specie concurrente.

Sed si heres togatus erat plus novem unciis, veluti decem vel undecim, vel totum etiam patrimonium fideicommissario restituere, neque ex testatoris voluntate quartam habebat, locus dabatur Scto Pegasiano: atque heres semel adiens sua voluntate, (cur autem dixerim sua voluntate, deinceps discemus) sive quartam retinuerit, sive retinere noluerit, ipse (heres *scil.*) omnia sustinebat onere hereditaria. Quod si quartam retinuisset, fiebant inter eum et fideicommissarium stipulationes partis et pro parte, ad exemplum heredis et legatarii partiarii. Si vero totam restituisset hereditatem, cessabat *Sc.* Trebellianum, quoniam *hoc* quartam patrimonii ex testatoris voluntate non videbat apud heredem esse: cessabat quoque Pegasianum, namque noluerat *eam* retinere atque ideo nec stipulationes partis et pro parte fiebant: denique igitur omni cessante auxilio, fiebant stipulationes emtae ac venditae hereditatis.

Haec quidem, si quis volens hereditatem adiisset: sed si quis hereditatem recuset, suspectam dicens hereditatem propter damni periculum, continetur Scto Pegasiano, ut fideicommissarius Praetorem adeat, et Praetor heredem jubeat adire, totamque fideicommissario restituere hereditatem; et *sic* in totum transferuntur actiones ab herede ad fideicommissarium et adversus fideicommissarium, acsi restitutio ex *Scto* Trebelliano sit facta. Atque in hoc casu duorum decretorum fit concursus: et Pegasianum quidem heredem adire cogit, Trebellianum vero actiones transfert, ac nulla denique stipulatio necessaria hic fit: namque hereditatem restituenti tranquillitas obvenit quia non convenitur amplius: et fideicommissario securitas obtingit, quia omnes habet actiones.

§ 7. Sed quia stipulationes ex senatusconsulto Pegasiano descendentes et ipsi antiquitati displicuerunt, et quibusdam casibus captiosas eas homo excelsi ingenii Papinianus appellat, et nobis in legibus magis simplicitas, quam difficultas placet, ideo omnibus nobis suggestis tam similitudinibus, quam differentiis utriusque senatusconsulti, placuit, exploso senatusconsulto Pegasiano, quod postea supervenit, omnem auctoritatem Trebelliano senatusconsulto praestare, ut ex eo fideicomsariae hereditates restituantur, sive habeat heres ex voluntate testatoris quartam, sive plus, sive minus, sive penitus nihil, ut tunc, quando vel nihil, vel minus quartae apud eum remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deest, ex nostra auctoritate retinere, vel repetere solutum, quasi ex Trebelliano senatusconsulto, pro rata portione actionibus, tam in heredem, quam in fideicommissarium, competentibus. si vero totam hereditatem sponte restituerit, omnes hereditariae actiones fideicommissario et adversus eum competunt. sed etiam id, quod praecipuum Pegasiani senatusconsulti fuerat, ut, quando recusabat heres scriptus sibi datam hereditatem adire, necessitas ei imponeretur totam hereditatem volenti fideicommissario restituere, et omnes ad eum et contra eum transire actiones, et hoc transponimus ad senatusconsultum Trebellianum, ut ex hoc solo et necessitas heredi imponatur, si ipso no-

---

§ 7. Verum enimvero quia stipulationes ex *Scto* Pegasiano inventae et antiquis displicebant, et in casibus quibusdam praestantissimus Jurisconsultorum Papinianus damnosas eas vocabat; sanctissimo autem Imperatori nostro cordi est, simplicia potius quam difficultatis plena esse jura: *ideo* relatis ad eum omnibus Senatusconsultorum similitudinibus ac differentiis, placuit Pegasianum, posterioribus inventum temporibus, rejici omnemque Trebelliano Scto auctoritatem tribui, ut ex eo hereditates fideicommissariae restituantur, sive quartam habeat heres ex voluntate testatoris, sive plus sive minus, sive nihil omnino. Si enim totam hereditatem aut ultra dodrantem *heres* scriptus restituere sit rogatus, liceat illi totum quadrantem, aut etiam quod quadranti deest, ex constitutione Imperatoris nostri retinere, aut exsolutum quoque repetere, actionibus pro rata ex *Scto* Trebelliano heredem inter et fideicommissarium dividendis. Quod si omnem hereditatem volens restituerit heres, actiones omnes fideicommissario et adversus fideicommissarium dabuntur.

Sed illud etiam, quod praecipue *Scto* Pegasiano continetur, religiossimus Imperator noster sua constitutione in Trebellianum transtulit: nosti enim paulo ante edoctus, si heres hereditatem tamquam suspectam adire recusaret, eum Senatusconsulto Pegasiano coactum fuisse adire, omnesque in fideicommissarium actiones transiisse. Hoc igitur ex solo Scto Trebelliano fiat: et

lente, adire, fideicommissarius desiderat restitui sibi hereditatem, nullo nec damno nec commodo apud heredem manente.

§ 8. Nihil autem interest, utrum aliquis, ex asse heres institutus, aut totam hereditatem, aut pro parte restituere rogatur, an ex parte heres institutus, aut totam eam partem, aut partis partem restituere rogatur: nam et hoc casu eadem observari praecipimus, quae in totius hereditatis restitutione diximus.

§ 9. Si quis, una aliqua re deducta sive praecepta, quae quartam continet, veluti fundo vel alia re, rogatus sit restituere hereditatem: simili modo ex Trebelliano senatusconsulto restitutio fiat, perinde acsi, quarta parte retenta, rogatus esset reliquam hereditatem restituere. Sed illud interest, quod altero casu, id est cum deducta sive praecepta aliqua re e) restituitur hereditas, in solidum ex eo senatusconsulto actiones transferuntur, et res, quae remanet apud heredem, sine ullo onere hereditario apud eum manet, quasi ex legato ei acquisita; altero vero casu, id est, cum, quarta parte retenta, rogatus est heres restituere hereditatem, et restituit, scinduntur actiones, et pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanent apud he-

---

e) *re vel pecunia.*

---

heres invitus adeat, atque hereditatem fideicommissario volenti restituat, nec damno ullo aut lucro aliquo apud heredem remanente.

§ 8. Quaecumque tibi dicta sunt de herede in assem scripto, eadem tibi dicta sunto, et, si in partem aliquam, veluti in semissem [aut quadrantem] scriptus, rogatus est partem totam aut partis partem restituere. Hic enim eadem servari sanctissimus Imperator noster jussit, quae de tota hereditate diximus.

§ 9. Moriens quidam me instituit heredem, postea*que* sic dixit: Rogo te, ut hunc agrum aut aliam rem eximens, sive praecipiens (finge autem agrum habere in se totius patrimonii quadrantem) hereditatem illi restituas: et in hac positione Scto Trebelliano locus est, acsi dixisset: Rogo te ut quartam hereditatis retinens, reliquum restituas.

Differentia autem in eo est, quod ubi quarta *in re* apud heredem est, actiones ex *Scto* Trebelliano in totum ad fideicommissarium atque adversus fideicommissarium transeant, et res apud heredem maneat sine omni onere, tamquam ei legata: ubi vero quartam *in jure hereditario* habet, (dixit enim testator, Quadrantem retinens restitue hereditatem) actiones dividuntur, atque in tres quidem partes fideicommissarius oblique agit et convenitur, in quartam vero heres directe agit et convenitur.

Sed etiamsi maxime heres scriptus, ac rogatus una re retenta sive praecepta hereditatem restituere, in retenta re majorem hereditatis partem habeat: forte

redem. quin etiam, licet in f) una re aliqua deducta aut praecepta restituere aliquis hereditatem rogatus est, qua maxima pars hereditatis contineatur, aeque in solidum transferuntur actiones, et secum deliberare debet is, cui restituitur hereditas, an expediat sibi restitui. eadem scilicet interveniunt et si, duabus pluribusve deductis rebus praeceptisve, restituere hereditatem rogatus sit. sed et si, certa summa deducta praeceptave, quae quartam vel etiam maximam partem hereditatis continet, rogatus sit aliquis hereditatem restituere, idem iuris est. Quae diximus de eo, qui ex asse heres institutus est, eadem transferimus g) et ad eum, qui ex parte heres scriptus est.

§ 10. Praeterea intestatus quoque moriturus potest rogare eum, ad quem bona sua vel legitimo iure vel honorario pertinere intellegit, ut hereditatem suam totam partemve eius, aut rem aliquam, veluti fundum, hominem, pecuniam, alicui restituat: cum alioquin legata, nisi ex testamento, non valeant.

§ 11. Eum quoque, cui aliquid restituitur, potest rogare, ut id

---

f) def. *in*. — g) .. *remus*.

---

enim, quum tota hereditas CCCC esset solidorum, ager quem heres retinere jussus est, valebat CCL solidos: et sic actiones in totum ad fideicommissarium et adversus fideicommissarium transeunt; et necesse hic *est*, ut fideicommissarius dispiciat, an sibi expediat fideicommissum suscipere.

Idem dicimus, etsi heres duas vel plures etiam res, aut certam quantitatem, jussus est retinere, et sic hereditatem restituere. Nam et hic, sive quadrans sive etiam plus quadrante in certis rebus aut certa sit quantitate, actiones ex *Scto* Trebelliano in totum ad fideicommissarium transeunt.

Quae dicta *sunt* de *herede* in assem scripto ac rogato certam *rem* vel certas res retinere, aliique hereditatem restituere, intelligimus etiam, quum quis in partem scriptus heres rogatus est, retenta aliqua certa re vel rebus, suam restituere institutionem: nam et in hac specie actiones in solidum illius partis ad fideicommissarium transibunt.

§ 10. Non solum vero scriptum heredem fideicommisso universali onerare possumus, sed etiam eum qui ab intestato patrimonium nostrum, seu legitimo jure seu praetorio, recepturus est, (forte enim cognatus fuerit) dicentes: Heres legitime, aut successor praetorie, rogo te, ut *vel* omnem vel partem hereditatis, vel agrum etiam vel servos vel tot aureos, illi restituas: quum legata in testamento, non item ab intestato relinqui possint. Itaque legatorum ac fideicommissorum haec est differentia, quod legata quidem in solo testamento relinquantur, fideicommissa autem etiam ab intestato.

§ 11. Possum porro Primum scribens heredem, rogare eum ut hereditatem restituat Secundo, et rursus rogare Secundum, ut totam hereditatem ipsi

rursus alii totum, aut pro parte, vel etiam aliud aliquid restituat.

§ 12. Et quia prima fideicommissorum cunabula a fide heredum pendent, et tam nomen quam substantiam acceperunt, et ideo divus Augustus ad necessitatem iuris ea detraxit: nuper et nos, eundem principem superare contendentes, ex facto, quod Tribonianus, vir excelsus, quaestor [h]) sacri palatii, suggessit, constitutionem fecimus, per quam disposuimus: si testator fidei heredis sui commisit, ut vel hereditatem vel speciale fideicommissum restituat, et neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero, qui in fideicommissis legitimus esse noscitur, res possit manifestari, sed vel pauciores quam quinque, vel nemo penitus testis intervenerit, tunc, sive pater heredis, sive alius quicumque sit, qui fidem elegerit heredis, et ab eo aliquid restitui voluerit, si heres perfidia tentus adimplere fidem recusat, negando rem ita esse subsecutam, si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit, cum prius ipse de calumnia iuraverit, necesse eum habere, vel iusiurandum subire, quod nihil tale a testatore audivit, vel recusantem ad fideicommissi, vel universitatis, vel specialis solutionem coartari, ne depereat ultima

---

h) *exquaestore.*

---

datam vel partem ejus Tertio restituat, aut etiam ut rem illam Tertio praestet.

§ 12. Quoniam autem, ut dictum est in principio tituli praesentis, fideicommissorum initia *ex* heredum pendebant, atque inde et nomen et substantiam acceperunt, eaque quum in arbitrio olim essent, in legitimam dandi necessitatem Divus Augustus traduxit: sed Imperator noster haud longo abhinc tempore dictum Divum Augustum superare studens, exsistente facto, quod ad divinas ejus aures Tribunianus Quaestor gloriosissimus retulerat, constitutionem promulgavit, in qua sanxit ut, si quis ab herede suo fideicommissum non scriptum, sive universale sive singulare, reliquerit, atque hoc neque ex litteris probari possit, neque ex quinque testium testimonio, quorum praesentia ad fideicommissi substantiam sufficit; nam aliquando pauciores quinque testibus aderant, aut omnino nullus: tunc, sive pater est, qui ab herede filio fideicommissum relinquit, sive alius quicumque, si heres improbus visus *id quod* fidei suae creditum *est*, implere recuset, negans ac dicens, nihil tale subsecutum esse; fideicommissario ad haec contradicente, liceat fideicommissario (ubi prius calumniae jusjurandum praestitit, se non per calumniam deferre jusjurandum) heredem ita ad jusjurandum cogere, non esse relictum fideicommissum. Sed si heres jusjurandum recusaverit, cogatur sane universale aut singulare *fideicommissum* exsolvere, ut ne ultima testatoris voluntas subvertatur, quum is vir heredi *rem* totam crediderit.

Sed etsi a legatario vel fideicommissario fideicommissum dicto modo relic-

voluntas testatoris fidei heredis commissa. eadem observari censuimus, etsi a legatario, vel fideicommissario, aliquid similiter relictum sit. quodsi is, a quo relictum dicitur, confiteatur quidem [i]) aliquid a se relictum esse, sed ad legis subtilitatem decurrat, omnimodo cogendus est solvere.

TITULUS VICENSIMUS QUARTUS.

DE SINGULIS REBUS PER FIDEICOMMISSUM RELICTIS.

Potest autem quis etiam singulas res per fideicommissum relinquere, veluti fundum, hominem, vestem, argentum [a]), pecuniam numeratam; et vel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, vel legatarium, quamvis a legatario legari non possit.

§ 1. Potest autem non solum proprias testator res per fideicommissum relinquere, sed et heredis, aut legatarii, aut fideicommissarii, aut cuiuslibet alterius. itaque et legatarius et fideicommissarius non

---

i) c. *q. postquam negaverat (..rit).*

a) *aurum a.*

---

tum est, eadem obtineant: et legatarius negans aliquid relictum esse, juret non esse relictum, aut a recusante exigatur fideicommissum.

Quod si fideicommisso oneratus fateatur quidem, relictum a se esse fideicommissum, sed ad legum subtilitatem recurrat, dicens quinque testes non adfuisse, quum fideicommissum relinqueretur: sine controversia fideicommissum exsolvere cogetur, quandoquidem hujusmodi causificatio vana est.

DE SINGULIS REBUS PER FIDEICOMMISSUM RELICTIS.

TITULUS XXIV.

Non modo fideicommissa universalia, secundum *ea quae* jam a nobis dicta *sunt*, relinquere possumus, sed etiam singularia; veluti agrum, servum, vestem, argentum, nummos: et vel ipsum heredem rogare, ut alii hoc restituat, vel etiam legatarium, licet maxime a legatario legatum relinqui non possit.

§ 1. Per fideicommissum autem relinquimus non tantum res nostras, sed etiam heredis, et legatarii, et fideicommissarii. Nec solum rogari potest eam rem alii restituere, quae ipsi relicta fuit, sed aliam quoque, sive ipsius sit sive aliena. Si enim agrum tibi reliquero, rogare te possum, aut ipsum agrum,

solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quae ei relicta sit, sed etiam de alia, sive ipsius, sive aliena sit. hoc solum observandum est, ne plus quisquam rogetur alicui restituere, quam ipse ex testamento ceperit: nam, quod amplius est, inutiliter relinquitur. cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere et praestare, aut aestimationem eius solvere.

§ 2. Libertas quoque servo per fideicommissum dari potest, ut heres eum rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommissarius. nec interest, utrum de suo proprio servo testator roget, an de eo, qui ipsius heredis aut legatarii, vel etiam extranei sit. itaque et [b]) alienus servus redimi et manumitti debet; quodsi dominus eum non vendat, si modo nihil ex iudicio eius, qui reliquit libertatem, perceperit [c]), non statim extinguitur fideicommissaria libertas, sed differtur, quia possit tempore procedente, ubicumque occasio redimendi servi fuerit, praestari libertas. Qui autem ex causa fideicommissi manumittitur, non testatoris fit libertus, etiamsi testatoris servus sit, sed eius, qui manumittit:

---

b) def. *et.* — c) *recepit.*

---

aut domum pro agro, alii dare: estque indifferens, utrum tua sit domus an aliena.

Hoc scilicet observandum est, ut ne quis rogetur alii plus praestare, quam ipse lucratur. *Quod* enim plus *est* in fideicommisso, inutile est. Veluti, centum tibi solidos reliqui, sed fideicommisso CX solidorum te oneravi: in *summam* superfluam invalidum est fideicommissum.

Cum vero res aliena per fideicommissum relinquitur, necesse est *personae* rogatae hoc restituere: aut enim emens dat fideicommissario, aut si nequeat, aestimationem praestat.

§ 2. Non solum autem pecuniaria fideicommissa relinquere possum, sed libertatem quoque per fideicommissum dare nobis permittitur. Possum enim heredem meum rogare, aut legatarium vel fideicommissarium, ut servum illum meum manumittat. Indifferens vero est, utrum de meo servo hos rogem, an de proprio heredis vel legatarii, aut alicujus alterius. Namque dicere possum: Rogo te, heres vel legatarie, illum hominem tuum, aut Maevii servum, manumittere: cogitur enim hunc emere ac libertate donare. Quod si dominus eum non vendat, (neque enim cogitur) nequis dicat, libertatem fideicommissariam exstingui videlicet: sed interim quidem cessat ac dilationem patitur: et, si quando fieri possit, libertas *ei* praestabitur. Nam si rogatus *ille* quomodocumque hujus servi dominus fiat, cogitur eum manumittere. Haec, quum servi dominus nihil ex testatoris voluntate habet: nam si quid ex testantis voluntate lucratur, servum omnino alienare cogitur.

at is, qui directo, testamento [d]), liber esse iubetur, ipsius testatoris fit libertus, qui etiam orcinus appellatur. nec alius ullus directo, ex testamento [e]), libertatem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris fuerit, et quo faceret testamentum, et quo moreretur. directo [f]) autem libertas tunc dari videtur, cum non ab alio servum manumitti rogat, sed velut ex suo testamento libertatem ei competere vult.

§ 3. Verba autem fideicommissorum haec maxime in usu habentur: *peto, rogo, volo, mando, fidei tuae committo.* quae perinde singula firma sunt, atque si omnia in unum congesta essent.

---

d) *ex t.* — e) *ex d. t.* — f) *directa l.*

Si servo meo fideicommissariam libertatem reliquero, manumissus libertus meus non fiet, sed manumittentis, id est ejus qui factum manumissionis praestiterit: At si directam servo meo libertatem reliquero, dixi enim: Stichum liberum esse jubeo, aut, Stichus liber esto, meus libertus erit Stichus: et hic apud Jurisperitos vocabitur Orcinus libertus, id est Charonianus.

Illi autem servo meo soli directam relinquere possum libertatem, qui utroque tempore sub meo est dominio, in conficiendo testamento, et sub meam mortem. Tunc autem libertas directe relinqui videtur, quum testator non rogat alium praestare libertatem, sed ipse tamquam ex suo testamento libertatem ei vult deferri.

§ 3. Sunt autem verba quoque ad fideicommissi dationem apta; multa quidem, sed maxime haec in civitate atque in usu sunt: *peto, rogo, volo mando, fidei tuae committo*: quae et seorsim dicta, et simul conjunctim, eamdem vim obtinent.

TITULUS VICENSIMUS QUINTUS.

DE CODICILLIS.

Ante Augusti tempora constat ius codicillorum in usu a) non fuisse, sed primus Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fideicommissa coeperunt, codicillos introduxit. nam cum decederet in Africa, scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum, ut faceret aliquid; et cum divus Augustus voluntatem eius implesset, deinceps reliqui, auctoritatem eius secuti, fideicommissa praestabant, et filia Lentuli legata, quae iure non debebat, solvit. Dicitur Augustus convocasse prudentes, inter quos Trebatium quoque, cuius tunc auctoritas maxima erat, et quaesisse, *an posset hoc recipi, nec absonans a iuris ratione codicillorum usus esset;* et Trebatium suasisse Augusto, quod diceret, *utilissimum et necessarium hoc civibus*

a) Def. *in usu.*

DE CODICILLIS.

TITULUS XXV.

Dicamus porro de Codicillo. Est autem codicillus, imperfectae in testamento sententiae testatoris suppletio.

Nec vero absurdum est de origine codicillorum disserere: Augusti temporibus primo codicillorum confectio in usu non erat. Primus autem Lucius Lentulus eos invenit, atque in civitatem induxit: namque Lentulus Romae testamentum condens heredem scripserat filiam suam, et Augustum Imperatorem, et alios, dixeratque in testamento sic: si quem post haec fecero codicillum, validus esto; id est, futurum codicillum confirmavit. Profectus in Africam, deinde fecit ibi moribundus codicillum, in quo codicillo rogabat Augustum, qui ex parte heres ei erat, ut quid faceret, veluti ut domum alicui exstrueret aut etiam aliud quid hujuscemodi faceret: sed et fideicommissa et legata quibusdam nominatim a filia sua relinquebat. Lecto autem post Lentuli obitum testamento, prolatoque codicillo, Augustus Imperator ex sua persona quae Lentulus voluerat, implevit; sed et reliqui coheredes, Augustum imitati, fideicommissa praestiterunt; quin et filia Lentuli legata a se nominatim relicta personis, quae capere non poterant, exsolvit.

Hoc ita quum processisset, fama *est,* Divum Augustum convocasse sapientes illius temporis *viros,* in quibus et Trebatium, cujus ob legum peritiam maxima eo tempore erat auctoritas, et quaesivisse praesentibus his Jurecon-

esse, propter magnas et longas peregrinationes, quae apud veteres fuissent, *ubi, si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset.* Post quae tempora, cum et b) Labeo codicillos fecisset, iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

§ 1. Non tantum autem testamento facto potest quis codicillos facere, sed et intestatus quis decedens fideicommittere codicillis potest. Sed cum ante testamentum factum codicilli facti erant, Papinianus ait, *non aliter vires habere, quam si speciali postea voluntate confirmentur.* sed divi Severus et Antoninus rescripserunt, *ex his codicillis, qui testamentum praecedunt, posse fideicommissum peti, si appareat, eum, qui postea testamentum fecerat, a voluntate, quam codicillis expresserat, non recessisse.*

§ 2. Codicillis autem hereditas neque dari neque adimi potest, ne confundatur ius testamentorum et codicillorum, et ideo nec exheredatio scribi. directo autem hereditas codicillis neque dari neque adimi

---

b) def. *et.*

---

sultis, num hoc codicilli *jus* recipiendum esset, et an a legitimis rationibus non abhorreret? Haec igitur interrogante Augusto, dicitur Trebatius dixisse Augusto, utilissimum et necessarium esse Romanis hoc codicillorum *jus*, propter magnas et longinquas peregrinationes, quae apud veteres ob bella emergentia continuae erant: ut si quis testamentum facere non posset, destitutus *rebus ac personis* ad hoc necessariis, codicillum faceret. Post illa igitur tempora, quum etiam Labeo Jurisconsultus facto codicillo moreretur, dubium nemini fuit, legitimam codicillos habere substantiam.

§ 1. Non solum autem facto testamento codicillum quis scribere potest, sed intestatus etiam moriens fideicommissa in eo relinquere potest. Quod si quis factis codicillis, scripturae illorum supervivens post illa testamentum fecerit, non vult Papinianus codicillos ante scriptos valere, nisi eos in testamento specialiter confirmasset, dicens: Factos ante testamentum meum codicillos valere volo. Sed haec quidem Papinianus: Divi autem Severus et Antoninus rescripserunt, fideicommissa in codicillis ante testamentum scriptis relicta sine impedimento peti *posse*, etiam non facta confirmatione: nisi forte testator ab his, quae in codicillo scripta erant, recessisse probetur.

§ 2. Est autem regula generalis, dicens: *non possum codicillos faciens dicere, ille mihi sit heres*: vel scribere, Filius meus exheres esto: ut ne confusio aliqua oriatur testamentum inter et codicillum, sintque indistincta: hoc enim in testamento fit. Itaque, ut dictum est, neque exheredare, neque heredem scribere in codicillo licet: sed fideicommissaria hereditas relinqui potest.

In tantum vero dicta regula valet, ut, si Primum pure heredem scripsero,

potest: nam per fideicommissum hereditas codicillis iure relinquitur. nec condicionem heredi instituto codicillis adiicere, neque substituere directo [c]) potest.

§ 3. Codicillos autem etiam plures quis facere potest; et nullam sollemnitatem ordinationis desiderant.

---

c) *d. quis.*

---

non possum in codicillo conditionem ei adjicere et dicere: Heres mihi esto, si navis ex Asia venerit. Si enim conditionem recipiamus, illa deficiente invenietur testator per datam in illo *codicillo* conditionem Primo hereditatem ademisse. Sed neque heredi in testamento scripto, directe substituere licet in codicillo ac dicere: Si Primus, quem in testamento heredem institui, heres mihi non fiat, Secundus mihi heres esto.

§ 3. Et unum et multos facere possumus codicillos. *In* faciendis autem codicillis nullum requirimus ordinem in scriptura eorum: sicut in testamento dicimus praecedere institutionem. Et hic soli quinque testes sufficiunt.

SECUNDI LIBRI FINIS.

INSTITUTIONUM

COMPOSITARUM PER TRIBONIANUM,

VIRUM MAGNIFICUM, MAGISTRUM ET EXQUAESTORE SACRI PALATII, ET THEOPHILUM ET DOROTHEUM, VIROS ILLUSTRES, ANTECESSORES,

EXPLICIT LIBER SECUNDUS, INCIPIT TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

DE HEREDITATIBUS, QUAE AB INTESTATO DEFERUNTUR.

Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id, quod fecerat, ruptum irritumve factum est, aut [a]) nemo ex eo heres extitit.

---

a) *a. si.*

LIBER TERTIUS.

DE HEREDITATIBUS, QUAE AB INTESTATO DEFERUNTUR.

TITULUS I.

Post expositionem adquisitionum specialium, quum inciperemus disserere de universalibus, coepimus ab hereditate, dicentes eam aut ex testamento aut ab intestato ad nos deferri. Quum igitur *de hereditatibus* ex testamento diximus, prout in elementis, quam potuit plenissime, quum*que* ob consequentiam et de legatis et fideicommissis diximus; nunc de hereditatibus ab intestato loquamur. His vero locus *est*, si quis intestatus decesserit.

Decedit quis intestatus vel facto vel jure: facto quidem, si quis testamentum omnino non fecerit; jure autem, si quis testamentum fecerit, quod jus non admittit. Aut enim *non jure civili factum* est, neglectis modis ad solemnem testamenti ordinationem pertinentibus; aut rite ordinatum *ruptum* fuit, (nostri autem quot modis ruptum fiat; postumi praeteriti adgnatione, id est nato filio post testamenti confectionem, et novo suo *herede* succedente, aut novo suo *herede* adscito) aut *irritum* est factum, eo quod capitis deminutionem testator subiit, in qua etiam obiit: aut nulla hujusmodi *re* subsecuta, scriptus heres hereditatem non adiit.

§ 1. Intestatorum autem hereditates, ex lege duodecim tabularum, primum ad suos heredes pertinent.

§ 2. Sui autem heredes existimantur, ut et supra diximus, qui in potestate morientis fuerunt: veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote, ex filio nato, prognatus prognatave. Nec interest, utrum naturales sint liberi, an adoptivi. Quibus connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem matrimoniis non sunt progeniti, curiis tamen civitatium dati secundum divalium constitutionum, quae super his positae sunt, tenorem, suorum iura nanciscuntur. nec non eos, quos nostrae amplexae sunt constitutiones, per quas iussimus, si quis mulierem in suo contubernio copulaverit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere coniugium, et ex ea liberos sustulerit, postea vero, affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, filiosque vel filias habuerit: non solum eos liberos, qui post dotem editi sunt, iustos et in potestate esse patribus, sed etiam anteriores, qui et his, qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis praestiterunt; quod obtinere censuimus, etiamsi non progeniti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce subtracti fuerint. Ita demum tamen nepos neptisve, et pronepos proneptisve, suorum heredum

---

§ 1. Igitur aliquo secundum dictos modos intestato mortuo, hereditas primo loco ex Lege XII tabularum ad suos heredes pervenit.

§ 2. Sui autem heredes censentur, sicut et in superiori Institutione diximus, qui in potestate sunt defuncti, velut filius filia; nepos neptis ex filio praemortuo, pronepos proneptis, ante mortem meam nati ex nepote, quem meus genuit filius. Neque distinguo, utrum filii sint naturales an adoptivi.

His autem suis et *eos* adnumerari necesse *est*, qui ex legitimis quidem nuptiis non sunt nati, sed *tamen*, ut principalibus continetur constitutionibus, curiae civitatis oblati sunt: nam decuriones facti suorum jura habebunt.

His adde et *eos*, quos sanctissimi Imperatoris nostri constitutio adinvenit, sanciens, si quis mulieri cuidam non maritali adfectione mixtus fuerit, quam ex legibus uxorem habere non prohibebatur; si quidem ex illa liberi sint nati, *ipse* autem amore inde adaucto dotalia cum ea instrumenta fecerit: ut nati aut natae non modo post *instrumenti* dotalis scripturam legitimi atque in potestate patrum fiant, sed etiam ante dotalia *instrumenta* nati, qui etiam postea *natis* occasionem adquirendi honoratissimum legitimorum liberorum nomen praebuerunt. Hoc autem obtinere jussit sanctissimus Imperator noster in natis ante dotalia *instrumenta* etiamsi neminem post *instrumenta* dotalia nasci contingat, vel nati etiam sint mortui.

Nepos vero vel neptis, et pronepos vel proneptis, suis heredibus tunc adnumerantur, quando praecedens eos persona in potestate patris sui esse desiit,

numero sunt, si praecedens persona desierit in potestate parentis esse, sive morte id acciderit, sive alia ratione, veluti emancipatione: nam si per id tempus, quo quis moriatur, filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. idque et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intellegimus. Postumi quoque, qui, si vivo parente nati essent, in potestate futuri forent, sui heredes sunt.

§ 3. Sui autem, etiam ignorantes, fiunt heredes, et, licet furiosi sint, heredes possunt existere: quia, quibus ex causis ignorantibus acquiritur nobis, ex his causis et furiosis acquiri potest. et statim morte parentis quasi continuatur dominium; et ideo nec tutoris auctoritate opus est in pupillis, cum etiam ignorantibus acquiritur suis heredibus hereditas; nec curatoris consensu acquiritur furioso, sed ipso iure.

§ 4. Interdum autem, licet in potestate mortis tempore suus heres non fuit, tamen suus heres parenti efficitur, veluti si ab hostibus quis reversus fuerit post mortem patris: ius enim postliminii hoc facit.

§ 5. Per contrarium evenit, ut, licet quis in familia defuncti sit

---

morte fortassis aut alio modo, velut emancipatione. Namque si illo tempore, quo quis moritur, filium in potestate habet, nepos ex eo suus esse non potest. Idem et in ceteris liberis *obtinet:* dum enim filium meum in potestate habeo, aut hoc mortuo nepotem ex eo, pronepos nequit suus esse.

Etiam in postumis *jus* suorum *heredum* invenire licet; ast in illis, qui, si quidem vivente patre essent nati, in potestate *patris* futuri erant.

§ 3. Sui autem heredes etiam ignorantes fiunt heredes sive exsistunt: immo et furiosi nihilominus heredes fiunt. Generalem enim scito regulam: Ex quibus causis aliquid ignorantibus nobis adquiritur, ex his causis furiosi quoque adquirunt; namque ignorantibus sunt similes.

Et, statim *cum* morte patris quasi continuatur dominium: id est, non dicimus, patre defuncto res desiisse sub dominio esse defuncti, *ac* deinde post tempus aliquod filii potestati subjici, sed sine intermissione nullaque *re* intermedia secuta, dominium continuo, nullo intermisso tempore sub filii potestate invenitur.

Unde neque mortuo patre, si filius impubes sit, ad adquisitionem hereditatis paternae auctoritate tutoris indiget, quoniam his etiam ignorantibus, tamquam suis heredibus, defertur hereditas. Sed neque pubes minor annis, neque furiosus ad hoc curatoris consensu indiget, etsi hereditatem extraneam ille citra voluntatem tutoris, hoc sine consensu curatoris adire non potest.

§ 4. Invenire licet casum, ubi quis sub tempus mortis in potestate patris non sit, sed suus tamen ei heres fiat: veluti, filius meus ab hostibus captus est; post mortis meae tempus revertit: illum postliminii jus suum heredem facit, etsi in mea potestate sub tempus mortis haud fuit.

§ 5. Et rursus e contrario accidit, ut quis sub tempus mortis meae in mea familia sit, sed suus heres non fiat: veluti, obiit Primus filium in potestate

mortis tempore, tamen suus heres non fiat, veluti si post mortem suam pater iudicatus fuerit reus perduellionis, ac per hoc memoria eius damnata fuerit: suum enim heredem habere non potest, cum fiscus ei succedit. sed potest dici, ipso iure esse suum heredem, sed desinere.

§ 6. Cum filius filiave, et ex altero filio nepos neptisve extant, pariter ad hereditatem vocantur, nec, qui gradu proximior est, ulteriorem excludit: aequum enim esse videtur, nepotes neptesve in patris sui locum succedere. pari ratione et, si nepos neptisve sit ex filio, et ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur. Et quia placuit, nepotes neptesve, item pronepotes proneptesve in parentis sui locum succedere: conveniens esse visum est, non in capita, sed in stirpes hereditatem dividi, ut filius partem dimidiam hereditatis habeat, et ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. item, si ex duobus filiis nepotes extant, ex altero unus forte aut duo, ex altero tres aut quatuor, ad unum aut ad duos dimidia pars pertinet, ad tres aut ad quatuor altera dimidia.

---

habens: post ejus mortem mota est accusatio adversus defunctum, importans perduellionis crimen: (nam quum crimina morte exstinguantur, hoc etiam adversus mortuos infertur:) Primus perduellis *fuisse* probatus, *ac* sententia hoc declarans lata fuit: hujus patrimonium fiscus occupat, atque accidit ut filiusfamilias ejus heres non fiat. Sed si quis exactius inquirat, ipso quidem rigore et jure heres fit, sed heres esse desinit, damnata patris ejus memoria. En igitur casum, in quo incorporale hereditatis nomen alicui infixum ab eo recedit.

§ 6. Titius filium vel filiam in potestate habens, et ex filio praemortuo nepotem vel neptem, intestatus decessit: ad hereditatem ejus venient simul filius vel filia, et ex praemortuo filio nepos vel neptis; neque proprior gradu, id est filius, excludit ulteriorem, sive nepotem. Aequum enim esse visum est, ut nepotes, neptesque in patris sui locum succedant.

Eadem ratione et si quis moriatur, nepotem neptemve ex Primo praemortuo filio relinquens, atque ex nepote et ipso mortuo pronepotem proneptemve, nepos ex Primo, et pronepos ex nepote, una heredes fiunt. Ut enim nepotes filiorum, ita et pronepotes majorum suorum locum subeunt.

Unde consequens est dicere, defuncti patrimonium non in capita, sed stirpem dividi. Itaque filius semissem hereditatis capiet, nepotes autem ex filio praemortuo, *sive* duo sive plures sint, alterum semissem capient. Nam quia pater horum superstes semissem accepisset, at hi in ejus locum subierunt, merito sicuti semis superstiti datus fuisset, ita et his.

Sed et si quis decessit, filium quidem non relinquens, sed ex duobus filiis praemortuis nepotes, ex uno unum nepotem vel etiam duos, ex altero tres vel quatuor: unus quidem vel etiam duo dimidiam partem, tres vero vel quatuor alteram dimidiam capiunt.

§ 7. Cum autem quaeritur, an quis suus heres existere potest: eo tempore quaerendum est, quo certum est, aliquem sine testamento decessisse, quod accidit et destituto testamento. hac ratione, si filius exheredatus fuerit, et extraneus heres institutus, et, filio mortuo postea, certum fuerit, heredem institutum ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit, nepos avo suus heres existet: quia, quo tempore certum est, intestatum decessisse patremfamilias, solus invenitur nepos. et hoc certum est.

§ 8. Et licet post mortem avi natus sit, tamen avo vivo conceptus, mortuo patre eius, posteaque deserto avi testamento, suus heres efficitur. Plane, si et conceptus et natus fuerit post mortem avi, mortuo patre suo, desertoque postea avi testamento, suus heres avo b) non existit, quia nullo iure cognationis patrem sui patris tetigit. sic nec ille est inter liberos avo, quem filius emancipatus adoptaverat. hi autem, cum non sunt quantum ad hereditatem liberi, neque bonorum possessio-

---

b) Def. *avo*.

---

§ 7. Quum autem quaerimus, num quis ut suus heres defuncto exsistere possit, tunc exigimus apud eum jus sui heredis esse, quando apparet defunctum *esse* intestatum.

Ast hoc evenit non modo quum testamentum omnino factum non fuerit, sed et quum factum quidem fuerit, sed nemo inde heres exstiterit. Quare, si quis filium in potestate habens atque ex eo nepotem, filio exheredato extraneum scripserit heredem, sed post mortem testatoris, deliberante adhuc extraneo, filius decesserit, et deinde extraneus vel repudiet vel heres esse nequeat: (forte enim sub conditione scriptus est heres, et institutionis conditio defecit) nepos avo suus heres fiet: quoniam, quo tempore manifestum fiebat testatorem obiisse intestatum, solus nepos in ejus familia invenitur, quandoquidem interea filius obierat.

§ 8. Eadem locum habent, si vivente quidem avo nepos conceptus, sed post ejus mortem natus fuit, solusque nepos in defuncti esse familia comperitur, neque *ab aliis* praecedatur sub illud tempus, quo extraneus vel sponte vel forte heres non fuit. Quod si nepos ex filio conceptus natusque sit post avi mortem, et postea medio mortuo extraneus heres non fuit, nepos haud amplius suus heres fiet: nullam enim cognationis speciem hic cum testatore habebit.

Sicut neque is liberis connumerabitur, quem filius meus emancipatus in adoptionem accepit. Nam si accidat, ut intestatus moriar, praemortuo filio meo emancipato, is quem vivens ipse emancipatus in adoptionem accepit, in mea jura non succedet, quum nullam mecum cognationis speciem praetexere possit. Non solum autem hi dicti ex *jure* civili heredes fieri non possunt,

nem petere possunt quasi proximi cognati. — Haec de suis heredibus.

§ 9. Emancipati autem liberi iure civili nihil iuris habent: neque enim sui heredes sunt, quia [c]) in potestate esse desierunt parentis, neque alio ullo iure per legem duodecim tabularum vocantur. Sed praetor, naturali aequitate motus, dat eis bonorum possessionem *unde liberi*, perinde acsi in potestate parentis mortis tempore fuissent; sive soli sint, sive cum suis heredibus concurrant. itaque duobus liberis extantibus, emancipato et qui [d]) mortis tempore in potestate fuerit: sane quidem is, qui in potestate fuerit, solus iure civili heres est, id est [e]) solus suus heres est; sed cum emancipatus beneficio praetoris in partem admittitur, evenit, ut suus heres pro parte heres fiat.

§ 10. At hi, qui emancipati a parente in adoptionem se dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris, quasi liberi, si modo, cum is moreretur, in adoptiva familia sint. nam vivo eo emancipati ab adoptivo patre perinde admittuntur ad bona naturalis patris, acsi emancipati ab ipso essent, nec umquam in adoptiva familia fuissent; et

---

c) *qui*. — d) *eo, q*. — e) *et*.

---

sed neque ut cognati bonorum possessionem petere possunt. Haec igitur de suis heredibus.

§ 9. Emancipati vero liberi, sicut et in secunda Institutione diximus, quantum ad *jus* civile, nullum adversus parentes suos jus habent: neque enim sui heredes fieri possunt, quia in potestate parentis esse desierunt; immo neque ut cognati a *Lege* XII Tabularum vocabuntur, propter capitis deminutionem, quam subierunt.

At Praetor, ad jus naturale respiciens dat illis bonorum possessionem unde liberi, vocans *eos* ad bona defuncti, acsi, quo quis tempore obiit, eos in potestate habuisset, sive soli sint, sive defunctus liberos in potestate habeat; una enim *cum* iis heredes erunt. Itaque, si quis moriatur intestatus, exstantibus liberis duobus, quorum unus erat emancipatus, alter in potestate: is quidem *qui* in potestate *est*, quantum ad civilem legislationem, solus heres erit, habens in se jus sui *heredis;* sed quia emancipatus beneficio Praetoris adjuvatur, atque in semissem vocatur, eveniet hoc modo ut suus *heres* in effectu non in assem, sed in partem heres fiat.

§ 10. Duos in potestate habebam filios, Primum et Secundum; Primum emancipavi, retinens in potestate Secundum; Primus emancipatus factus, in adoptionem se dedit Titio: si eveniat ut intestatus moriar, solus mihi Secundus succedit, non item et Primus, qui in adoptiva Titii familia est; hic enim filius ad bona mea non pervenit. Hoc autem tantummodo dico, si, quo tempore ego moriebar, in adoptiva fuit familia: nam si me vivo Titius eum emancipavit, similiter ad mea naturalis patris bona perveniet, acsi ego eum

convenienter, quod ad adoptivum patrem pertinet, extraneorum loco esse incipiunt. post mortem vero naturalis patris emancipati ab adoptivo, et quantum ad hunc, aeque extraneorum loco fiunt, et quantum ad naturalis parentis bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciscuntur: quod ideo sic placuit, quia iniquum erat, esse in potestate patris adoptivi, ad quos bona naturalis patris pertinerent, utrum ad liberos eius, an ad agnatos.

§ 11. Minus ergo iuris habent adoptivi quam naturales. namque naturales emancipati beneficio praetoris gradum liberorum retinent, licet iure civili perdunt; adoptivi vero emancipati et iure civili perdunt gradum liberorum, et a praetore non adiuvantur. et recte: naturalia enim iura civilis ratio perimere non potest; nec, quia desinunt sui heredes esse, desinere possunt filii filiaeve, aut nepotes neptesve esse; adoptivi vero emancipati extraneorum loco incipiunt esse, quia ius nomenque filii filiaeve, quod per adoptionem consecuti sunt, alia civili ratione, id est emancipatione, perdunt.

§ 12. Eadem haec observantur et in ea bonorum possessione, quam

---

emancipassem, et nunquam in adoptiva fuisset familia. Consequens igitur est dicere, quantum ad factum ei patrem adoptivum, illum esse extraneum.

Quod si post meam mortem Titius eum emancipet, etiam ad illum extraneus videbitur. Hoc autem ita *se* habere placuit, quod iniquum esse visum est, in arbitrio adoptivi patris esse, ad quem bona naturalis patris pervenire debeant, utrum ad filios an ad agnatos. Si enim *ego* filium habens, eum emancipavero; hic autem se Titio in adrogationem dederit; et *ego* moriar, agnatos habens: licitum est Titio, filium in adoptione retinenti, agnatis dare aditum ad hereditatem: aut si velit eum mortuo me emancipare, ut agnati repellantur, et ipse ad bona mea vocetur, sine obstaculo hoc faciet: sed absurdissimum esse diximus, in patris adoptivi arbitrio situm esse, a quibus velit mihi succedi, utrum a filio meo an ab agnatis.

§ 11. Itaque (recurrendum est enim ad paulo ante dicta, ubi dictum fuit, emancipatum ab adoptivo patre, extraneum ei censeri) minora sunt jura filiorum adoptatorum, quam naturalium: nam filius meus naturalis emancipatus [a patre adoptivo, extraneus ei censetur: *quantum* vero ad me,] etsi jus successionis amittit, quantum ex *jure* civili, attamen a praetore liberis connumerabitur: sed liberi adoptivi emancipati et secundum *jus* civile liberorum gradu excidunt, et Praetor eos non adjuvat. Et merito: namque jura naturalia lex civilis subvertere non potest; neque, quia sui heredes esse desierunt, desinunt etiam natura esse filii vel filiae, aut nepotes vel neptes: at liberi adoptivi emancipati incipiunt extranei esse; filii enim vel filiae nomen, quod per adoptionem habuerunt, alia ratione civili, id est emancipatione, amittunt.

§ 12. Haec vero non modo de successione ab intestato dicenda sunt, sed

contra tabulas testamenti parentis liberis praeteritis, id est neque heredibus institutis, neque ut oportet exheredatis, praetor pollicetur. nam eos quidem, qui in potestate parentis mortis tempore fuerunt, et emancipatos vocat praetor ad eam bonorum possessionem; eos vero, qui in adoptiva familia fuerunt per hoc tempus, quo naturalis parens moreretur, repellit. item adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre, sicut ab intestato, ita longe minus contra tabulas testamenti ad bona eius admittit f), quia desinunt in liberorum numero esse.

§ 13. Admonendi tamen sumus, eos, qui in adoptiva familia sunt, quive g) post mortem naturalis parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum possessionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, id est qua cognati defuncti vocantur. ex qua parte ita admittuntur, si neque sui heredes liberi, neque emancipati obstent, neque agnatus quidem ullus interveniat: ante enim praetor liberos vocat tam suos heredes, quam emancipatos, deinde legitimos heredes, deinde proximos cognatos.

§ 14. Sed ea omnia antiquitati quidem placuerunt: aliquam autem

---

f) *non a.* — g) *qui.*

---

etiam de bonorum possessione contra tabulas, quam praetor contra paternum testamentum liberis dat, heredibus non scriptis, neque rite, id est nominatim, exheredibus factis. Quos enim in defuncti potestate invenit, et naturales *quoque* emancipatos armat, si praeteriti sint, *bonorum possessione* contra tabulas: sed manentibus in familia adoptiva, quo tempore naturalis *pater* moritur, non praebet *bonorum possessionem* contra tabulas. Si filium meum adoptivum emancipavero, non solum mihi intestato obeunti non succedit, sed neque in testamento meo praeteritus adversus illud *bonorum possessionem* contra tabulas habebit: nam liberis meis connumerari desiit.

§ 13. Illud nos meminisse oportet, quod filius meus naturalis, se ipsum in adoptionem dans, atque in familia adoptiva manens, vel post mortem meam ab adoptivo patre emancipatus, etsi maxime ad mea patris naturalis bona venire non potest, ex bonorum possessione *unde liberi;* tamen ex alio gradu vocabitur; id est ex quo *cognati* defuncti veniunt. Sed hoc tum sic *se* habet, quando nec suos heredes, nec emancipatos reliqui; neque item agnatus aliquis mihi exstat; hi enim illi praeferentur: nam Praetor primo vocat liberos, tam suos quam emancipatos; his vero non exstantibus, agnatos; agnatis autem non exstantibus, cognati vocabuntur: in quibus liberi mei principatum tenent, qui in adoptiva sunt familia.

§ 14. Habe haec in modum praeviae contemplationis. Si tres *ego* filios masculos in potestate habens, unum in adoptionem dedero, dicitur hujusmodi

emendationem a nostra constitutione acceperunt, quam super his personis posuimus, quae a patribus suis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Invenimus etenim nonnullos casus, in quibus filii et naturalium parentum successionem propter adoptionem amittebant, et adoptione facile per emancipationem soluta, ad neutrius patris successionem vocabantur. Hoc solito more corrigentes, constitutionem scripsimus, per quam definivimus, quando parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia iura ita servari, atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus adoptio fuerit subsecuta; nisi in hoc tantummodo casu, ut possit ab intestato ad patris adoptivi venire successionem. testamento autem ab eo facto, neque iure civili, neque praetorio, aliquid ex hereditate eius persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neque inofficiosi querela instituta, cum nec necessitas patri adoptivo imponitur, vel heredem eum instituere, vel exheredatum facere, utpote nullo naturali vinculo copulatum. neque si ex Sabiniano senatusconsulto ex tribus maribus fuerit adoptatus: nam et in huiusmodi casu neque quarta ei servatur, nec ulla actio ad eius persecutionem ei competit. nostra autem constitu-

---

adoptio *ex tribus maribus*. Atque et Senatusconsultum Sabinianum, sanciens necesse tibi esse omnino hujusmodi filio ex tribus maribus adoptato quartam tuorum bonorum *partem* relinquere: sin autem ei non reliqueris, dictum SCtum dat ei adversus heredes tuos actionem, ad quartae petitionem.

Postquam tibi haec praecognita sunt, vide reliquum argumentum. Omnia in superioribus dicta olim obtinebant: noster autem Imperator modicam his correctionem adtulit per constitutionem suam, in qua de datis a patre naturali in adoptionem disseruit. Quum enim inveniret casus, quos et supra diximus, in quibus liberi et partis naturalis hereditatem, eo quod in adoptione essent, amittebant, et adoptione facile per emancipationem dissoluta, ad neutrius patris successionem vocabantur: pro suo more et hoc in melius transferens, fecit (ut dictum est) constitutionem, per quam sanxit ut, si naturalis pater filium suum alii in adoptionem dederit, omnia is jura apud naturalem patrem integra habeat, neque hujus familia exeat, quasi adoptivus filius omnino non fuerit. In eo autem solo casu adoptio aliquid habere videtur, ut filius ab intestato venire possit ad patris adoptivi dicti hereditatem: quandoquidem facto ab eo testamento, neque secundum jus civile neque secundum praetorium, ex illius hereditate quidquam auferre potest, neque *bonorum possessionem* contra tabulas petens, neque *querelam* de inofficioso movens: quia nec patri adoptivo necesse est, aut heredem eum scribere aut exheredem facere, utpote nullo vinculo naturali sibi conjunctum. Plus dico, nec si secundum SCtum Sabinianum ex tribus maribus eum in adoptionem accepisset: namque et in hujusmodi adoptione nec quarta ei servabitur ex SCto, neque ulla competet actio ad quartae petitionem.

tione exceptus est is, quem parens naturalis adoptandum susceperit: utroque enim iure, tam naturali quam legitimo, in hanc personam concurrente, pristina iura tali adoptione [h]) servavimus, quemadmodum si paterfamilias sese dederit arrogandum. quae specialiter et singillatim ex praefatae constitutionis tenore possunt colligi.

§ 15. Item vetustas, ex masculis progenitos plus diligens, solos nepotes vel neptes, qui quaeve [i]) ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem, et iuri [k]) agnatorum eos anteponebat; nepotes autem, qui ex filiabus nati sunt, et pronepotes ex neptibus cognatorum loco numerans, post agnatorum lineam eos vocabat, tam in avi vel proavi materni, quam in aviae vel proaviae, sive paternae sive maternae, successionem. Divi autem principes non passi sunt, talem contra naturam iniuriam sine competenti emendatione relinquere: sed cum nepotis et pronepotis nomen commune est utrisque, qui tam ex masculis quam ex feminis descendunt, ideo eundem gradum et ordinem

---

h) *adoptioni.* — i) def. *vel neptes, quaeve.* — k) *iure.*

Exceptus est autem a dicta sanctissimi Imperatoris nostri constitutione ille filius adoptivus, quem pater naturalis avo ipsius filii in adoptionem dedit: utroque enim hic jure concurrente, (tam naturali propter cognationem, quam civili propter adoptionem) vetera jura *in* hujusmodi adoptione ita servamus, acsi quis sui juris in adoptionem se dedisset. Haec autem specialiter ac singulatim ex superioris constitutionis verbis intelligere est.

§ 15. Similiter et illud debitam curam sortitum est: quum enim veteres ex masculis prognatos magis diligerent, solisque nepotibus vel neptibus ex virili sexu prognatis jura suorum *heredum* tribuerent, atque eos agnatis praeponerent; ex filia vero nepotes, et ex nepte pronepotes, cognatis adnumerarent, atque agnatis postponerent: namque ad bona vocabantur tam avi materni, quam ad hereditatem aviae vel proaviae, sive paternae sive maternae, quando non aderant agnati: sed qui ante paucos imperaverunt annos, hanc absurditatem haud reliquerunt incorrectam: quum enim nepotis ac pronepotis nomen commune sit ex virili progenie et *ex* feminina descendentibus, ideo communem iis ordinem atque eumdem successionis gradum concessere.

Sic tamen, ut ex virili progenie *nati* paullo plus acciperent, utpote et natura cogniti et a priscis honorati, ita ut tertia parte plus haberent. Nam si quis decesserit relinquens filium, et ex filia defuncta nepotem vel neptem, pronepotem vel proneptem, filius quidem octo uncias capiet, nepos autem vel neptis, aut pronepos vel proneptis, ex filia defuncta quatuor; id est minus *parte* tertia quam mater vel avia superstes acceptura fuisset; nam mater eorum vel avia vivens sex uncias accepisset: illa autem mortua, nepos ex illa vel pronepos minus *parte* tertia, id est minus sextante, *sive duabus unciis,* (nam

successionis eis donaverunt; sed ut aliquid amplius sit eis, qui non solum naturae, sed etiam veteris iuris suffragio muniuntur, portionem nepotum et neptum, vel deinceps, de quibus supra diximus, paulo minuendam esse existimaverunt, ut minus tertiam partem acciperent, quam mater eorum vel avia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel avus paternus, sive maternus, quando femina mortua sit, cuius de hereditate agitur, hisque, licet soli sint, adeuntibus, agnatos minime vocabant. et quemadmodum lex duodecim tabularum, filio mortuo, nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris sui ad successionem avi vocat: ita et principalis dispositio in locum matris suae vel aviae eos cum iam designata partis tertiae deminutione vocat.

§ 16. Sed nos, cum adhuc dubitatio manebat inter agnatos et memoratos nepotes, partem quartam defuncti substantiae agnatis sibi vindicantibus ex cuiusdam [1]) constitutionis auctoritate: memoratam quidem

1) *eiusdem.*

tertia *pars* sex unciarum est sextans) accipiet ex avi vel proavi hereditate.

Sed si mulier moriatur *relictis* filio vel filia, et nepote vel pronepote ex filio vel filia praemortuis, filius quidem vel filia octo uncias accipiet, nepos autem vel pronepos sive ex filio sive filia praemortuis quatuor accipiunt, id est et ipsi minus triente, quam pater eorum vel mater, aut avus vel avia, seu paterni seu materni, accepturi fuerant. Nam muliebri persona mortua, de cujus hereditate quaestio est, nulla amplius exoritur differentia, utrum ex virili an feminina progenie nepotes vel pronepotes descendant.

Quod si mas moriatur ex filia praemortua relinquens nepotes, aut etiam femina decedat, atque ex filio vel filia praemortuis nepotes relinquat; sed agnati quoque mortuo exstent: olim quidem (ut dictum est) Lex XII tabularum agnatos his nepotibus praeferebat.

Hodie autem, etsi soli exstant nepotes, nullus agnatis aditus ex *Lege* XII tabularum dabitur ad bona defuncti vel defunctae, siquidem nepotes vel pronepotes locum eorum subeunt, ex quibus etiam nati sunt: sed si defuncto vel defunctae (ut dictum est) filius est vel filia, tunc in defuncto quidem mare nepotes ex feminina progenie, in defuncta autem muliere nepotes ex virili et feminina progenie minus triente accipiunt quam parentes sui. Quando autem adversus solos agnatos certamen illis est, omnem adscendentium hereditatem capient. Erat enim olim constitutio, quae hujusmodi quidem nepotibus novem dabat uncias, agnatis autem tres.

§ 16. Sed et posterior fuerat constitutio *superiori* obscure adversans: verum Imperator noster hujusmodi controversiam ex obscuritate ortam tollens, dictam constitutionem posteriorem suo Codici non permisit inscribi, neque in eo exstare illam passus est, ex Theodosiano Codice translatam.

constitutionem a nostro codice segregavimus, neque inseri eam ex Theodosiano codice in eo concessimus. nostra autem constitutione promulgata, toti iuri eius derogatum est; et sanximus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, et deinceps, superstitibus, agnatos nullam partem mortui successionis sibi vindicare, ne hi, qui ex transversa linea veniunt, potiores his habeantur, qui recto iure descendunt. quam constitutionem nostram obtinere secundum sui vigorem et tempora et nunc sancimus: ita tamen, ut, quemadmodum inter filios et nepotes ex filio antiquitas statuit, non in capita, sed in stirpes dividi hereditatem, similiter nos inter filios et nepotes ex filia distributionem fieri iubemus, vel inter omnes nepotes et neptes, et alias deinceps personas, ut utraque progenies matris suae vel patris, aviae vel avi, portionem sine ulla deminutione consequantur, ut, si forte unus vel duo ex una parte, ex altera tres aut quatuor extent, unus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant.

Sed promulgavit generalem et clarissimam constitutionem, quae novem quidem ac trium unciarum divisionem tollit, dictos autem nepotes et pronepotes in solidum agnatis praeponit. Absurdum enim, ex latere *venientes* descendentibus esse potiores. Ergo ut breviter dicam, eamdem constitutionem secundum *ea* quae in illa continentur, et secundum designata in illa tempora, et nunc obtinere jussit.

Ut autem diximus in superioribus, si quis moriatur *relictis* filio et nepotibus ac neptibus ex filio praemortuo, nepotes *neptesque* ex praemortuo filio in stirpem vocari, non in capita; sic etiam, si mas moriatur *relictis* filio et nepotibus ex filia praemortua, omnes nepotes in stirpem vocantur, accipientes minus *parte* tertia: sed si femina moriatur, *relictis* filio et nepotibus ex filio vel filia praemortuis, nepotes rursus, quotquot sunt, quatuor uncias accipient. Et sicuti cum mas moritur, nullum quidem filium relinquens, sed ex filiis praemortuis nepotes diversi numeri, ex uno unum vel duos, ex altero tres vel quatuor, non in capita, sed in stirpem fit divisio; atque unus vel duo semissem capient, tres vero vel quatuor alterum semissem: ita et, si persona mascula decedat, ex filiabus praemortuis relinquens nepotes, vel femina etiam decedat nepotes relinquens ex filiis vel filiabus praemortuis diversi numeri, veluti ex una parte unum aut etiam duos, ex altera tres vel quatuor, hereditas in stirpem dividetur, atque unus aut etiam duo semissem capient, tres vero aut etiam quatuor alterum semissem. [Si autem feminina persona fuerit defuncta, et nepotes ac pronepotes litigent, praeterquam adversus avunculos vel materteras, solidam praemortui partem accipient, non facta trientis deminutione.]

TITULUS SECUNDUS.

DE LEGITIMA AGNATORUM SUCCESSIONE.

Si nemo suus heres, vel eorum, quos inter suos heredes praetor vel constitutiones vocant, extat, et qui successionem quoquo modo am-

---

DE LEGITIMA AGNATORUM SUCCESSIONE.

TITULUS II.

Habe haec in modum praeviae inspectionis. Cognatio nomen est generale: dividitur autem in tria, in adscendentes, descendentes et ex transverso. Et adscendentes quidem sunt, qui nos genuerunt, veluti pater mater, avus avia, proavus proavia, et his etiam superiores: Descendentes autem, ex nobis geniti, veluti filius filia, nepos neptis, pronepos proneptis, atque his etiam inferiores: ex obliquo vero, qui neque nos genuerunt, neque ex nobis nascuntur, sed ejusdem stirpis ac radicis nobiscum *sunt* participes, veluti frater soror, patruus amita, *vel avunculus matertera*, consobrinus consobrina, atque ex his progeniti.

Ex obliquo autem cognatio dividitur in duo, in agnatos et cognatos. Et agnati quidem sunt, qui per virilem progeniem nobis conjunguntur; cognati autem, qui per femininam progeniem. Quisque autem cognationis ordo varios diversosque habet gradus: sed in adscendentibus et descendentibus simplicior quidam et facilis graduum *est* intellectus; nam quaelibet harum personarum gradum facit, ac simpliciter, quot generationes, tot etiam gradus invenies: ast in *cognatis* ex transverso difficilior neque deprehensu facilis est graduum inventio. Non enim oportet nos statim ad personam ex transverso decurrere, sed prius ad adscendentes sursum procedere, donec pervenerimus ad eum, qui nativitatis causa est *illius cognati* ex transverso; posteaque hoc invento descendere ad quaesitam ex obliquo personam; atque ita omnes generationes collectas numerare, tam in adscensu, quam in descensu: namque singulas generationes in proprio collocans gradu, collige numerum.

Atqui in descendentibus hoc facile *est:* veluti, filius meus quoto mihi est gradu? Ego genui; en una generatio unum fecit gradum: itaque primo mihi gradu est filius. Nepos quoto? Ego genui filium, filius nepotem; en duae generationes duos fecerunt gradus: ergo nepos secundo est gradu. Idem et deinceps in pronepote et ab nepote. Similiter et in adscendentibus. Pater quoto mihi est gradu? Me pater genuit; ecce una generatio unum gradum fecit: itaque primo mihi est gradu. Avus quoto? Me pater genuit, patrem avus; ecce duae generationes duos fecerunt gradus: est igitur avus secundo gradu. Idem *est* et in matre, et avia, et omnibus adscendentibus, masculis ac feminis.

In collateralibus autem (ut dictum est) adscendere *quis* debet ad personam

plectatur: tunc ex lege duodecim tabularum ad agnatum proximum hereditas pertinet.

§ 1. Sunt autem agnati, ut primo quoque libro tradidimus, cognati per virilis sexus personas cognatione iuncti, quasi a patre cognati. itaque eodem patre nati fratres agnati sibi sunt, qui et consanguinei vocantur, nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint. item patruus fratris filio, et invicem is illi agnatus est. eodem numero sunt fratres patrueles, id est qui ex duobus fratribus procreati sunt, qui etiam consobrini vocantur. qua ratione etiam ad plures gradus agnationis pervenire poterimus. Hi quoque, qui post mortem patris nascuntur, iura consanguinitatis nanciscuntur. Non tamen omnibus simul

---

cognationis auctorem, numerans generationes, et rursus descendere computans generationes, usque dum deveniamus ad personam, de qua *est* quaestio, Nam si quis te rogabit, frater tuus quoto tibi est gradu? Dic secundo. Cur? Adscende ad patrem; ecce una generatio a patre ad te unum fecit gradum: deinde, postquam personam nativitatis auctorem *fratris* invenisti, descende ad fratrem, addens hic alteram generationem; ecce duae generationes duos fecerunt gradus. Ergo recte dictum fuit, fratrem secundo esse gradu. Rursum si quis te roget, Patruus quoto tibi est gradu? Dic tertio: nam oportet te adscendere ad patrem tuum, ac dicere: Me pater genuit, patrem avus; en duas generationes: idem avus patruum meum *genuit;* ecce tres generationes fecerunt tres gradus: itaque tertio mihi gradu est patruus. Sic etiam in reliquis, eidem attendens regulae, poteris gradus deprehendere.

Postquam haec tibi sunt praecognita, vide reliquum argumentum: si quis decesserit neminem suum *heredem* relinquens, neque *alium* qui loco sui aut a praetore vocatur, qualis est emancipatus, aut a constitutionibus, quales sunt supradicti nepotes; aut hujusmodi personae extantes hereditatem defuncti qnomodocumque non adierint: tunc Lex duodecim tabularum secundo loco proximum agnatum ad hereditatem vocat.

§ 1. Agnati autem sunt, sicut et in prima tradidimus Institutione, cognati per virilem nobis progeniem conjuncti, quasi a patre cognati. Itaque ex eodem patre nati fratres, agnati inter se sunt, et Latine vocantur *consanguinei*, Graece ὅμαιμοι: nobis haud distinguentibus, utrum ex eadem sint matre, an ex diversis.

Et patruus meus, agnatus mihi est, atque ego illi. Et nati ex duobus fratribus agnatica inter se jura habent, qui dicuntur *fratres patrueles*, abusive autem consobrini: Nam *consobrini* proprie vocantur nati ex duabus sororibus, quasi consororini. Hac utens regula potest quis ad plures pervenire gradus ac dicere, filium patrui mei atque ex illo nepotem, agnatos esse: et simpliciter, quamdiu non vides personam femineam, quae agnationem scindat, progenitos pronuntia agnatos. Non solum autem vivo patre nati, sed etiam post mortem ejus, jura consanguinitatis mecum habent.

Non vero omnes simul agnati ad defuncti patrimonium vocantur ab Lege

agnatis dat lex hereditatem, sed his, qui tunc proximiore gradu sunt, cum certum esse coeperit, aliquem intestatum decessisse.

§ 2. Per adoptionem quoque agnationis ius consistit, veluti inter filios naturales, et eos, quos pater eorum adoptavit (nec dubium est, quin proprie[a]) consanguinei appellentur); item, si quis ex ceteris agnatis, veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu est, aliquem adoptaverit, agnatos[b]) inter suos[c]) esse non dubitatur.

§ 3. Ceterum inter masculos quidem agnationis iure hereditas etiam longissimo gradu ultro citroque capitur. Quod ad feminas vero, ita placebat, ut ipsae consanguinitatis iure tantum capiant hereditatem, si sorores sint, ulterius non capiant; masculi vero ad earum hereditates, etiamsi longissimo gradu sint, admittantur. qua de causa fratris tui aut patrui tui filiae, vel amitae tuae hereditas ad te pertinet, tua vero ad illas non pertinebat. quod ideo ita constitutum erat, quia commodius videbatur, ita iura constitui, ut plerumque hereditates ad masculos confluerent. sed quia sane iniquum erat, in universum eas, quasi extraneas, repelli, praetor eas ad bonorum possessionem admittit ea

---

a) *improprie.* — b) *agnatus.* — c) *s. heredes.*

XII tabularum, sed hi qui propiorem obtinebant gradum, quando manifestum fuit, aliquem decessisse intestatum: quomodo autem hoc intelligendum sit, pergentes docebimur. Itaque si frater est, est autem et patruus, quoniam frater secundo gradu, sed patruus tertio est gradu, frater praefertur.

§ 2. Non tantum vero generatio, sed etiam adoptio agnationem constituit. Veluti, naturalem ego habeo filium; adscivi quoque adoptivum: hi sese vocabunt non modo agnatos, sed etiam consanguineos. Sed et, si alius agnatus, veluti frater meus, vel patruus, aut etiam filius vel nepos patrui, aliquem in adoptionem acceperit, inter nos agnatio constituitur.

§ 3. Hereditas jure agnatico inter masculos defertur, etsi longissimo inter se gradu sint defunctus atque ejus successor. Etenim exstat *aliquando* patrui abnepos, per masculos omnes descendens, qui septimo est gradu. Quum enim patruus sit tertio gradu, hujus filius IV, nepos V, pronepos VI, consequenter *erit* abnepos VII. Haec quidem inter masculos.

Si autem femina erat heres, tunc jure agnatico patrimonium defuncti capere poterat, quando consanguinea erat, id est soror. Quod si amita erat vel fratris filia, non poterat, ut agnata, heres esse. In universum enim scire debes, femineam personam consanguinitatis gradum transgressam jure agnatico heredem non esse. Sed si femina quidem obierat, persona autem mascula ad illius hereditatem vocabatur, sive tertio sive quarto sive quinto esset gradu, jure agnatico heres erat.

Ideo, fratris mei aut patrui filia, vel amita *mea* si decesserat, ego ut agna-

parte, qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur; ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neque agnatus ullus, nec proximior cognatus interveniat. Et haec quidem lex duodecim tabularum nullo modo introduxit, sed simplicitatem legibus amicam amplexa simili modo omnes agnatos, sive masculos sive feminas, cuiuscumque gradus, ad similitudinem suorum, invicem ad successionem vocabat; media autem iurisprudentia, quae erat lege quidem duodecim tabularum iunior, imperiali autem dispositione anterior, subtilitate quadam excogitata, praefatam differentiam inducebat, et penitus eas a successione agnatorum repellebat, omni alia successione incognita, donec praetores, paulatim asperitatem iuris civilis corrigentes, sive quod deest adimplentes, humano proposito, alium ordinem suis edictis addiderunt, et cognationis linea, proximitatis nomine, introducta, per bonorum possessionem eas adiuvabant, et pollicebantur his bonorum possessionem, quae *unde cognati* appellatur. nos vero, legem duodecim tabularum sequentes, et eius vestigia in hac parte conservantes, laudamus quidem praetores suae humanitatis, non tamen eos in plenum causae mederi

---

tae heres eram: sin autem ego obieram, hae jure agnatico ad meam non veniebant hereditatem. Haec autem ita *se* habebant, quoniam utilius esse videbatur, masculos frequentius ad hereditates vocari quam feminas; quia reipublicae utiliores sunt masculi, bellantes, munia obeuntes, imperantes.

Verum quoniam absurdum videbatur, eas omnino a successione defunctorum repelli, extraneis similes, praetor ad naturalem aequitatem respiciens, iis bonorum possessionem, Unde cognati promisit, ex ea parte illas vocans, ex qua cognatis aditum ad *successionem* ab intestato praebuit, hoc est quando nec agnatus nec proximior cognatus invenitur.

Quod autem *a* nobis dictum *est*, feminas quidem jure agnatico heredes habere, sed heredes non esse, egressas consanguinitatis gradum, non est inventum *Legis* XII tabularum: namque *Lex* XII consuetam legibus simplicitatem amans, omnes similiter agnatos atque agnatas, cujuscumque forent gradus, ad similitudinem suorum, ad bona defuncti vocabat.

Sed prudentes post XII tabulas, qui juniores quidem erant earum legislatione, sed veteriores constitutionibus principalibus, *juris* rigore gaudentes, dictam commenti sunt differentiam, repellentes omnino eas *ab* agnatorum successione: donec (ut dictum fuit) praetores introductam in civitatem a prudentibus asperitatem humaniori corrigentes sententia, eas ut cognatas vocaverunt, aut etiam defectum supplentes, (hic enim illorum mos) tertium cognatorum ordinem commenti, ut cognatas eas vocaverunt, bonorum iis possessionem Unde cognati pollicentes.

Sanctissimus autem Imperator noster, inventam ab *L.* XII Tab. masculorum ac feminarum aequalitatem circa successionem servans, laudat quidem

invenimus: quare etenim, uno eodemque gradu naturali concurrente, et agnationis titulis tam in masculis quam in feminis aequa lance constitutis, masculis quidem dabatur ad successionem venire omnium agnatorum, ex agnatis autem mulieribus nullis penitus, nisi solo sorori, ad agnatorum successionem patebat aditus? ideo in plenum omnia reducentes et ad ius duodecim tabularum eandem dispositionem exaequantes nostra constitutione sanximus, *omnes legitimas personas, id est per virilem sexum descendentes, sive masculini sive feminini generis sunt, simili modo ad iura successionis legitimae ab intestato vocari, secundum gradus sui praerogativam, nec ideo excludendas, quia consanguinitatis iura, sicuti germanae, non habent.*

§ 4. Hoc etiam addendum nostrae constitutioni existimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus a iure cognationis in legitimam successionem, ut non solum fratris filius et filia, secundum quod iam definivimus, ad successionem patrui sui vocentur, sed etiam germanae consanguineae vel sororis uterinae filius et filia soli, et non deinceps

---

praetores suae humanitatis, quod non omnino feminas extra successionem reliquerint: ait autem, eos non perfecte adversus feminarum injuriam remedium invenisse: namque absurdissimum esse, feminas ex uno eodemque gradu cum masculis concurrentes, neque tantum naturalem habentes cognationem, sed agnaticam quoque conservantes, non ad similem modum *cum* masculis succedere, sed solas sorores jure agnatico ad hereditatem defuncti pervenire.

His igitur motus rationibus, sanctissimus Imperator noster antiquum jus revocavit, ex *lege* inquam XII tabularum; et propria constitutione personas per virilem progeniem defuncto conjunctas, sive masculos sive feminas, simili modo ad legitimam ab intestato successionem vocari jussit, servata ubique gradus praerogativa; proximum enim aut proximam vult praeferri ulteriori: neque ob id minus eas habere, quod gradum consanguinitatis excesserint; sed si quis obierit, duos agnatos relinquens ejusdem gradus, quorum alter masculus, altera femina sit, simul perveniant. Veluti verbi gratia, est filius patrui praemortui, et filia patrui, etsi *haec* tertio est gradu, et consanguinitatem excessit, nihilominus una *cum* suo fratre succedit defuncto.

§ 4. Haec autem sanctissimus Imperator noster in dicta constitutione cum sanxisset, addidit et illud: unum enim gradum sive personam *unam* ex cognatorum ordine in agnatorum transtulit: namque jussit, ut agnatos non solum filium ac filiam fratris mei, secundum ea quae jam obtinent, ad meam pervenire hereditatem; sed sororis quoque liberos, sive consanguinea sit sive uterina. Ergo si quis moriatur relinquens fratris praemortui filium vel filiam, et sororis praemortuae consanguineae vel uterinae filium vel filiam, ex aequo venient succedentque: illi quidem ut patruo, hi autem ut avunculo, acsi omnes ex masculis provenissent. Haec autem, ut jam propositum fuit, intelligere oportet, quando fratres ac sorores, ex quibus hi descendunt, haud vivunt:

personae una cum his ad iura avunculi sui perveniant, et mortuo eo, qui patruus quidem est fratris sui filiis, avunculus autem sororis suae soboli, simili modo ab utroque latere succedant, tamquam si omnes, ex masculis descendentes, legitimo iure veniant, scilicet ubi frater et soror superstites non sunt. his etenim personis praecedentibus, et successionem admittentibus, ceteri gradus remanent penitus semoti, videlicet hereditate non ad stirpes, sed in capita dividenda.

§ 5. Si plures sint gradus agnatorum, aperte lex duodecim tabularum proximum vocat: itaque si verbi gratia sit frater defuncti, et alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur. et quamvis singulari numero usa lex proximum vocet: tamen dubium non est, quin et, si plures sint eiusdem gradus, omnes admittantur: nam et proprie proximus ex pluribus gradibus intellegitur, et tamen dubium non est, quin, licet unus sit gradus agnatorum, pertineat ad eos hereditas.

---

his enim superstitibus, atque hereditatem defuncti amplectentibus, illi ex sequentibus gradibus quiescent.

Ad dictas vero personas, ab dicta constitutione inventas, defuncti hereditas pervenit divisa in capita, non in stirpem. At oportet quoque supradictum et modo memoratum exemplo declarare: Obiit quidam sororem uterinam relinquens, et fratris praemortui filium: olim quidem praemortui fratris filius, ut agnatus, heres erat: veniebat enim ex ordine potiori, etsi gradu vincebatur; ipse enim tertii erat gradus, sed soror secundi: verum hodie ex illis ab Imperatore nostro inventis ipsa praeferetur fratris filio, quippe adepta ex constitutione jura agnatica. Illud autem *in capita* sic intelligendum est: veluti, evenit ut intestatus morerer, relinquens fratris praemortui sororisque praemortuae liberos; sed fratris quidem erant tres vel quatuor, sororis autem unus vel duo. Non dicendum est, *liberos* sororis semissem, et *liberos* fratris semissem accepturos, sed in capita fit divisio: quumque ex fratre quatuor sint, quatuor accipiunt partes; duo autem ex sorore duas partes habebunt.

§ 5. Quidam intestatus obiit, multis exstantibus agnatis diversi gradus: *Lex* XII Tab. proximum vocat. Itaque, si verbi gratia exstat frater defuncti et filius fratris praemortui, aut etiam patruus, frater erit potior: hic enim secundi, illi vero tertii sunt gradus.

Non tantum vero, si unus est proximus, ad hereditatem defuncti vocatur, sed etiam si multi sint in proximo gradu, omnes simul veniunt: licet singulari numero *Lex* XII Tab. usa sit, dicens: Proximum praefero; neque dixit, Proximos. Ergo si tres defuncto sunt fratres, atque unus fratris praemortui filius, tres fratres heredes erunt, fratris praemortui filium vincentes.

Ac rursus quod dicitur *Lege* XII Tab. Proximus, hoc proprie significat plurium graduum comparationem: verum quamvis significatio verbi hoc ostendat, tamen, etsi unus exstat gradus, locus est successioni ex L. XII. Veluti, obiit quis solum patruum relinquens, neque alium agnatum habens, venit

§ 6. Proximus autem, si quidem nullo testamento facto quisque decesserit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus est is, cuius de hereditate quaeritur. quodsi facto testamento quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo certum esse coeperit, nullum ex testamento heredem extaturum: tunc enim proprie quisque intellegitur intestatus decessisse. quod quidem aliquando longo tempore declaratur: in quo spatio temporis saepe accidit, ut, proximiore mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus.

§ 7. Placebat autem, in eo genere percipiendarum hereditatum successionem non esse, id est ut, quamvis proximus, qui, secundum ea, quae diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreverit hereditatem, aut, antequam adeat, decesserit, nihilo magis legitimo iure sequentes admittuntur. quod iterum praetores, imperfecto iure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant, sed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote agnationis iure eis recluso. sed nos, nihil deesse perfectissimo iuri cupientes, nostra constitutione sanximus, quam de iure

---

patruus ut proximus, etiamsi non sit alius gradus, ad quem hic comparetur.

§ 6. Sed si quis intestatus decesserit, is ut proximus venit, qui sub tempus mortis decessori fuit proximus. Si autem testatus quis decedat, quaerimus eo tempore, quo manifestum fuit, neminem ex testamento successorem defuncto exstitisse, quis proximus fuerit: tunc enim proprie intestatus obiisse dicitur. Hoc autem aliquando longo post tempore manifestum fit.

In quo intervallo saepe accidit, ut qui sub tempus mortis remotiori erat gradu, proximus factus heres fiat. Veluti, obiit quis extraneum scribens heredem, exstante fratre, exstante etiam patruo. Heres scriptus dispiciebat, an adire oporteret: interim testatoris frater obiit: post illa extraneus hereditatem repudiavit: venit patruus ut proximus: nunc enim defunctus probatur *esse* intestatus: nam quia nemo ex scriptura ad hereditatem pervenit, proximus invenitur patruus, etsi sub tempus mortis *ab alio* praeveniebatur, quia tunc frater defuncto exstabat.

§ 7. In agnatorum hereditate *Lex* XII Tab. non novit successionem: id est, non dicimus proximo vel ante aditionem mortuo, vel hereditatem repudiante, legitimum sequentis gradus esse heredem. Veluti, obiit quis intestatus exstante fratre, exstante etiam patruo; vocabatur frater, utpote proximus: si accidisset ut frater ante aditionem obierit vel hereditatem repudiaverit; patruus, ut agnatus, non veniet, quia *Lex* XII Tab. successionem ignorat.

Sed praetor errorem *Legis* XII Tab. corrigens, imperfecte quidem, tamen aliquod auxilium excogitavit: namque patruum ex cognatorum ordine vocavit, quod agnatorum jura *hic* deficerent, quum successio non esset.

Sanctissimus autem Imperator noster, legumlationes per omnia perfectas esse cupiens, constitutionem fecit, in qua de patronorum juribus disseruit: et humano animo hoc dispiciens, in agnatorum hereditatibus successionem

patronatus, humanitate suggerente, protulimus, successionem in agnatorum hereditatibus non esse eis denegandam, cum satis absurdum erat, quod cognatis a praetore apertum est, hoc agnatis esse reclusum, maxime, cum in onere quidem tutelarum et primo gradu deficiente, sequens succedit, et quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum.

§ 8. Ad legitimam successionem nihilominus vocatur etiam parens, qui, contracta fiducia, filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps, emancipat. quod ex nostra constitutione omnimodo inducitur, ut emancipationes liberorum semper videantur contracta fiducia fieri; cum apud antiquos non aliter hoc obtinebat, nisi specialiter contracta fiducia parens manumisisset.

TITULUS TERTIUS.

DE SENATUSCONSULTO TERTULLIANO.

Lex duodecim tabularum ita stricto iure utebatur, et praeponebat masculorum progeniem, et eos, qui per feminini sexus necessitudinem sibi iunguntur, adeo expellebat, ut ne quidem inter matrem et filium

---

fore sanxit. Stolidum enim esse putavit, id quod cognatis praetor largitus est, (in his enim est successio) agnatis non adesse; maximeque quum in onere tutelae sit successio. Nam si quis impuber est, et duo exstent agnati, frater ac patruus, frater ut proximus ad tutelam vocabitur: sin vero et *is* moriatur, atque hoc modo secundus gradus deficiat, successioni fit locus, et patruus legitimus erit tutor: quod igitur in onere tutelae obtinebat, absurdum erat in lucro quoque hereditatis non obtinere.

§ 8. Ex ordine legitimorum ad bona filii pater defuncti vocatur, qui specialiter contracta fiducia filium vel filiam, aut nepotem vel neptem, et deinceps, emancipavit. Hodie autem ex Imperatoris nostri constitutione superfluum *est*, specialiter contracta fiducia emancipare: namque *ex* praesumtione et tacite hoc emancipationibus inesse vult dicta constitutio.

DE SENATUSCONSULTO TERTULLIANO.

TITULUS III.

Ex iis quae in superioribus dicta sunt, cognovimus *Legis* XII Tab. rigorem, et angustiam circa hereditatem: exclusit enim *a* patrum successione emancipatos, haud amplius eos agnoscens, propter consecutam capitis deminutionem: sed natos quoque ex virili progenie descendentibus ex feminis

filiamve ultro citroque hereditatis capiendae ius daret, nisi quod praetores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem, bonorum possessione *unde cognati* accommodata, vocabant.

§ 1. Sed hae iuris angustiae postea emendatae sunt. Et primus quidem divus Claudius matri, ad solatium liberorum amissorum, legitimam eorum detulit hereditatem.

§ 2. Postea autem senatusconsulto Tertulliano, quod divi Hadriani temporibus factum est, plenissime de tristi successione matri, non etiam aviae, deferenda cautum est: ut mater ingenua trium liberorum ius habens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumve admittatur intestatorum mortuorum, licet in potestate parentis est, ut scilicet, cum alieno iuri subiecta est, iussu eius adeat, cuius iuri subiecta est.

§ 3. Praeferuntur autem matri liberi defuncti, qui sui sunt, quive suorum loco, sive primi gradus, sive ulterioris. sed et filiae suae mortuae filius vel filia opponitur ex constitutionibus matri defunctae, id est aviae suae. pater quoque utriusque, non etiam avus vel proavus, matri anteponitur, scilicet cum inter eos solos de hereditate agitur.

---

praeferebat, in tantum *eos* non noscens, ut neque mater filio vel filiae intestatis decedentibus succederet, neque ipsos heredes haberet. Sed Praetor naturam ubique fovens, eos ex cognatorum ordine ad mutuam successionem vocabat, dans illis *bonorum* possessionem Unde cognati.

§ 1. Haec autem legis angustia postea emendationem sortita fuit. Et primo quidem divus Claudius matri in solatium liberorum defunctorum legitimam dedit successionem.

§ 2. Postero tempore SCtum factum est Tertullianum, sub Adriani imperio, perfectius ea de *re* sanciens: et matri liberorum amissionem lugenti legitimam tribuit successionem, aviae hoc non largitus. Dixit enim, si filius *vel filia* decedat, matrem relinquens, si quidem *haec* sit ingenua, et trium liberorum jus habeat, sed si libertina quatuor, *eam* ut agnatam ad liberorum tam masculorum quam feminarum intestato decedentium bona pervenire: non modo, si sui sit juris mater, sed etiam si sub patris sui agat potestate, ita tamen ut hae ex jussu patris adeant.

§ 3. Matri autem praeferuntur in hereditate, liberi defuncti. Nam si quis liberos et matrem relinquens decesserit, liberi venient, sive sui sint, sive suorum loco, quales sunt emancipati, sive primi gradus, sive secundi aut deinceps. Si autem mulier est quae decessit, liberi defunctae heredem esse non sinunt aviam suam.

Mas aut etiam femina decessit: exstabat pater, in cujus potestate non erant; exstabat etiam mater: praefertur pater. Si autem avus exstabat aut proavus, in cujus potestate non erant, tunc mater praefertur, sola adversus hos de hereditate certans.

frater autem consanguineus tam filii quam filiae excludebat matrem; soror autem consanguinea pariter cum matre admittebatur: sed si fuerat frater et soror consanguinei, et mater liberis honorata, frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hereditas ex aequis partibus fratri et sorori.

§ 4. Sed nos constitutione, quam in codice nostro nomine decorato posuimus, matri subveniendum esse existimavimus, respicientes ad naturam, et puerperium et periculum et saepe mortem ex hoc casu matribus illatam. ideoque impium esse credidimus, casum fortuitum in eius admitti detrimentum: si enim ingenua ter vel libertina quater non peperit, immerito defraudabatur successione suorum liberorum: quid enim peccavit, si non plures, sed paucos peperit? Et dedimus ius legitimum plenum matribus, sive ingenuis, sive libertinis, etsi non ter enixae fuerint vel quater, sed eum tantum vel eam, qui quaeve morte intercepti sunt, ut et sic vocentur in liberorum suorum legitimam successionem.

§ 5. Sed cum antea constitutiones, iura legitima perscrutantes, partim matrem adiuvabant, partim eam praegravabant, et non in solidum eam vocabant, sed in quibusdam casibus, tertiam partem ei abstrahen-

---

Et frater consanguineus defuncti vel defunctae praefertur ipsorum matri: sed si soror sit consanguinea, una admittitur, id est ex aequo fit heres. Quod si exstent frater et soror et mater, frater quidem praeferebatur matri, etiam jus habenti liberorum: sed hereditas communis fratres inter ac sororem fiebat. Ita ut, si solus frater defuncto esset, vel frater etiam ac soror, et mater, excluderetur mater: si autem frater quidem non exstat, sed sola soror et mater, tunc mater semissem, et soror semissem capiet.

§ 4. Sed haec olim: facta autem est constitutio Imperatoris nostri, quae et proprio ejus Codici inserta est, per quam praecepit, respiciens ad naturam et ad partus periculum, qui aliquando mortem quoque adfert, adjuvandam esse matrem: censens esse impiissimum, casum et quod non ex voluntate accidit, damnum illi inferre. Nam si minus contigerit, ut mater ingenua tres, et libertina quatuor pareret liberos, non juste *a* defuncti successione repellebatur: quale enim ei imputabatur peccatum, si non tres aut quatuor peperisset liberos, per quos posset jure legitimo heres esse, sed solos defunctum vel defunctam?

§ 5. Quum vero constitutiones *principum* qui paulo ante regnaverunt, de legitima successione differentes, matrem interdum adjuvarent, eamque interdum onerarent, non in solidum ei liberorum successionem largientes, sed in quibusdam casibus, veluti si jus liberorum habebat, trientem illi ademtum certis praeberent personis: sed eamdem legitimo jure carentem ex contrario certa hereditatis parte consolarentur. Quo autem clarius sit *quod* dictum *est*,

tes, certis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant: nobis visum est, recta et simplici via matrem omnibus legitimis personis anteponi, et sine ulla demunitione filiorum suorum successionem accipere, excepta fratris et sororis persona, sive consanguinei sint, sive sola cognationis iura habentes, ut, quemadmodum eam toto alio ordini legitimo praeposuimus, ita omnes fratres et sorores, sive legitimi sint, sive non, ad capiendas hereditates simul vocemus, ita tamen, ut, si quidem solae sorores agnatae vel cognatae, et mater defuncti vel defunctae supersint, dimidiam quidem mater, alteram vero dimidiam partem omnes sorores habeant, si vero matre superstite et fratre vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus, sive legitima sive sola cognationis iura habentibus, intestatus quis vel intestata moriatur, in capita distribuatur eius hereditas.

§ 6. Sed quemadmodum nos matribus prospeximus, ita eas oportet suae soboli consulere: scituris eis, quod, si tutores liberis non petie-

---

necesse est veluti per casum dicere: Si quis moriebatur matrem habens jure liberorum ornatam, exstabat autem legitimus patruus vel patrui filius; octo quidem uncias accipiebat mater, patruus autem vel patrui filius quatuor: sed si e diverso mater jus liberorum non habebat, patruus quidem vel patrui filius accipiebat octo uncias, mater autem quatuor. Sed sanctissimus Imperator noster ex recta et simplicissima via matrem omnibus praetulit legitimis, non imminutam ei defunctorum liberorum successionem praebens, excepto fratre ac sorore, sive defunctis sint consanguinei, sive cognatica cum illis habeant jura.

Sicut enim omnibus eam reliquis legitimis praetulit Imperator, ita omnem fratrem omnemque sororem, etiamsi legitimi non sint, simul *cum* ea ad hereditatem vocavit: ita tamen, ut si solae sint sorores, agnatica aut et cognatica habentes jura, et mater defuncti vel defunctae; semissem quidem mater [defuncti vel defunctae], omnes autem sorores alterum semissem accipiant. Veluti, decessit aliquis exstante matre, atque exstantibus quoque duabus vel tribus sororibus, mater quidem semissem, et omnes sorores semissem capient.

Si autem frater personae defunctae superest vel soror, vel mixtim fratres et sorores [agnatica vel] cognatica jura habentes, hereditas in capita dividitor. Itaque fratre non exstante, mater semissem omnino capiet, sorores autem, quotcumque sunt, pro una habentur: sed fratre exstante, non jam multae sorores locum unius obtinent.

§ 6. Uti autem matris curam habuit sanctissimus Imperator noster, ita et ipsam jubet liberorum suorum gerere curam: namque iis praecipit, ut liberi impuberibus ac rectore egentibus, quando ab initio [*aut omnino*] non est tutor, aut qui creatus fuit, excusatione usus est, vel ut suspectus remotus, tutorem petant, neque incustoditos eos relinquant. Permisit autem ei intra

rint, vel in locum remoti vel excusati intra annum petere neglexerint, ab eorum impuberum morientium successione merito repellentur.

§ 7. Licet autem vulgo quaesitus sit filius filiave, potest ad bona eius mater ex Tertulliano senatusconsulto admitti.

TITULUS QUARTUS.

DE SENATUSCONSULTO ORPHITIANO.

Per contrarium autem, ut liberi ad bona matrum intestatarum admittantur [a]), senatusconsulto Orphitiano, Orphito et Rufo consulibus, effectum est, quod latum est [b]) divi Marci temporibus. et data est tam filio, quam filiae legitima hereditas, etiamsi iuri subiecti sunt; et praeferuntur et consanguineis et agnatis defunctae matris.

---

a) *fit, ut ..;* def. *ut; admittuntur, .. ebantur.* — b) def. *effectum est, quod;* def. *quod latum est.*

---

certum tempus licentiam habere petendi liberis tutorem, id est intra annum. Si autem cessaverint matres intra annum pupillis tutorem petere, atque hi impuberes decesserint, matres iis non succedent: absurdum *est* enim, *eam* quae filium sine auxillo reliquit, ejus hereditate frui.

§ 7. Vocatur autem ad bona filii *vel filiae* ex SCto Tertulliano, etsi ex meretricia consuetudine defunctam prolem habuit.

DE SENATUSCONSULTO ORPHITIANO.

TITULUS IV.

Diximus in superioribus *Legem* XII Tab. neque matrem ad bona liberorum, neque liberos ad matris vocasse: sed Praetorem iis invenisse successionem cognaticam. Diximus quoque, procedente tempore SCtum Tertullianum esse factum, tribuens matri jura legitima in successione liberorum: quod plenissimam etiam accepit emendationem ex constitutione Imperatoris nostri, uti praecedens titulus docuit. Ad similitudinem autem Tertulliani factum est SCtum dictum Orphitianum, sub Orphito et Rufo Consulibus promulgatum, imperante Marco: per quod tam filio quam filiae legitima jura data sunt ad maternam successionem, etiamsi in potestate forent *aliena.* Praeferuntur autem et fratribus ejus consanguineis et reliquis agnatis.

§ 1. Sed cum ex hoc senatusconsulto nepotes ad aviae successionem legitimo iure non vocabantur, postea hoc constitutionibus principalibus emendatum est, ut, ad similitudinem filiorum filiarumque et nepotes et neptes vocentur.

§ 2. Sciendum est autem, huiusmodi successiones, quae a Tertulliano et Orphitiano deferuntur, capitis deminutione non perimi, propter illam regulam, qua novae hereditates legitimae capitis deminutione non pereunt, sed illae solae, quae ex lege duodecim tabularum deferuntur.

§ 3. Novissime sciendum est, etiam illos liberos, qui vulgo quaesiti sunt, ad matris hereditatem ex hoc senatusconsulto admitti.

§ 4. Si ex pluribus legitimis heredibus quidam omiserint hereditatem, vel morte, vel alia causa impediti fuerint, quo minus adeant: reliquis, qui adierint, accrescit illorum portio, et, licet ante decesserint, qui adierint [c]), ad heredes tamen eorum pertinet.

---

c) def. *q. ad.*

---

§ 1. Hoc autem SCtum nepotibus non auxiliatur; nam sicut avia expers est *SCti* Tertulliani, ita et nepotes Orphitiani: sed Orphitianum ex constitutionibus principalibus emendationem accepit: hae enim praeceperunt, ut ad similitudinem filii et filiae, etiam nepos ac neptis ad bona aviae perveniant.

§ 2. Hoc autem observandum est, capitis deminutionem jura legitima ex *SCto* Orphitiano vel Tertulliano data non tollere, ob regulam dictantem: hereditates legitimas ex novo jure inventas capitis deminutione haud perimi, sed eas solas, quae *Legem* XII Tab. inventricem agnoscunt.

§ 3. Fruentur autem *SCto* Orphitiano quoque ex meretricia consuetudine nati liberi.

§ 4. Si quis decesserit, multis exstantibus personis legitimis ejusdem gradus, et alii quidem adierint, unus autem repudiaverit vel prohibitus fuerit heres esse ob mortem, aut ob aliam causam heres non fuerit; sunt enim multi qui per constitutiones heredes esse prohibentur: tunc pars hujus adeuntibus adcrescit. Veluti, quatuor exstantibus adierunt tres, unus defecit *vel* repudians, vel defunctus, vel a lege prohibitus succedere: hujus pars tribus ex aequo adcrescit, sive vivant adeuntes, sive etiam evenerit ut hi morerentur.

TITULUS QUINTUS.

DE SUCCESSIONE COGNATORUM.

Post suos heredes, eosque, quos inter suos heredes praetor et constitutiones vocant, et post legitimos (quo numero sunt agnati, et hi, quos in locum agnatorum tam supradicta senatusconsulta, quam nostra erexit constitutio), proximos cognatos praetor vocat.

§ 1. Qua parte [a]) naturalis cognatio spectatur. Nam agnati capite deminuti, quique ex his progeniti sunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habentur, sed a praetore tertio ordine vocantur, exceptis solis tantummodo fratre et sorore emancipatis, non etiam liberis eorum quos lex Anastasiana cum fratribus integri iuris constitutis vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem sive sororis, non

---

a) *ea p. q.*

DE SUCCESSIONE COGNATORUM.

TITULUS V.

Ad intestati defuncti hereditatem diximus vocari suos, quique his a praetore connumerantur, velut emancipatos, et qui iis ex constitutionibus adjuncti sunt, velut curiis oblatos, ac natos e muliere, quacum nuptialis affectus non erat, sed confectione *instrumentorum* dotalium jura suorum adeptos. Post hos autem successio ab intestato complectitur agnatos, et quibus jura agnatica praebuit SCtum Tertullianum et Orphitianum, matribus scilicet earumque liberis. Nec non piissimi Imperatoris nostri constitutio genitis ex sororibus jura legitima dedit.

§ 1. Post omnes igitur *hos* dictos Praetor tertium excogitavit ordinem, ex quo vocavit Cognatos, natura cognitos, quos augustissima XII tabularum legislatio ignorabat: hi vero sunt, qui capitis deminutionem subierunt, atque ex his progeniti. Hos enim odio habitos ab *Lege* XII Tab. propter capitis deminutionem Praetor ex tertio Ordine vocavit. Haec dico, exemtis solis fratribus ac sororibus emancipatis, non item tamen horum liberis. Facta est enim constitutio Anastasii piae memoriae dicens, ut si quis moriatur fratrem relinquens integri juris, id est capitis deminutionem haud passum, atque alium capite deminutum, ambo ad defuncti fratris vel defunctae sororis hereditatem vocentur, non ex aequis partibus, sed ut legitimus quid amplius habeat: hoc est, ut capite deminutus quatuor uncias, integri autem juris *frater* duplum, id est octo uncias, capiat. Omne autem hac in *re* jus discere potest, qui dictam

aequis tamen partibus, sed cum aliqua deminutione, quam facile est ex ipsius constitutionis verbis colligere, aliis vero agnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionem passi non sunt, tamen eos anteponit, et proculdubio cognatis.

§ 2 (1). Hos etiam, qui per feminini sexus personas ex transverso cognatione iunguntur, tertio gradu, proximitatis nomine, praetor ad successionem vocat.

§ 3 (2). Liberi quoque, qui in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur.

§ 4 (3). Vulgo quaesitos nullum habere agnatum, manifestum est, cum agnatio a patre, cognatio sit a matre; hi autem nullum patrem habere intelleguntur. eadem ratione nec inter se quidem possunt videri consanguinei esse, quia consanguinitatis ius species est agnationis: tantum igitur cognati sunt sibi, sicut et matris cognatis [b]). Itaque omnibus istis ea parte competit bonorum possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

---

b) def. *et; ex matre, matre; cognati sunt, cognati.*

---

constitutionem legerit. Capite igitur deminutus frater vocatur quidem, cum eo qui integra jura habet legitima, sed minorem partem fert, ut dictum est. Sed aliis agnatis, etsi capitis deminutionem passi non sunt, in solidum praefertur, multoque magis cognatis. Nam si ego fratrem capite deminutum et patruum relinquens moriar, frater praeferetur. Nemo igitur capitis deminutionem passus ex ordine agnatico vocatur, nisi solus frater ac soror, non autem liberi fratris: hi enim capitis deminutionem passi in ordinem cognatorum delabuntur.

§ 2. Item ex feminina progenie descendentes, sicut capite deminutos, *Legi* XII Tab. ignotos, Praetor ex tertio vocavit ordine.

§ 3. Habebit autem tertius ordo etiam filium in adoptionem datum, quando vult ad patris naturalis hereditatem pervenire.

§ 4. Mulier aliqua meretrix liberos habuit: hi adversus neminem jura legitima habebunt; namque agnatio ex patre noscitur, at hi patrem habere non intelliguntur. Itaque hi neque inter se sunt consanguinei: nam consanguinitas agnationis species est. Sed ex matre meretrice nati fratres cognatica inter se jura habent; ut etiam adversus omnem cognatum ex matre illis conjunctum. Hi igitur ex tertio veniunt ordine.

Itaque tertius ordo a Praetore inventus habet agnatos capitis deminutionem passos, exceptis fratribus, atque ex his natos: nec non ex feminina progenie nobis conjunctos: item filium in adoptiva quidem constitutum familia, sed patri naturali succedere volentem, et genitos ex meretricia consuetudine. Quibus omnibus proximitatis nomine bonorum possessionem Unde cognati promittit: id est, non omnes simul vocans, sed gradu proximos.

§ 5 (4). Hoc loco et illud necessario admonendi sumus: agnationis quidem iure admitti aliquem ad hereditatem, etsi decimo gradu sit, sive de lege duodecim tabularum quaeramus, sive de edicto, quo praetor legitimis heredibus daturum se bonorum possessionem pollicetur. proximitatis vero nomine his solis praetor promittit bonorum possessionem, qui usque ad sextum gradum cognationis sunt, et ex septimo a sobrino sobrinaque [c]) nato nataeve.

TITULUS SEXTUS.

DE GRADIBUS COGNATIONIS.

Hoc loco necessarium est exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Qua in re [a]) inprimis admonendi sumus, cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transverso, quae etiam *a latere* dicitur. superior cognatio est parentum; inferior liberorum;

---

c) *sobrinave.*

a) *Quare.*

---

§ 5. Quum vero multae sint differentiae agnatos inter et cognatos, praeter illas etiam est haec: Si quis enim intestatus moriatur, hujus agnatus ad hereditatem ejus vocabitur, licet decimo sit gradu, potestque adire tamquam ex *Lege* XII Tab. atque *bonorum possessionem* petere Unde Legitimi, tamquam ex Praetoris *edicto.*

Si autem agnatus quidem non exstat, sed cognati sunt defuncto, dabitur iis bonorum possessio Unde cognati, quando intra sextum sunt gradum. Ex septimo enim gradu hae solae vocantur personae, filius vel filia sobrini aut sobrinae. Qui autem hi sint, in sequenti discemus titulo.

DE GRADIBUS COGNATIONUM.

TITULUS VI.

Quod antea *a* nobis in praevia contemplatione dictum *fuit* de gradibus, nunc necesse *est* per ipsum exhibere contextum, ut majorem habeat fidem quod dicitur. Numerabuntur autem cognationis gradus sic: sed primo utique loco sciendum est, cognationem esse vel adscendentium et descendentium, vel ex obliquo venientium, qui dicuntur ex latere, fratrum ac sororum atque

ex transverso fratrum sororumve, eorumque, qui ex his progenerantur, et convenienter patrui, amitae, avunculi, materterae. et superior quidem et inferior cognatio a primo gradu incipit; at ea, quae ex transverso, numeratur a secundo.

§ 1. Primo gradu est supra pater, mater; infra filius, filia.

§ 2. Secundo supra avus, avia; infra nepos, neptis; ex transverso frater, soror.

§ 3. Tertio supra proavus, proavia; infra pronepos, proneptis; ex transverso fratris sororisque filius, filia, et convenienter patruus, amita, avunculus, matertera. patruus est patris frater, qui Graece πάτρως [b]) vocatur; avunculus est matris frater, qui apud Graecos proprie μήτρως [c]) appellatur: et promiscue θεῖος dicitur. amita est patris soror [d]); matertera vero matris soror [e]): utraque θεία, vel apud quosdam τηθὶς [f]) appellatur.

§ 4. Quarto gradu supra abavus, abavia; infra abnepos, abneptis;

---

b) πατράδελφος, πατρῷος. — c) μητράδελφος, μητρῷος. — d) *p. s., quae Graece* πατραδέλφη *appellatur.* — e) *m. s., quae Graece* μητραδέλφη *dicitur.* — f) τιτθίς; def. *v. a. q. t.*

---

ex his progenitorum: et consequenter thii ac thiae, tam paternorum quam maternorum.

Et adscendentium quidem ac descendentium cognatio a primo incipit gradu: sed ex latere *venientium* a secundo; nam primus gradus in collateralibus inveniri non potest.

§ 1. Primus gradus in adscendentibus habet I. Patrem, Matrem: in descendentibus II. Filium, Filiam.

§ 2. Secundus gradus in adscendentibus habet I. Avum, aviam: in descendentibus II. Nepotem, neptem: et in collateralibus III. Fratrem, sororem.

§ 3. Tertius gradus habet in adscendentibus I. Proavum, proaviam: in descendentibus II. Pronepotem, proneptem: in collateralibus III. Fratris ac sororis filium et filiam: et consequenter IV. Thium et thiam, paternos ac maternos.

Thius paternus Latine dicitur Patruus, id est patris frater, qui Graece vocatur Πατρῷος. Thius autem maternus Latine dicitur Avunculus, id est matris frater, qui apud Graecos proprie vocatur Μητρῷος: sed communiter uterque Θειος adpellatur. Thia paterna dicitur Amita, id est patris soror: materna autem Matertera, id est matris soror: sed utraque nominatur Θεια, aut a nonnullis Τιτθις.

§ 4. Quartus porro gradus continet ex adscendentibus I. Abavum, abaviam: ex descendentibus II. Abnepotem, abneptem: ex collateralibus III. Fratris ac

ex transverso fratris sororisque nepos, neptis, et convenienter patruus magnus, amita magna (id est avi frater et soror), item avunculus magnus, matertera magna (id est aviae frater et soror), consobrinus, consobrina (id est qui quaeve ex fratribus aut sororibus progenerantur). sed quidam recte consobrinos eos proprie putant dici, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos; eos vero, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patrueles vocari (si autem ex duobus fratribus filiae nascantur, sorores patrueles appellantur [g])); at eos, qui ex fratre et sorore propagantur, amitinos proprie dici [h]) (amitae tuae filii consobrinum te appellant, tu illos amitinos).

§ 5. Quinto supra atavus, atavia; infra adnepos, adneptis; ex transverso fratris sororisque pronepos, proneptis, et convenienter propatruus, proamita (id est proavi frater et soror), proavunculus, promatertera (id est proaviae frater et soror), item fratris patruelis, sororis patruelis, consobrini consobrinae, amitini amitinae filius filia, propior sobrinus [i])

---

g) *appellari.* — h) *d. putant, dicimus.* — i) *proprior s., propius sobrino.*

---

sororis nepotem, neptem: IV. Patruum magnum, amitam magnam; et similiter avunculum magnum, materteram magnam, id est avi mei atque aviae meae fratrem ac sororem. Est etiam V. Consobrinus et consobrina, id est qui quaeve ex duobus fratribus aut sororibus nascuntur.

Nonnulli quidem veterum recte eos proprie consobrinos vocant, qui ex duabus sororibus sunt nati, quasi consororinos: eos autem, qui ex duobus fratribus prodierunt, proprie fratres patrueles vocari dicunt. Si autem ex duobus fratribus nascantur filiae, vocantur inter se sorores patrueles: qui vero ex fratre ac sorore nascuntur, proprie amitini adpellantur. Amitae meae filii me consobrinum nominant, at ego illos amitinos. Itaque breviter dicendum est: abusive quidem ex duobus fratribus vel sororibus nati, consobrini vocantur: proprie autem masculi ex fratribus fratres patrueles; masculae ac feminae ex sororibus consobrini et consobrinae: sed ex fratre ac sorore amitini; ast hic sororis quidem filius fratris *filium* nominabit consobrinum, ille autem fratris *filius* sororis *filium*, amitinum.

§ 5. Quintus gradus habet in se ex adscendentibus I. Atavum, ataviam: ex descendentibus II. Atnepotem, atneptem: ex collateralibus III. Fratris ac sororis pronepotem, proneptem: et consequenter IV. Patruus major, amita major; id est proavi frater ac soror: avunculus major, matertera major, id est proaviae frater ac soror. Similiter V. natorum ex *duobus* fratribus vel sororibus (qui, ut dictum est, modo fratres patrueles, modo sorores patrueles, et modo consobrini consobrinaeque, modo amitini et amitinae *vocantur*) filius et filia. Tum qui dicitur VI. Propior sobrino et propior

sobrina (hi sunt patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae filius filia).

§ 6. Sexto gradu sunt supra tritavus tritavia; infra trinepos trineptis; ex transverso fratris sororisque abnepos abneptis, et convenienter abpatruus abamita (id est abavi frater et soror), abavunculus abmatertera (id est abaviae frater et soror [k])), item sobrini sobrinaeque (id est qui quaeve ex fratribus vel sororibus patruelibus vel consobrinis vel amitinis progenerantur).

§ 7. Hactenus ostendisse sufficiet, quemadmodum gradus cognationis numerentur. namque ex his palam est intellegere, quemadmodum ulterius quoque gradus numerare debemus: quippe semper generata quaeque persona gradum adiiciat, ut longe facilius sit respondere, quoto quisque gradu sit, quam propria cognationis appellatione quemquam denotare.

§ 8. Agnationis quoque gradus eodem modo numerantur.

§ 9. Sed cum magis veritas oculata fide quam per aures animis hominum infigitur, ideo necessarium duximus, post narrationem graduum, etiam eos praesenti libro inscribi, quatenus possint et auribus

---

k) *f. et s. item filius filiaque propatrui proamitaeque proavunculi et promaterterae, item filius filia propioris sobrini sobrinaeque* vel similia.

---

sobrina, id est patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae filius ac filia.

§ 6. Sexto gradu sunt, ex adscendentibus I. Tritavus, tritavia: ex descendentibus II. Trinepos, trineptis: ex collateralibus III. Fratris ac sororis abnepos, abneptis. Et consequenter IV. Patruus maximus, amita maxima; id est abavi frater ac soror: avunculus maximus, matertera maxima; id est abaviae frater ac soror. Similiter et V. Consobrinus et consobrina major; [*id est patrui majoris, amitae majoris, avunculi majoris, materterae majoris, filius ac filia: item* VI. *Consobrinus et consobrina minor,*] id est, qui quaeve ex filiis ac filiabus fratrum patruelium [*vel consobrinorum aut amitinorum natus nata est. Et postremo qui vocantur* VII. *Sobrini ac sobrinae; id est qui utrimque ex fratribus patruelibus*] vel ex consobrinis aut amitinis nati sunt.

§ 7. Hactenus sufficit demonstrasse, quomodo cognationis numerentur gradus: namque scire debes, generatam personam semper adjicere gradum. Facilius autem est dicere, quoto quis sit gradu, quam propria cognationis nomina designare.

§ 8. Eodem autem modo et agnationis et cognationis gradus numerantur.

§ 9. Sed quoniam veritas per oculos potius, quam per auditum firmiorem habeat fidem, idcirco necessarium visum est, post enarrationem graduum, etiam

					VI. Trit-avus.	VI. Trit-avia.					
				VI. Abpatruus, abamita.	V. At-avus.	V. At-avia.	VI. Abavunculus, abmatertera.				
			VI. Propatrui, proamitae filius, filia.	V. Propatruus, proamita.	IV. Ab-avus.	IV. Ab-avia.	V. Proavunculus, promatertera.	VI. Proavunculi, promaterterae filius, filia.			
		VI. Sobrinus, Sobrina.	V. Propior sobrinus, sobrina.	IV. Patruus magnus, amita magna.	III. Pro-avus.	III. Pro-avia.	IV. Avunculus magnus, matertera magna.	V. Propior sobrinus, sobrina.	VI. Sobrinus, sobrina.		
	VI. Fratris et sororis patruelis, amitini, amitinae nepos, neptis.	V. Fratris et sororis patruelis, amitini, amitinae filius, filia.	IV. Fratres et sorores patruelis amitinus, amitina.	III. Patruus, amita.	II. Avus.	II. Avia.	III. Avunculus, matertera.	IV. Frater consobrinus, soror consobrina.	V. Fratris consobrini, sororis consobrinae filius, filia.	VI. Fratris consobrini, sororis consobrinae nepos, neptis.	
VI. Fratris abnepos, abneptis.	V. Fratris pronepos, proneptis.	IV. Fratris nepos, neptis.	III. Fratris filius, filia.	II. Frater.	I. Pater.	I. Mater.	II. Soror.	III. Sororis filius, filia.	IV. Sororis nepos, neptis.	V. Sororis pronepos, proneptis.	VI. Sororis abnepos, abneptis.
					I. Filius.	I. Filia.					
					II. Nepos.	II. Neptis.					
					III. Pronepos.	III. Proneptis.					
					IV. Abnepos.	IV. Abneptis.					
					V. Adnepos.	V. Adneptis.					
					VI. Trinepos.	VI. Trineptis.					

et ex inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci. (*Schema genealogicum v. p.* 253 *b.*)

§ 10 (Tit. 7) [1]). Illud certum est, ad serviles cognationes illam partem edicti, qua proximitatis nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed nostra constitutione, quam pro iure patronatus fecimus (quod ius usque ad nostra tempora satis obscurum atque nube plenum et undique confusum fuerat), et hoc, humanitate suggerente, concessimus, ut, si quis in servili consortio constitutus, liberum vel liberos habuerit, sive ex libera, sive ex servilis condicionis muliere, vel contra serva mulier ex libero vel servo habuerit liberos cuiuscumque sexus, et ad libertatem his pervenientibus, et hi, qui ex servili ventre nati sunt, libertatem meruerunt, vel, dum mulieres liberae erant, ipsi in servitutem eos habuerunt, et postea ad libertatem pervenerunt, ut hi omnes ad successionem vel patris vel matris veniant, patronatus iure in hac parte sopito: hos enim liberos non solum in suorum parentum successionem, sed etiam alterum in alterius mutuam successionem vocavimus, ex illa lege specialiter eos vocantes, sive soli inveniantur, qui in servitute nati, et postea manumissi sunt, sive una cum aliis, qui

1) Novus titulus *de servili cognatione.*

ipsos gradus praesenti libro inscribi; ut juvenes haec auditu et visu accipientes perfectissimam graduum doctrinam adipiscantur.

§ 10. Hoc autem ante omnia sciendum est, quod Praetor cognaticum commentus ordinem cognatis non connumeravit cognationem in servitute contractam: quoniam neque lex antiquior, velut XII tabularum, aut etiam aliae ullae de cognatis loquentes, hos noverunt.

Sed sanctissimus Imperator noster in constitutione, in qua de patronorum successionibus disseruit, tollens in ea obtinentem obscuritatem jurisque confusionem, humano proposito etiam hoc sanxit, ut si quis servus quum esset, liberum vel liberos habuerit, sive ex libera *muliere* sive ex serva; aut ex contrario mulier serva, si ex libero vel servo liberos pepererit, cujuslibet sexus; sed evenerit ut pater servus vel mater serva manumittatur, et liberi ex ventre servo nati manumissi sint: *ut, inquam,* licentiam habeant succedendi parentibus suis, cessantibus patronorum juribus.

Non solum autem hi ita nati suis succedent parentibus, sed etiam mutuas inter se hereditates capient, uti eadem constitutio specialiter vult, sive soli exstent qui in servitute sunt nati *ac* deinde manumissi, sive postea evenerit, ut parentibus manumissis alii nascerentur: simul enim *cum* illis paternam aut maternam accipient hereditatem; sive ex eadem matre aut eodem patre in

post libertatem parentum concepti sunt, sive ex eadem matre, vel ex eodem patre, sive ex aliis nuptiis m) ad similitudinem eorum, qui ex iustis nuptiis procreati sunt.

§ 11 (Tit. 7, § 1). Repetitis itaque omnibus, quae iam tradidimus, apparet, non semper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari, eoque amplius, nec eum quidem, qui proximior sit cognatus, semper potiorem esse, cum enim prima causa sit suorum heredum, quosque inter suos heredes iam enumeravimus, apparet, pronepotem vel abnepotem defuncti potiorem esse, quam fratrem aut patrem matremque defuncti, cum alioquin pater quidem et mater (ut supra quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater vero secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognatus, et abnepos quarto; nec interest, in potestate morientis fuerit, an non, quod vel emancipatus vel ex emancipato, aut ex feminino sexu propagatus est.

(§ 12.) Amotis quoque suis heredibus, quosque inter suos heredes

---

m) Def. *nupt.*

---

lucem prodierint, qui post parentum manumissionem nati sunt, sive e diversis. Et simpliciter omnia in his obtineant ad similitudinem eorum, qui ex legitimis nati fuere nuptiis.

§ 11. Ex *supra* dictis (namque per capita repetendo concise dicendum est) tres cognationis sunt ordines, Suorum, Legitimorum, Cognatorum. Ideo non dicendum est, qui gradu est propior, is in succedendo praefertur: ordo enim ordini praefertur, et qui prioris est ordinis, etsi gradu deficit, tamen quum ex potiori sit ordine, praecedit in succedendo. Tunc vero graduum fit comparatio, quum multae ex eodem ordine personae veniunt. Neque igitur aequalem cognationis gradum habentes semper una vocantur, neque proximior semper praefertur.

Nam primus ordo est suorum, quique suis connumerantur, veluti emancipatorum, et nepotum ex feminina progenie, et quos in superioribus particulatim enumeravimus. Finge ergo, esse defuncto pronepotem vel abnepotem, et esse quoque fratrem aut patrem vel matrem: pronepos vel etiam abnepos praeferetur, utpote ex potiori veniens ordine, etsi gradu vincitur: nam pater vel mater primi est gradus secundum *jam* dicta, frater secundi, pronepos tertii, abnepos quarti: quamvis *hic abnepos* quarti sit gradus, praefertur venientibus ex primo vel secundo gradu, quia ordinis potioris est: nullo habito discrimine, utrum pronepos vel abnepos in potestate sit defuncti, nec ne, quod *vel* emancipatus, vel ex emancipato natus vel ex feminina progenie editus fuit.

§ 12. Quum vero sui non sunt, aut qui suos imitantur, sed exstat agnatus

vocari diximus, agnatus, qui integrum ius agnationis habet, etiamsi longissimo gradu sit, plerumque potior habetur, quam proximior cognatus: nam patrui nepos vel pronepos avunculo vel materterae praefertur. totiens igitur dicimus, aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati sunt, quotiens neque suorum heredum iure, quique inter suos heredes sunt, neque agnationis iure aliquis praeferri debeat, secundum ea, quae tradidimus, exceptis fratre et sorore emancipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur, qui, etsi capite deminuti sunt, tamen praeferuntur ceteris ulterioris gradus agnatis.

TITULUS SEPTIMUS (OCTAVUS).

DE SUCCESSIONE LIBERTORUM.

Nunc de libertorum bonis videamus. Olim itaque licebat liberto patronum suum impune testamento praeterire: nam ita demum lex

---

id est integra habens jura legitima, etsi remotiori gradu est, ut plurimum potior est cognato propiore. Nam patrui nepos vel pronepos, quorum ille quinto, hic sexto est gradu, avunculo ac materterae praeferetur, licet tertium gradum obtinentibus.

Totiens igitur proximiorem cognatum dicimus potiorem esse, aut simul vocari *cum iis* qui eumdem gradum obtinent, quotiens neque suus exsistit, aut locum sui obtinens, neque agnatus exstat: hi enim in hereditate praeferuntur. Haec autem dicimus exceptis fratre ac sorore emancipatis; namque hae personae circa successionem agnaticam non laeduntur ex capitis deminutione; sed omnibus agnatis tertii vel ulterioris gradus praeferuntur, ut Anastasii vult constitutio. Itaque *quod* paulo ante dictum *est, ut plurimum,* propter fratres emancipatos dictum est: hi enim, quamquam cognatica jura habentes *legibus* veteribus, praelati sunt ex dicta constitutione.

DE SUCCESSIONE LIBERTORUM.

TITULUS VII.

Habe haec in modum praeviae contemplationis. Cognatio nomen est generale; dividitur autem in adscendentes, descendentes et collaterales. Sed ternaq hae cognationes spectantur in ingenuis: nam in libertinis prisci non noverunt adscendentes. Qui enim? quum in servitute sint geniti; neque collaterales: namque adscendentes non habens, neque collaterales habet; hi

duodecim tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, nullo suo herede relicto. itaque intestato quoque mortuo liberto, si is suum heredem reliquisset, nihil in bonis eius patrono ius [a]) erat. Et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela; si vero adoptivus filius esset, aperte iniquum erat, nihil iuris patrono superesse.

§ 1. Qua de causa postea praetoris edicto haec iuris iniquitas emendata est. sive enim faciebat testamentum libertus, iubebatur ita testari, ut patrono partem dimidiam bonorum suorum relinqueret; et si aut nihil aut minus partis dimidiae reliquerat, dabatur patrono con-

---

a) *iuris.*

---

enim ex illis deprehenduntur: solam autem habent descendentium cognationem, id est, eorum qui concepti ac nati sunt illis post manumissionem.

Postquam tibi haec sunt praecognita, vide reliquum argumentum. Locuti de successione ingenuorum, consequenter et de libertis dicere debemus. Si libertus intestatus moriatur, quis ad ejus hereditatem pervenit? Si quidem filius ei est, post libertatem conceptus, hic ex ordine suorum vocabitur. Hoc autem non exstante, videamus quis vocetur. Et agnatum certe dicere non possumus, non enim habet adscendentes libertus, quippe in servitute natus, et consequenter caret collateralibus; ex illis enim his origo est. Quum ergo agnatus non sit, loco agnati Lex patronum induxit: quae*cumque* igitur agnatum *a* defuncti successione repellunt, ea et patronum *a* successione liberti rejiciunt. Itaque exstante liberti filio, locus non *est* patrono: quoniam item testamenti confectio agnatum non patitur heredem esse, consequenter neque patronum.

Licebat ergo olim, quantum ex *Lege* XII Tab. patronum praeterire: namque suo non exstante, neque testamento relicto, tunc demum *Lex* XII Tab. patrono ad bona liberti aditum dabat. Et si quidem filio exstante patronus ejiciebatur, ferendum *hoc* erat; nihil enim absurdi *est*, ipsum cedere naturae: quod autem et filius adoptivus, jura suitatis habens, patrono praeferebatur, inde maxima exsistebat absurditas, ut ipse a filio adoptivo superatus, successione liberti privaretur.

§ 1. Unde postero tempore Praetor huic iniquitati per suam jurisdictionem succurrit, jubens libertum testantem omnino semissem sui patrimonii relinquere patrono: si autem minus semisse reliquerat, dabatur patrono adversus liberti testamentum *bonorum possessio* contra tabulas, per quam semissem omnino accipiebat. Si autem intestatus decedebat libertus, adoptivum filium relinquens, Praetor patrono dabat bonorum possessionem ...., per quam accipiebat semissem.

Naturales autem liberi liberto exstantes patronum repellebant, non modo

tra tabulas testamenti partis dimidiae bonorum possessio. si vero intestatus moriebatur, suo herede relicto filio adoptivo, dabatur aeque patrono contra hunc suum heredem partis dimidiae bonorum possessio. prodesse autem liberto solebant ad excludendum patronum naturales liberi, non solum, quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, et in adoptionem dati, si modo ex aliqua parte heredes scripti erant, aut praeteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto petierant: nam exheredati nullo modo repellebant patronum.

§ 2. Postea lege Papia adaucta sunt iura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum est enim, ut ex bonis eius, qui sestertiorum centum millium patrimonium reliquerat, et pauciores quam tres liberos habebat, sive is testamento facto, sive intestato mortuus erat, virilis pars patrono debebatur. itaque cum unum filium filiamve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia patrono debebatur, acsi is sine ullo filio filiave decessisset [b]); cum duos duasve heredes

b) *testatus d., intestatus d.*

in potestate constituti, sed etiam emancipati: item et filii in adoptionem dati tunc, quum in partem minimam scripti erant heredes. Veluti, Ego libertus quum essem, patronum habens, et filium quoque habens, hunc in adoptionem dedi: si quidem testatus hunc est parte heredem scripsero, exclusus erit patronus: sin autem eum praeteriero, sine obstaculo adversus testamentum meum *bonorum possessionem* contra tabulas petet. Itaque filius meus, sive in potestate sive emancipatus, mihi succedentes vel *mea* voluntate vel lege, vincunt patronum: *mea* quidem voluntate, si ipsos heredes scripsero; lege autem, si intestatus moriar: aut etiam si testatus fuero, ipsos praeteriens; namque ille subvertens ipso jure *testamentum*, emancipatus autem per *bonorum possessionem* contra tabulas patrimonium meum accipiens, locum patrono non dant: nunquam enim Praetor *bonorum possessionem* contra tabulas dat adversus liberos naturales. Ast etiam post Praetoris jurisdictionem, sic opitulantem patrono, supererat adhuc ratio liberto, per quam absque periculo nihil amplius relinquebat patrono. Si enim filium habebat naturalem, neque *Lex* XII Tab. succurrebat patrono, neque Praetor naturam reverens.

§ 2. Sed postero tempore lex Papia patronorum jura auxit. Sanxit enim, si libertus esset locuples, (locupletem vero definivit habentem patrimonium CCCIↃↃↃ sestertium) et minus tribus liberis relinqueret, *ut portio* rata patrono servaretur, sive cum testamento sive intestato moreretur. Itaque si accidat, ut libertus locuples moriatur, unum habens filium vel unam filiam relicto testamento, admittebat cum meo filio vel filia *Lex* Papia patronum, dans ei semissem bonorum defuncti, perinde ac si nullus exstitisset filius vel filia: quod si duos filios duasve filias heredes instituisset, in trientem patronus ad-

reliquerat, tertia pars debebatur patrono; si tres reliquerat, repellebatur patronus.

§ 3. Sed nostra constitutio, quam pro omnium notione c) Graeca lingua, compendioso tractatu habito, composuimus, ita huiusmodi causas definivit, ut, si quidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est minus centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiae summam interpretati sumus, ut pro mille sestertiis unus aureus computetur), nullum locum habeat patronus in eorum successionem, si tamen testamentum fecerint. sin autem intestati decesserint, nullo liberorum relicto, tunc patronatus ius, quod erat ex lege duodecim tabularum, integrum reservavit. Cum vero maiores centenariis sint, si heredes, vel bonorum possessores liberos habeant, sive unum, sive plures, cuiuscumque sexus vel gradus, ad eos successionem parentum deduximus, omnibus patronis d) una cum sua progenie semotis. sin autem sine liberis decesserint, si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus; si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem vel patronas praeterierint, cum nullos liberos haberent,

c) *natione*. — d) *p. o. modis*.

mittebatur: sed tribus exstantibus, patronus ob liberorum multitudinem repellebatur.

§ 3. Haec quidem olim. Facta est autem constitutio Imperatoris nostri, quam, ut omnibus manifesta foret, Graece promulgavit, magnae studens brevitati: in qua statuit, ut, si libertus libertave minores sint centenariis, id est patrimonium habeant minus centum aureis, (ita enim definitam a lege Papia quantitatem centum millium sestertiorum interpretatus est, ut mille sestertii unum faciant aureum) nullus patrono locus detur in succedendo, exstante testamento. Nam si intestatus decesserit, liberos non relinquens, tunc patronus ex *Lege* XII Tab. successionem in solidum habeat. Si autem major sit centenario, atque relictis moriatur liberis, qui ad hereditatem vocentur ex *jure* civili vel praetorio, eo quod sint emancipati, sive unus sive plures sint liberi, cujuscumque sexus aut gradus. hi in solidum vocabuntur, patrono vel liberis patroni *ab* hujusmodi hereditate repulsis.

Quod si libertus major centenario sine liberis moriatur, si quidem intestatus, patronus vel patrona solidum capient: sin autem testatus patronum vel patronam praeterierit, liberos non habens; aut si liberos habens eos exheredaverit; aut cum liberta est quae decessit, vel libertus ex filia praemortua nepotes habens, illa filium, hic nepotem ex filia praemortua praeterierit; (scis enim, horum praeteritionem, ut in secunda *Institutione* docti sumus, pro exheredatione accipi) neque hi liberi per *querelam* de inofficioso testamentum subvertere potuerint: tunc ex sanctissimi Imperatoris nostri constitutione, data patronis ac patronabus *bonorum possessione* contra tabulas, non dimidia, ut

vel habentes eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus eos praeterierit, ita ut non possint argui inofficiosa eorum testamenta: tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam, ut ante, sed tertiam partem bonorum liberti consequantur, vel quod deest eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerint, ita sine onere, ut nec liberis liberti libertaeve ex ea parte legata vel fideicommissa praestentur, sed ad coheredes hoc onus redundaret; multis aliis casibus a nobis in praefata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi iuris dispositionem perspeximus: ut tam patroni patronaeque, quam liberi eorum, nec non, qui ex transverso latere veniunt, usque ad quintum gradum ad successionem libertorum vocentur, sicut ex ea constitutione intellegendum est; ut, si eiusdem patroni vel patronae, vel duorum duarum pluriumve sint liberi, qui proximior est, ad liberti seu libertae vocetur successionem, et in capita, non in stirpes dividatur successio, eodem modo et in his, qui ex transverso latere veniunt, servando. paene enim consonantia iura ingenuitatis et libertinitatis in successionibus fecimus.

---

olim, sed tertia pars *ab iis* auferetur, aut quod trienti deest, supplebitur: forte enim in unciam vel sextantem vel quadrantem eos *patronos* instituerat. Ita tamen per *B. P.* contra tabulas trientem capient, ut legata vel fideicommissa exinde solvere non cogantur, non modo extraneis, sed nec liberis liberti vel libertae, sed quod ab iis *patronis* relictum fuerit, hoc coheres agnoscet: [exheredatis forte vel praeteritis, quando praeteritio exheredationi par est: si vero heredes sint scripti, nihil patrono debebatur; et si contingat ipsum *patronum* scribi heredem, liberis legata debebantur.]

Multos autem et alios casus dicta collegit constitutio, ad propositi juris formam necessarias. Etenim jussit patronum ac patronam, atque horum descendentes non modo, sed et collaterales usque ad gradum quintum ad successionem libertorum pervenire. Si igitur ejusdem patroni vel ejusdem patronae, aut duorum patronorum patronarumve aut plurium etiam, liberi existent, proximior gradu ad bona liberti libertaeve vocabitur. Veluti, libertus vel liberta sine liberis decessit et intestatus, non exstantibus patrono vel patrona: exstabant autem liberi, nepos forte et pronepos, nepos veniet, hereditasque in capita, non autem in stirpem dividetur: veluti, unius patroni erant duo liberi, alterius vero tres, in quinque partes hereditas dividetur.

Idem et in collateralibus cognatis patroni vel patronae obtinebit, ut proximior superet, atque hereditas in capita dividatur: fere enim consonantia ingenuitatis ac libertinitatis jura in successionibus esse voluit dicta constitutio. *Fere* autem ideo dixi, quoniam in ingenuis etiam ultra quintum gradum *jura* hereditatis extenduntur: at in libertinis usque ad quintum cognatorum patroni vel patronae.

§ 4. Sed haec de his libertinis hodie dicenda sunt, qui in civitatem Romanam pervenerunt, cum nec sunt alii liberti, simul et dediticiis et Latinis sublatis, cum Latinorum legitimae successiones nullae penitus erant, qui licet ut liberi vitam suam peragebant, attamen ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, et, quasi servorum, ita bona eorum iure quodammodo peculii ex lege Iunia [e]) manumissores detinebant. postea vero senatusconsulto Largiano cautum fuerat, ut liberi manumissoris, non nominatim exheredati facti, extraneis heredibus eorum in bonis Latinorum praeponerentur. quibus supervenit etiam divi Traiani edictum, quod eundem hominem, si invito vel ignorante patrono ad civitatem venire ex beneficio principis festinavit, faciebat vivum quidem civem Romanum, Latinum autem morientem. sed nostra constitutione, propter huiusmodi condicionum vices, et alias difficultates, cum ipsis Latinis etiam legem Iuniam, et senatusconsultum Largianum, et edictum divi Traiani in perpetuum deleri censuimus, ut omnes liberti civitate Romana fruantur, et mira-

---

c) *Iulia, Iunia Norbana.*

---

§ 4. Haec vero de his hodie libertis tractamus, qui cives sunt Romani: neque enim alii sunt liberti. Nosti enim in prima *Institutione* edoctus, et Dedititiorum et Latinorum jura esse sublata: sed quo tempore Latini in usu erant, nulla circa eos successio legitima tractabatur. Nam licet maxime ut liberi viverent, tamen moriebantur ut servi, libertatem cum anima amittentes: et tamquam servorum, bona eorum a suis manumissoribus non capiebantur jure hereditario, (neque enim hereditatem in servis dicere possumus) sed jure peculii ex lege Junia manumissores adquirebant. Et haec quidem ex lege Junia.

Post illa autem factum est SCtum Largianum, sanciens ut manumissoris liberi non nominatim exheredes facti extraneis heredibus praeferrentur in successione Latini. Veluti, ego servum meum manumisi, Latinumque feci: obii heredes scribens liberos meos, itemque et extraneos. Ex Junia quidem lege, si accidat ut Latinus moriatur, liberi mei una *cum* extraneis heredibus ad bona Latini perveniebant: at ex SCto Largiano soli liberi Latino succedunt, quia nominatim non fuerunt exheredati.

Post Largianum vero *SCtum* exstitit edictum Caesaris Trajani, quod jussit, ut si Latinus, invito vel ignorante patrono, civitatem sibi Romanam petierit et impetraverit, vivat quidem ut civis Romanus atque omnia agat Romanorum *civium propria*, sed moriatur ut Latinus.

Sed Imperatoris nostri constitutio, has hujusmodi conditionum mutationes perosa, quod viveret quidem ut Romanus, moreretur autem ut Latinus, aliasque inde nascentes difficultates sustulit, civitate ejiciens non Latinos modo

bili modo, quibusdam adiectionibus, ipsas vias, quae in Latinitatem ducebant, ad civitatem Romanam capiendam transposuimus.

TITULUS OCTAVUS (NONUS).

DE ASSIGNATIONE LIBERTORUM.

In summa, quod ad bona libertorum, admonendi sumus, senatum censuisse, ut a), quamvis ad omnes patroni liberos, qui eiusdem gradus sint, aequaliter bona libertorum pertineant, tamen licere b) parenti, uni ex liberis assignare libertum, ut post mortem eius solus is patronus habeatur, cui assignatus est, et ceteri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona, nulla assignatione interveniente, pariter admitterentur, nihil iuris in his bonis habeant. sed ita demum pristinum ius recipiunt c), si is, cui assignatus est, decesserit nullis liberis relictis.

§ 1. Nec tantum libertum, sed etiam libertam, et non tantum filio nepotive, sed etiam filiae neptive assignare permittitur.

---

a) *et.* — b) *liceret.* — c) *recipiant.*

---

et legem Juniam et SCtum Largianum, sed et edictum Trajani, ut omnes libertini sint *cives* Romani: et cum quadam inventione sive adjunctione, per quos modos manumissi olim fiebant Latini, per eosdem ad Romanam servos ducit civitatem.

DE ADSIGNATIONE LIBERTORUM.

TITULUS VIII.

Loquuti de libertis, dicamus velut in summa et de usitata eorum adsignatione. Scis, liberos patroni, si eumdem obtinent gradum, una et ex aequo ad liberti paterni hereditatem pervenire. Factum est autem postea SCtum, decernens licere patrono multos habenti liberos, uni horum libertum adsignare sive addicere: ac deinde post liberti mortem hic solus adsignatus habebit jura patroni, ceteris patroni liberis, qui pariter successuri erant nulla adsignatione facta, nullum ad ejus hereditatem aditum habentibus. Sed si eveniat, ut ille ex liberis, cui libertus adsignatus fuerit, sine prole moriatur, tunc ceteri liberi patroni antiquum jus recipient, et ipsi ei succedent.

§ 1 et 2. Non solum autem libertum, sed et libertam adsignare licet pa-

§ 2. Datur autem haec assignandi facultas ei, qui duos pluresve liberos in potestate habebit, ut eis, quos in potestate habet, assignare ei libertum libertamve liceat. unde quaerebatur, si eum, cui assignaverit, postea emancipaverit, num evanescat assignatio? sed placuit evanescere, quod et Iuliano et aliis plerisque visum est.

§ 3. Nec interest, testamento quis assignet, an sine testamento, sed etiam quibuscumque verbis hoc patronis permittitur facere, ex ipso senatusconsulto, quod Claudianis temporibus factum est, Suillo Rufo et Ostorio Scapula consulibus.

TITULUS NONUS (DECIMUS).

DE BONORUM POSSESSIONIBUS.

Ius bonorum possessionis introductum est a praetore emendandi veteris iuris gratia. Nec solum in intestatorum hereditatibus vetus ius eo modo praetor emendavit, sicut supra dictum est, sed in eorum quoque, qui testamento facto decesserint. nam si alienus postumus

---

trono, duos aut plures liberos habenti in potestate: namque emancipato adsignari non potest. Quid igitur, si (quis), cum servum suum filio pro liberto adsignasset, postea supervivens filium emancipaverit: quaerimus an adsignatio infirmetur? Et placuit Juliano et plerisque JCtorum, eam infirmari.

§ 3. Adsignare autem possumus non tantum in testamento, sed etiam ab intestato: nec enim ad hoc solemnia verba inventa fuere. Factum est autem hoc de adsignationibus agens SCtum sub imperio Claudii, Suillio Rufo et Ostorio Scapula Consulibus.

DE BONORUM POSSESSIONIBUS.

TITULUS IX.

Sicut *Lex* XII Tab. successionem ex testamento ab intestato invenit, et qui vocantur, interdum facit ut *statim* exsistant, cujusmodi sunt necessarii, interdum ut adire *debeant*, cujusmodi sunt *ceteri* praeter hos: ita et Praetor bonorum possessiones excogitavit, per quas interdum jus civile corrigit, interdum impugnat.

Non solum in *successionibus* ab intestato, ut dictum est, (nam jure civili capite deminutos et ex his *natos*, immo vero et progenie feminina *venientes* haud agnoscente, ipse tertium commentus ordinem, dedit illis bonorum pos-

heres fuerit institutus, quamvis hereditatem iure civili adire non poterat, cum institutio non valebat, honorario tamen iure bonorum possessor efficiebatur, videlicet cum a praetore adiuvabatur: sed et hic a nostra constitutione hodie recte heres instituitur, quasi et iure civili non incognitus.

§ 1. Aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi veteris iuris, sed magis confirmandi gratia pollicetur bonorum possessionem. nam illis quoque, qui recte facto testamento heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem; item ab intestato suos heredes et agnatos ad bonorum possessionem vocat: sed et, remota quoque bonorum possessione, ad eos hereditas pertinet iure civili.

§ 2. Quos autem praetor solus vocat ad hereditatem, heredes quidem ipso iure non fiunt. nam praetor heredem facere non potest: per

---

sessionem Unde cognati) sed etiam in testamentis defectus XII Tabularum correctus fuit. Si quis enim moriens alienum postumum scripserit heredem; (scis autem, quis alienus sit postumus, id est qui suus mihi non nascitur) hic natus, quantum *jure* civili, adire non poterat: respuebat enim hujusmodi institutionem *jus* civile: sed Praetor tribuit ei bonorum possessionem secundum tabulas, bonorumque possessorem eum facit. Sed et constitutio Imperatoris nostri hunc postumum recte heredem scribi vult, tamquam et *juri* civili notum.

Aliquando autem Praetor non emendat, sed impugnat *jus* civile: veluti ut diximus, quum libertus patronum praeterierit, *Lex* quidem XII Tab. ad bona liberti aditum non dabat patrono, confectione testamenti superato; sed Praetor *B. possessionem* contra tabulas commentus est: itaque hic ex adverso pugnat.

§ 1. Non tamen difficilis vel contentiosus est Praetor: quando enim novit comprobari *jus* civile, tunc neque emendationis, neque impugnationis, sed potius confirmationis causa suam jurisdictionem interponit. Nam si quis recte facto testamento heres scriptus fuerit, non modo ex *jure* civili adire potest, sed Praetor quoque ei bonorum possessionem dat secundum tabulas: atque illud quidem per legem heredem eum facit, hic autem bonorum possessorem.

Etiam ab intestato *jus civile Praetor* comprobat: namque suos quidem heredes et agnatos vocat *jus* civile, atque ut illi exsistant, hi adeant, efficit; Praetor autem *jus* civile adjuvans, illis dat *B. possessionem* Unde liberi, his dat *B. possessionem* Unde legitimi. Etiamsi vero maxime B. possessionem non petierint, nihilo minus heredes sunt ex *jure* civili.

Praetor itaque aut corrigit, aut impugnat, aut comprobat: corrigit, velut in postumo extraneo; impugnat, velut in patrono praeterito; et comprobat, velut in heredibus scriptis, iisque qui ab intestato vocantur, ex primo vel secundo ordine.

§ 2. Quos vero Praetor solus ad successionem vocat, non item *jus* civile, heredes quidem ipso jure non facit: nam heredis nomen Praetor nemini tribuit, sed lex vel qui legis vicem obtinet, veluti Senatusconsultum aut

legem enim tantum, vel similem iuris constitutionem heredes fiunt, veluti per senatusconsultum et constitutiones principales; sed cum eis praetor dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur, et vocantur bonorum possessores. adhuc autem et alios complures gradus praetor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis sine successore moriatur: nam angustissimis finibus constitutum per legem duodecim tabularum ius percipiendarum hereditatum praetor ex bono et aequo dilatavit.

§ 3. Sunt autem bonorum possessiones ex testamento quidem hae. prima, quae praeteritis liberis datur, vocaturque *contra tabulas*. secunda, quam omnibus iure scriptis heredibus praetor pollicetur, ideoque vocatur *secundum tabulas*. Et cum de testamentis prius locutus est, ad intestatos transitum fecit. et primo loco suis heredibus, et his, qui ex edicto praetoris suis connumerantur, dat bonorum possessionem, quae vocatur *unde liberi*. secundo legitimis heredibus. tertio decem personis, quas extraneo manumissori praeferebat (sunt autem decem

---

Principis constitutio: SCtum, ut in Tertulliano et Orphitiano; Constitutio, ut illa Imperatoris nostri, liberos sororis legitimis adnumerans. Ergo Praetor heredem non facit, sed bonorum possessionem dans loco heredis eum constituit, bonorumque possessorem facit, ut ipse oblique et agat et conveniatur.

Non tantum vero dictas bonorum possessiones, Unde liberi et Unde legitimi et Unde cognati, commentus est Praetor, sed et alias plurimas, unum hoc propositum habens, ne quis sine successore moriatur. Namque jus successionis per *L.* XII Tab. angustissimis finibus conclusum Praetor, ex bono et aequo impulsus, dilatavit.

§ 3. Bonorum autem possessiones aliae ex testamento sunt, aliae ab intestato. Et ex testamento quidem sunt hae duae: *contra tabulas*, quam liberis praeteritis promittit; altera vero *secundum tabulas*, quam omnibus secundum legem scriptis heredibus praebet. Quum vero primas hasce ex testamento invenisset, transiit ad illas ab intestato: primoque loco suis heredibus quique his connumerantur, dico autem emancipatos, bonorum possessionem dedit quae vocatur *Unde liberi*.

Alteram ab intestato *B. possessionem Unde legitimi* iis dedit, qui ex lege ad hereditatem defuncti vocantur, velut agnatis, et patrono ejusque liberis ad bona liberti vel libertae venientibus, atque iis qui ex *SCto* Tertulliano Orphitianove ant ex constitutionibus *jura* ab intestato habent.

Tertiam *Unde decem personae*, ex qua manumissori extraneo liberi capitis decem cognatorum personas praetulit, adscendentium, descendentium, et collateralium ad secundum gradum usque. Quid autem hoc sit, necesse erit dicere, etsi nunc in usu non est. Si evenerat, ut ego filium meum emancipans, tibi eum dedissem in primum et secundum ac tertium mancipium, tuque eum manumisisses ac sui juris fecisses; propter libertatis dationem habe-

personae hae: pater, mater, avus, avia, tam paterni, quam materni; item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quam ex filia; frater, soror, sive consanguinei, sive uterini). quarto cognatis proximis. quinto *tamquam* [a]) *ex familia.* sexto patrono et patronae, liberisque eorum et parentibus. septimo viro et uxori. octavo cognatus manumissoris.

§ 4. Sed eas quidem praetoria induxit iurisdictio. Nobis tamen nihil incuriosum praetermissum est, sed nostris constitutionibus omnia

---

a) *tamquam qui; tum quam; tum quai tum qui; tum quem; tum quando* cet.

---

bas in eo jura legitima, patrono similis: et, si eveniebat, ut hic manumissus decederet intestatus, tu omnibus ejus agnatis praeferebare, habens (ut dictum est) propter manumissionem jura legitima: quum ceteri fierent ei cognati ob capitis deminutionem quam subierat. Ast quoniam absurdum erat, propter solam nudam manumissionem te omnibus ejus agnatis praeferri, ideo Praetor vocavit decem personas, quae tibi in successione ab intestato praeferri debeant: filium, filiam, nepotem, neptem, (sive ex filio *sint*, sive ex filia) patrem, matrem, avum, aviam, (sive paterni *sint* sive materni) fratrem, sororem. Hos igitur manumissori extraneo praeposuit, dans iis B. possessionem Unde decem personae: ex numero enim petentium haec B. possessio nomen habuit.

Quartam *B. possessionem Unde cognati.*

Quintam *B. possessionem* pollicitus est *Tamquam ex familia.* Huic autem locus est in hac specie. Libertus obiit sine liberis et intestatus, non exstante patrono: veniunt agnati patroni ad bona liberti ex bonorum possessione dicta Tamquam ex familia.

Sextam excogitavit, quam et patrono patronaeque dedit, et eorum adscendentibus ac descendentibus, quam vocavit *Unde liberi patroni et patronae et parentes eorum.* Namque si libertus decesserit, *ac* deinde patroni patronaeque, vel liberi eorum, noluerint venire ex *B. possessione* Unde legitimi, sed et tempus bonorum possessionis praeterierit, (quaelibet enim B. possessio certo circumclusa est tempore, ut pergentes docebimur) neque *B. possessionem* Tamquam ex familia petierint, possunt ex praesenti B. possessione venire, aut ipsi patroni, aut iis non exstantibus liberi eorum, vel parentes patronorum ac patronarum.

Septimo loco invenit *B. possessionem Unde vir et uxor.* Nam si quis moriatur intestatus, nullo exstante cognato, aut mulier decedat intestata, neminem habens qui ex superioribus B. possessionibus vocari possit, locus fit praesenti B. possessioni: et vir uxoris, ac mulier mariti *bona* accipit.

Octavum locum obtinet in *B. possessionibus* ab intestato *B. possessio Unde cognati manumissoris*, sive manumittentis cognati per femininam progeniem. Nam si quis intestatus moriatur, nemine omnino exstante, nec patrono, nec liberis patroni, nec agnatis, cognati patroni praesentem B. possessionem petunt.

§ 4. Has quidem B. possessiones invenit Praetor, duas ex testamento, et octo ab intestato: at sanctissimus Imperator noster, nihil inelaboratum relin-

corrigentes, *contra tabulas* quidem et *secundum tabulas* bonorum possessiones admisimus, utpote necessarias constitutas, nec non ab intestato, *unde liberi*, et *unde legitimi* bonorum possessiones. quae autem in praetoris edicto quinto loco posita fuerat, id est *unde decem personae,* eam pio proposito et compendioso sermone supervacuam ostendimus: cum enim praefata bonorum possessio decem personas praeponebat extraneo manumissori, nostra constitutio, quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus eisdemque manumissoribus contracta fiducia manumissionem facere dedit, ut ipsa manumissio eorum hoc in se habeat privilegium, et supervacua fiat praedicta bonorum possessio. sublata igitur praefata quinta bonorum possessione, in gradum eius sextam antea bonorum possessionem induximus, et quintam fecimus, quam praetor proximis cognatis pollicetur.

§ 4 (5). Cumque antea septimo loco fuerat bonorum possessio *tamquam*[a]) *ex familia*, et octavo *unde liberi*[b]) *patroni patronaeque et parentes eorum*, utramque per constitutionem nostram, quam de iure patronatus fecimus, penitus vacuavimus: cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum libertinorum successiones posuimus, quas usque ad quintum tantummodo gradum coartavimus, ut sit aliqua inter ingenuos et li-

---

a) *tamquam qui; tum quam; tum qua; tum qui; tum quem; tum quando* cet.
b) def. *liberi*.

---

quens, ea quae emendatione indigebant, in melius traduxit, et *B. possessiones* contra tabulas et secundum tabulas, tamquam necessarias, in suo statu reliquit, atque ab intestato *B. possessiones* Unde liberi et Unde Legitimi.

Eam vero, quae tertia quidem est ab intestato, sed quinta, quantum et ad illas ex testamento, Unde decem personae *dictam* ,ex numero B. possessionum ejecit, conciso sermone supervacuam eam declarans. Quum enim dicta *B. possessio* decem cognatorum personas (ut dictum est) extraneo manumissori praeponat; constitutio autem dicti Imperatoris, quam de emancipationibus conscripsit, omnibus patribus ac manumissoribus *hanc* praesumtionem concesserit, quod contracta fiducia manumittant, ut ipsa emancipatio hoc tacite in se habeat: consequenter supradicta B. possessio invenitur supervacua, extraneo manumissore haud amplius exsistente.

Sublata igitur *B. possessione* Unde decem personae, quae erat quinta, sextam olim B. possessionem, id est Unde cognati, fecit quintam.

§ 5. Septimam vero Tamquam ex familia dictam, atque octavam Unde liberi patroni patronaeque et parentes eorum, utramque inutilem effecit in sacra sua constitutione, quam de juribus patronorum composuit: quum enim ad imitationem successionis ingenuorum libertinas redegerit hereditates, ad quintum usque gradum eam coarctans, ut aliqua ingenuos inter ac libertinos

bertos differentia, sufficit eis tam *contra tabulas* bonorum possessio, quam *unde legitimi* et *unde cognati*, ex quibus possint sua iura vindicare, omni scrupulositate et inextricabili errore duarum istarum bonorum possessionum resoluta.

§ 4 (6). Aliam vero bonorum possessionem, quae *unde vir et uxor* appellatur, et nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, et in suo vigore servavimus, et altiore loco, id est sexto, eam posuimus, decima veteri bonorum possessione, quae erat *unde cognati manumissoris,* propter causas enarratas, merito sublata: ut sex tantummodo bonorum possessiones ordinariae permaneant, suo vigore pollentes.

§ 4 (7). Septima eas secuta, quam optima ratione praetores introduxerunt. novissime enim promittitur [c]) edicto his etiam bonorum possessio, quibus ut detur, lege vel senatusconsulto vel constitutione comprehensum est, quam neque bonorum possessionibus, quae ab intestato veniunt, neque iis, quae ex testamento sunt, praetor stabili iure connumeravit, sed quasi ultimum et extraordinarium auxilium, prout res exigit, accommodavit scilicet his, qui ex legibus, senatusconsultis, constitutionibus principum ex novo iure, vel ex testamento, vel ab intestato veniunt.

---

c) *permittitur.*

---

esset differentia, jussit eos contentos esse bonorum possessione Contra tabulas et Unde legitimi, et Unde cognati; ex quibus etiam ab intestato hereditatem liberti sibi adquirere possunt cognati patroni, omni difficultate nec finem habente errore hujusmodi bonorum possessiones liberans.

§ 6. Nonam vero B. possessionem, Unde vir et uxor dictam, loco sexto reponens, decimam, scilicet Unde cognati manumissoris, supervacaneam effecit propter dictas causas, quas in constitutione de *juribus* patronorum lata recensuit: ita ut deinceps solae sint sex omnino ordinariae B. possessiones: duae quidem ex testamento, Contra tabulas et Secundum tabulas; quatuor autem ab intestato, Unde liberi, Unde legitimi, Unde cognati, Unde vir et uxor.

§ 7. Adjiciatur etiam his septima B. possessio, quam ratione optima Praetores invenerunt, ultimo edicto sui loco eam promittentes iis, quibus eam dari vel lex vel SCtum vel constitutio jussit. Hanc autem neque illis ex testamento neque illis ab intestato constanter adnumerare licet; sed tamquam ultimum auxilium, et praeter excogitatum ordinem, prout necessitas postulaverit, invenientes dederunt, interdum ex testamento, interdum ab intestato. Porro nomen illi *est* hoc: *Quibus ut detur vel lege vel senatusconsulto vel principis constitutione comprehensum est,* vel promissum est. Possumus autem et aliter eam adpellare, ac dicere *Quibus ex legibus.*

§ 4 (8) Cum igitur plures species successionum praetor introduxisset, easque per ordinem disposuisset, et in unaquaque specie successionis saepe plures extent dispari gradu personae: ne actiones creditorum differrentur, sed haberent, quos convenirent, et ne facile in possessionem bonorum defuncti mitterentur, et eo modo sibi consulerent, ideo petendae bonorum possessioni certum tempus praefinivit.

§ 4 (9). Liberis itaque et parentibus tam naturalibus quam adoptivis in petenda bonorum possessione anni spatium, ceteris centum dierum dedit.

§ 5. Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit, eiusdem gradus personis accrescit; vel, si nemo sit deinceps, ceteris perinde bonorum possessionem ex successorio edicto pollicetur, acsi is, qui praecedebat, ex eo numero non esset. si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiaverit, non, quousque tempus bonorum possessioni praefinitum excesserit, expectatur, sed statim ceteri ex eodem edicto admittuntur.

§ 6 (10). In petenda autem bonorum possessione dies utiles singuli considerantur.

---

§ 8. Quum vero multae sint B. possessiones, a Praetore inventae et secundum ordinem dispositae, et in unaquaque B. P. eveniat, ut multae nonnunquam personae disparis gradus exstent; ne actiones creditorum dilationem patiantur, sed habeant creditores quos convenire possint, ut ne facile in possessionem mittantur bonorum defuncti, securitatem sibi per hanc possessionem procurantes: hujus *rei* gratia Praetor unamquamque B. possessionem certo conclusit tempore, quo elapso sequentibus fit locus. Itaque adscendentibus quidem ac descendentibus, tam naturalibus quam adoptivis quoque, Praetor annum ad petendam omnem B. possessionem ipsis ex testamento vel ab intestato competentem dedit; eo autem elapso tempore, competentis sibi B. P. expertes erunt: reliquis autem cognatis omnibus atque extraneis centum dierum spatium dedit.

§ 9. Et si quis intra centum hosce dies competentem B. P. agnoscere neglexerit, si quidem aliqui sint ejusdem gradus, iis portio non petentis adcrescit: si vero nemo ex eodem gradu advenit, *alii* ex sequenti gradu venient, tanquam ex successione, quasi is, qui praecedit nec petit, non exsisteret.

Competebat mihi B. possessio, eamque me petere oportebat intra annum, quia *unus* adscendentium vel descendentium eram, aut intra C dies, quia alius quis eram; repudiavi illam: non dicimus, exspectandum esse, donec mihi reliquum temporis ex anno aut ex C diebus praeterierit, ut tunc sequentibus locus fiat: sed statim *ceteri* sequentis gradus aut sequentis ordinis ad bonorum possessionem vocabuntur.

§ 10. Tempus B. possessionis utile est, non continuum, id est illi currunt dies B. possessionis, qui novit sibi B. possessionem competere, atque ea uti

§ 7. Sed bene anteriores principes et huic causae providerunt, ne quis pro petenda bonorum possessione curet, sed, quocumque modo si admittentis eam indicium d) intra statuta tamen tempora ostenderit, plenum habeat earum e) beneficium.

TITULUS DECIMUS (UNDECIMUS).

DE ACQUISITIONE PER ARROGATIONEM.

Est et alterius generis per universitatem successio, quae neque lege duodecim tabularum, neque praetoris edicto, sed eo iure, quod consensu receptum est, introducta est.

---

d) *iudicium.* — e) *eorum.*

---

potest. Nam si se vocari ignorat ad B. possessionem defuncti, aut etiam ignorat forte, aliquem cognatorum suorum obiisse, aut etiam sciens B. possessione uti non potest, quod majori necessitate distineatur, tempus B. possessionis non curret.

Sed olim quidem in petitione consistebant B. possessiones, et necesse erat ad Praetorem abire, ac specialiter dicere, Da mihi illam B. possessionem. Hodie autem constitutiones Principales dicunt, si quocumque modo is, cui B. possessio competet, intra tempus congruum ostenderit se quomodocumque B. possessionem amplecti, eum habiturum perfectissimum ejus beneficium.

DE ADQUISITIONE PER ADROGATIONEM.

TITULUS X.

Diximus de duabus adquisitionibus universalibus, Hereditate quae ex testamento aut ab intestato nobis obvenit, item et Bonorum possessione, quae et ipsa similiter ex testamento aut ab intestato defertur: dicamus etiam tertiam adquisitionem universalem. Haec autem neque a *Lege* XII Tab. neque a Praetore inventa, sed ex consensu Prudentium non scripto in usum introducta est. Aliud enim *est* lex, et aliud jus civile: lex enim est, quae habet specialem adpellationem, veluti Lex XII Tab. Aelia Sentia, Furia Caninia, Falcidia: jus vero civile *est* prudentium consensus non scriptus, quando quid sine scripto introductum *ac* postea per usum dilatatum est; et postremo prudentes hoc utile judicantes consensu suo confirmaverunt.

§ 1. Ecce enim, cum paterfamilias sese in arrogationem dat, omnes res eius corporales, et incorporales, quaeque ei debitae sunt, arrogatori ante quidem pleno iure acquirebantur, exceptis his, quae per capitis deminutionem pereunt, quales sunt operarum obligationes, et ius agnationis. usus etenim et ususfructus, licet his antea connumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli nostra prohibuit constitutio.

§ 2. Nunc autem nos eandem acquisitionem, quae per arrogationem fiebat, coartavimus ad similitudinem naturalium parentum: nihil etenim aliud, nisi tantummodo ususfructus, tam naturalibus patribus quam adoptivis per filiosfamilias acquiritur in his rebus, quae extrinsecus filiis obveniunt, dominio eis integro servato.

2 (1). Mortuo autem filio arrogato in adoptiva familia, etiam dominium eius ad arrogatorem pertransit, nisi supersint aliae personae, quae ex nostra constitutione patrem in his, quae acquiri non possunt, antecedunt.

§ 3. Sed ex diverso, pro eo, quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem iure arrogator non tenetur, sed nomine filii convenietur, et, si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competentes nostros magistratus, bona, quae eorum cum usufructu fu-

---

§ 1. Ecce si quis sui juris in adrogationem sese dederit, omnes suas res, corporales et incorporales et quae ipsi debentur, olim quidem adrogatori adquirebat, dominum eum faciens suarum rerum, exemtis illis, quae capitis deminutione pereunt, qualis est operarum obligatio, (quid autem hoc *sit*, pergentes docebimur) et jus agnationis (nam jure agnatico ob capitis deminutionem prioribus agnatis non succedebat:) Usus enim et ususfructus olim quidem peribant, sed Imperatoris nostri constitutio minima capitis deminutione haec dissolvi vetuit.

§ 2. Qui sanctissimus Imperator noster adquisitionem, quae per adrogationem fit, coarctavit, similem eam faciens adquisitioni parentum naturalium: nec enim naturali nec adoptivo patri quidquam ultra usumfructum adquiritur in iis rebus, quae liberis extrinsecus, non ex re patris, obveniunt.

Si autem eveniat, ut in adrogationem adscitus apud adrogatorem moriatur, etiam dominium rerum ad adrogatorem transit: nisi forte personae exstent, quae ex Imperatoris nostri constitutione patri praeferantur in successione rerum, quae adquiri non possunt.

§ 3. Si vero qui in adrogationem se dedit, quibusdam debeat, ipso quidem jure ac rigore adrogator non tenetur, (quomodo enim alio contrahente alius conveniri debet?) sed filii nomine convenietur. Et si nolit eum defendere, licentia datur creditoribus, competentium magistratuum jussu, eas res, quae in dominio filii adrogati cum usufructu futurae fuerant, nisi in adroga-

tura fuissent, si se alieno iuri non subiecissent [a]), possidere et legitimo modo ea disponere.

TITULUS UNDECIMUS (DUODECIMUS).

DE EO, CUI LIBERTATIS CAUSA BONA ADDICUNTUR [a]).

Accessit novus casus successionis ex constitutione divi Marci. nam si hi, qui libertatem acceperunt a domino in testamento, ex quo non aditur hereditas, velint bona sibi addici libertatium conservandarum causa, audiuntur. et ita rescripto divi Marci ad Popilium Rufum continetur.

§ 1. Verba rescripti ita se habent: *Si Virginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona esse coeperunt, ut veniri debeant: is, cuius de ea re noiio est, aditus rationem desiderii tui habebit, ut libertatium, tam earum, quae directo, quam earum, quae per speciem*

---

a) *eius .. isset.*
a) *adiiciuntur.*

---

tionem sese dedisset, sub possessionem suam redigere, easque legitimo modo disponere.

DE EO CUI LIBERTATIS CAUSA BONA ADDICUNTUR.

TITULUS XI.

Est etiam quarta species adquisitionis universalis, novissima ac veteribus ignota, ex constitutione Divi Marci inventa. Nam si, qui libertatem acceperunt in testamento, nemine adeunte, petierint res sibi addici, libertatum conservandarum causa, hoc impetrabunt.

§ 1. Quemadmodum dicta Marci constitutio vult, Popilio Rufo rescripta in hac specie: Quidam Virginius Valens testans, ac Titium heredem relinquens, servis suis libertatem reliquerat, creditores habens: heres scriptus hereditatem adire nolebat: futurum erat, ut creditores in possessione rerum constituti, eas disponerent, quomodo vellent: unus eorum qui libertatem acceperat in testamento, Popilius Rufus dictus, petebat res sibi addici, ut et libertates conservarentur, et ne creditores fraudarentur.

Aditus igitur Marcus Imperator rescripsit hac de *re:* si Virginii Valentis,

fideicommissi relictae sunt, tuendarum gratia, addicantur tibi, si idonee creditoribus caveris de solido, quod cuique debetur, solvendo. et hi quidem, quibus directa libertas data est, perinde liberi erunt, acsi hereditas adita esset; hi autem, quos heres rogatus est manumittere, a te libertatem consequentur, ita ut, si non alia condicione velis bona tibi addici, quam ut etiam, qui directo libertatem acceperunt, tui liberti fiant: nam huic etiam voluntati tuae, si hi, de quorum statu agitur, consentiant, auctoritatem nostram accommodavimus. et, ne huius rescriptionis nostrae emolumentum alia ratione irritum fiat, si fiscus bona agnoscere voluerit, et hi, qui rebus nostris attendunt, scient, commodo pecuniario praeferendam libertatis causam, et ita bona cogenda, ut libertas his salva sit, qui eam adipisci potuerunt, si [b]) *hereditas ex testamento adita esset.*

§ 2. Hoc rescripto subventum est et libertatibus, et defunctis, ne bona eorum a creditoribus possideantur et veneant. certe, si fuerint

---

b) *acsi.*

---

in suo testamento servos manumittentis, heres scriptus adire nolit, atque inde periculum sit, ne res a creditoribus divendantur, competens magistratus ab eo aditus, qui libertatem accepit in testamento, sibique res addici vult, ut libertates conserventur, adeunti favebit eique bona addicet: ita tamen, ut et directae et fideicommissariae libertates praebeantur: prius tamen per fidejussorum dationem, aut aliter quoque idonee, securitate creditoribus praestita, *fore* ut solidum cuique debitum servetur.

Et qui directas quidem libertates habent, ita manumittuntur, acsi heres adiisset, id est orcini liberti fiunt: quibus autem fideicommissaria libertas relicta est, *iis* factum manumissionis imponet is, cui bona addicta sunt, et ipsius scilicet liberti fient.

Licet autem ei, cui res addicuntur, dicere: non aliter mihi volo patrimonium addici, nisi cum hac conditione, ut et hi qui directas habent libertates mei liberti fiant: hoc enim proponens audietur, ejusque petitionem confirmat Imperator, dummodo consentiant, qui directam libertatem meruerunt.

Sed et illud adjicit constitutio ad humanitatis suae confirmationem. Ait enim, si nemine adeunte, fiscus bona ut vacantia occupare velit, non aliter ea capiet, nisi manumissis testamento libertatem praestiterit, et defuncti voluntas servata fuerit *in his*, qui eam facta aditione adepturi fuerant.

§ 2. Praesens rescriptum non modo libertatibus subvenit, sed etiam defunctis, ne bona horum sub possessionem veniant creditorum ac divendantur. Addictis enim libertatis causa bonis uni eorum, qui libertatem acceperunt,

ex hac causa bona addicta, cessat bonorum venditio: extitit enim defuncti defensor, et quidem idoneus, qui de solido creditoribus cavet.

§ 3. Inprimis hoc rescriptum totiens locum habet, quotiens testamento libertates datae sunt. Quid ergo, si quis intestatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita sit ab intestato hereditas? favor [c]) constitutionis debebit locum habere. certe, si testatus [d]) decedat, et codicillis dederit libertatem, competere eam nemini dubium est.

§ 4. Tunc [e]) constitutioni locum esse verba ostendunt, cum nemo successor ab intestato existat: ergo, quamdiu incertum sit, utrum existat, an non, cessabit constitutio; si certum esse coeperit, neminem extare, tunc erit constitutioni locus.

§ 5. Si is, qui in integrum restitui potest, abstinuit se ab hereditate, an [f]), quamvis potest in integrum restitui, potest admitti constitutio, et addictio bonorum fieri? quid ergo, si post addictionem libertatium conservandarum causa factam in integrum sit restitutus? utique non erit dicendum, revocari libertates, quae [g]) semel competierunt.

§ 6. Haec constitutio libertatium tuendarum causa introducta est:

---

c) *an f.*, *f. numquid*, *f. non.* — d) *intestatus.* — e) *T. enim.* f) def *an.* — g) *quia.*

---

cessat bonorum venditio: namque idoneus defensor defuncto inventus est, qui securitatem de solido debito creditoribus praestat.

§ 3. Primo autem loco hoc sciendum *est* constitutioni locum *esse*, quando libertates in testamento datae sunt. Quid *autem*, si quis moriens intestatus libertatem in codicillo reliquit, sed nemo ab intestato adire ausit? Et huc constitutionis sententia trahatur. Sed etsi quis testatus in testamento quidem neminem manumisit, in codicillo autem libertates reliquit, indubitatum *est* etiam sic constitutionem usu venire.

§ 4. [Quamquam] constitutionis verba ostendunt, tunc ei locum esse, quum nemo ab intestato heres exsistit defuncto. Itaque quamdiu incertum est, utrum quis heres sit futurus an non, cessat constitutio: quum vero manifestum fuerit, neminem aditurum, tunc constitutio *vires* suas exserit.

§ 5. Obiit quis libertates in tabulis relinquens: minor ad hujus hereditatem vocabatur: abstinuit hereditate: anne locus *est* constitutioni? an *vero*, quia per restitutionem ad hereditatem iterum venire potest, cessat constitutio? Et dicimus, recte ex constitutione petenti bonorum addictionem fieri, licet hereditate abstinens per restitutionem eam recipere poenitens possit. Quid autem, si post manumissionem bonorumque addictionem juvenis restitutus bonorum substantiam receperit: *an* libertates semel competentes subvertentur? Nequaquam.

§ 6. Haec enim praesens constitutio pro libertatum conservatione inventa

ergo, si libertates nullae sint datae, cessat constitutio. quid ergo, si vivus dedit libertates, vel mortis causa, et, ne de hoc quaeratur, utrum in fraudem creditorum, an non factum sit, idcirco velint addici sibi bona, an audiendi sunt? et magis est, ut audiri debeant, etsi deficiant verba constitutionis.

§ 7. Sed cum multas divisiones huiusmodi constitutioni deesse perspeximus, lata est a nobis plenissima constitutio, in quam multae species collatae sunt, quibus ius huiusmodi successionis plenissimum est effectum, quas ex ipsa lectione constitutionis potest quis cognoscere.

TITULUS DUODECIMUS (DECIMUS TERTIUS).

DE SUCCESSIONIBUS SUBLATIS, QUAE FIEBANT PER BONORUM VENDITIONEM ET EX SENATUSCONSULTO CLAUDIANO.

Erant ante praedictam successionem olim et aliae per universitatem successiones. Qualis fuerat bonorum emptio, quae de bonis debitoris

---

est: quare libertate non relicta, non potest ea *constitutio* usu venire. Titius creditores habens, quosdam servos inter vivos manumisit, et quibusdam mortis causa libertates dedit, in manumittendo dicens, Volo vos esse liberos, nisi morbum praesentem effugero. Obiit Titius: creditores subvertere volebant libertates, dicentes has in suam fraudem esse datas: manumissi petebant sibi bona addici, pollicentes creditoribus praestare securitatem. Audientur hoc dicentes, etiamsi verba constitutionis praesentem casum haud attingant.

§ 7. Multas vero divisiones praesenti *huic* juri deficientes videns sanctissimus Imperator noster, promulgavit constitutionem, per quam hujus successionis jus perfectissimum effecit. Has autem divisiones ipsa constitutionis illius verba docebunt.

DE SUCCESSIONIBUS SUBLATIS, QUAE FIEBANT PER BONORUM VENDITIONES, ET EX SC^TO CLAUDIANO.

TITULUS XII.

Ante adquisitionem universalem, quam in superiori enarravimus titulo, erant et aliae adquisitiones universales, veluti *bonorum emtio*, quae in rebus debitoris vendundis fiebat, per multas ambages multosque circuitus facta: tunc locum habens, quum judicia ordinaria erant, id est quum solo conventus tempore exercebantur: (sed de conventu prima Institutio docuit) hodie autem,

vendendis per multas ambages fuerat introducta, et tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria in usu fuerunt: sed cum extraordinariis iudiciis posteritas usa est, ideo cum ipsis ordinariis iudiciis etiam bonorum venditiones expiraverunt, et tantummodo creditoribus datur officio iudicis bona possidere, et prout eis utile visum fuerit, ea disponere, quod ex latioribus digestorum libris perfectius apparebit.

§ 1. Erat et ex senatusconsulto Claudiano miserabilis per universitatem acquisitio, cum libera mulier, servili amore bacchata, ipsam

---

quum judicia sint extraordinaria, atque omni tempore exerceantur, consequenter bonorum venditiones non sunt in usu. Et si quis reperiatur multis debens, officio judicis creditoribus facultas datur in possessionem bonorum communis debitoris venire, eaque disponere, quemadmodum sibi conducere cognoverint. Haec autem licet ex latiore Digestorum editione perfectius nosse.

Olim autem hunc *in* modum fiebant. Si eveniebat, ut quis multis deberet, et postea latitaret, neque defensorem haberet, creditores convenientes Praetorem adibant, hoc ei querentes: permittebatque iis Praetor, in possessione esse bonorum debitoris, erantque in eorum possessione per certos dies: his autem diebus praeteritis, altera fiebat ab iis aditio, postulantibus ut sibi licentia esset unum ex ipsis constituendi, qui patrimonium deberet divendere. Nam quia difficile erat, omnes in unum quoque die convenire, unum ex ipsis deligebant, qui Magister dicebatur, et ille deinde contrahebat cum iis qui emere volebant. Fiebatque in partibus urbis illustribus proscriptio, haec significans: Ille debitor noster in causam venumdationis incidit: nos creditores patrimonium hujus distrahimus: Emtor qui volet adesto. Postea paucis diebus elapsis tertia quoque aditio fiebat, in qua permittebatur illis *legem bonorum vendundorum* facere: namque porro dictae proscriptioni haec addebant: Emtor creditoribus (exempli gratia) in dimidiam debitorum partem respondere debet: ut cui debeantur centum, accipiat solidos quinquaginta, et cui debeantur CC accipiat centum. Et postquam hic certum tempus praeterierat, tunc patrimonium emtori addicebatur: emtorque vocabatur *bonorum emtor*, omnesque actiones, quae subeunti bonorum venditionem competebant, et quotquot adversus eum erant, illae in bonorum emtorem transferebantur, atque utiliter et agebat et conveniebatur, sicuti et bonorum possessor: ambo enim praetorii *sunt* successores; sed (ut dictum est) omnes hi circuitus hodie cessant, eo quod judicia sint extraordinaria.

§ 1. Erat autem et alio adquisitio universalis, quae ex SCto Claudiano inventa fuit. Nam si *mulier* libera deperibat servum meum, et inde ministerium ejus impediebatur, licebat mihi denuntiationem per septem testes illi mittere, mandantem ei ut a servo meo abstineret: si non abstinebat, utebar et altera denuntiatione: illa autem iisdem *rebus* immanente, et tertium ei denuntiabam. Denique non abstinente *illa* a servo meo, manifestas faciebam denuntiationes coram magistratu, et interlocutio fiebat, eam mihi in servitu-

libertatem per senatusconsultum amittebat, et cum libertate substantiam: quod indignum nostris temporibus esse existimantes, et a nostra civitate deleri, et non inseri nostris digestis concessimus.

---

a) TITULUS DECIMUS TERTIUS. (DECIMUS QUARTUS).

DE OBLIGATIONIBUS.

Nunc transeamus ad obligationes. Obligatio est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius solvendae rei, secundum nostrae civitatis iura.

---

a) Maior, quam in aliis titulis, distinctio h. l. passim occurrit.

---

tem addicens, fiebamque ego non tantum dominus illius, sed et omnium bonorum ejus.

Hoc autem indignum suis temporibus judicans religiosissimus Imperator noster sustulit, suaque civitate ejecit, neque Digestis suis inscribi permisit. Sunt itaque adquisitiones universales quatuor, Hereditas, Bonorum possessio, Per adrogationem, et Bonorum addictio libertatum conservandarum causa. Hae quidem in usu *sunt*: sublatae autem duae, Bonorum venditio, atque Ex SCto Claudiano in servitutem redactio.

DE OBLIGATIONIBUS.

TITULUS XIII.

Postquam de Rebus diximus, nunc ad Obligationes deveniamus. Sed possit aliquis hunc ordinem reprehendere, ac dicere quod praeter promissa de Obligationibus disseramus. Dictum est enim in prima Institutione, ubi disserebamus circa quot *objecta* Romanum jus versaretur, *illud* consistere in his: in Personis, in Rebus, in Actionibus. Quum ergo de Personis disseruerimus, atque item de Rebus egerimus, consequenter etiam de Actionibus dicere deberemus. Quomodo igitur relictis Actionibus, ad Obligationes divertimus? Verum hic ordo extra defensionem non est. Nam qui de Obligationibus disserit, tacite et de Actionibus disserit; matres enim Actionum sunt Obligationes.

Dicta pro ordine causa, dicamus quid sit Obligatio. *Obligatio* est vinculum juris, quo quis debitum solvere cogitur, secundum civitatis nostrae leges. Nosti enim, non omnem debiti solutionem per se esse validam, nisi

§ 1. Omnium autem obligationum summa divisio in duo genera deducitur: namque aut civiles sunt, aut praetoriae. civiles sunt, quae aut legibus constitutae, aut certe [b]) iure civili comprobatae sunt. praetoriae sunt, quas praetor ex sua iurisdictione constituit, quae etiam honorariae vocantur.

§ 2. Sequens divisio in quatuor species deducitur: aut enim ex contractu sunt, aut quasi ex contractu, aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio. Prius est, ut de his, quae ex contractu sunt, dispiciamus. Harum aeque quatuor species sunt: aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu. de quibus singulis dispiciamus.

---

b) *certo.*

---

fiat secundum leges. Hoc autem dixi, in animo fingens solutionem pupillo vel a pupillo *factam:* quia et tutorem consentire, et alterius aliquando *rei* observationem accedere oportet.

§ 1. Omnium vero obligationum summa divisio in his est: Etenim aut civiles sunt obligationes aut praetoriae. Civiles quidem, quae legibus inventae, aut certe *jure* civili confirmatae sunt: Praetoriae autem, quas Praetor sua impulsus jurisdictione constituit, quae Honorariae etiam vocantur. Haec quidem prima *est* divisio.

§ 2. Altera autem divisio haec *est*, quae scinditur in quatuor. Aut enim ex contractu sunt, aut quasi ex contractu, aut ex delicto, aut quasi ex delicto. Sed primo de iis disserendum est, quae ex contractu sunt. Contractus autem est duorum vel etiam plurium in idem conventio et consensus, ad constituendam obligationem, et ut alter alteri fiat obnoxius. Quatuor autem ex contractibus nascuntur obligationes, Re, Verbis, Litteris, et Consensu. Atqui de singulis disserendum est.

TITULUS DECIMUS QUARTUS (DECIMUS QUINTUS).

QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

Re contrahitur obligatio, veluti mutui datione [a]). Mutui autem obligatio [b]) in his rebus consistit, quae pondere, numero, mensurave constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, aere, argento, auro, quas res, aut numerando, aut metiendo, aut pendendo, in hoc damus, ut accipientium fiant, et quandoque nobis non haedem res, sed aliae eiusdem naturae et qualitatis reddantur [c]). unde etiam *mutuum* appellatum est [d]), quia ita a me tibi datur, ut ex *meo tuum* fiat. ex eo contractu nascitur actio, quae vocatur condictio.

§ 1. Is quoque, qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem

---

a) *obligatione.* — b) *datio.* — c) *Et .. redduntur.* — d) *sit.*

QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

TITULUS XIV.

Re contrahitur *Obligatio* ex facto, vel numeratione atque a manu in manum translatione: eique subest mutuum.

Mutuum autem est, ut accipiens fiat dominus, sed nobis obligatus sit non in eadem illa, sed in alia ejusdem substantiae et quantitatis. Ut accipiens fiat dominus, dixi, ut commodatum et depositum evitarem: in his enim accipiens non fit dominus. Ut vero nobis sit obligatus, ut donationem vitarem: nam dominus quidem fit accipiens, sed non est obligatus. Non in eadem illa, sed in alia ejusdem substantiae et qualitatis dixi, ut ne mutui usum tollerem: quisque enim mutuatur, ut ea in suos usus impendat, et pro iis alia reddat. Si vero eadem cogitur restituere, supervacuum *est* mutuari.

Mutuo autem sumuntur non omnes res, sed pondere, numero, mensura *constantes. pondere*, veluti aurum, argentum, plumbum, et ferrum, cera, pix, stannum: *mensura*, veluti oleum, vinum, frumentum: *numero*, veluti nummi minuti. Et simpliciter, quaecumque vel in numerando, vel in metiendo, vel in ponderando ad hoc damus, ut faciamus accipientis, non ut reddantur nobis eadem, sed alia ejusdem naturae ac quantitatis. Unde et *mutuum* dictum est, quia ita a me tibi datur, ut de *meo tuum* fiat. Porro ex hoc contractu actio nascitur, et adpellatur *condictio*.

§ 1. Obligationi re *contractae* subest etiam Indebitum; nam si ego suspicer me debere tibi centum solidos, eosque tibi per errorem solvero, dominum

solvit, re obligatur; daturque agenti contra eum propter repetitionem condicticia actio. nam proinde ei condici potest, *si paret eum dare oportere*, acsi mutuum accepisset: unde pupillus, si ei sine tutoris auctoritate non debitum per errorem datum est, non tenetur indebiti condictione magis e) quam mutui datione. sed haec species obligationis non videtur ex contractu consistere, cum is, qui solvendi animo dat, magis distrahere voluit negotium, quam contrahere.

§ 2. Item is, cui res aliqua utenda datur, id est commodatur f), re obligatur, et tenetur commodati actione. Sed is ab eo, qui mutuum accepit, longe distat: namque non ita res datur, ut eius fiat; et ob id de ea re ipsa restituenda tenetur. et is quidem, qui mutuum accepit, si quolibet fortuitu g) casu quod accepit amiserit, veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum hostiumve incursu, nihilominus obligatus permanet. at is, qui utendum accepit, sane quidem exactam h) diligentiam custodiendae rei praestare iubetur, nec sufficit ei, tantam diligen-

---

e) *non m.* — f) def. *id e. c.* — g) *fortuito.* — h) *exactissimam.*

---

te facio: postea vero veritatem cognoscens, possum eos recipere per condictionem. Agens enim dico, *si adparet hunc dare oportere.* Atqui et mutuum repetens, ut dictum est, instituo condictionem, iisdem utens verbis. Sed illa dicitur Condictio mutui, haec Condictio indebiti. Neque vero hoc solum commune *est* Condictionis mutui et indebiti, quod in utraque factum numerationis praecedit, sed in illo etiam. Pupillus, ut diximus in secunda Institutione, sine tutoris auctoritate mutuum sumens non obligatur, sed neque, si indebitum ei solvero tutore non praesente, obligatum eum habeo condictione indebiti.

Atque in his quidem *est* communio, in illo autem differentia, quod mutui condictio ex contractu constituatur; nam mutuum tibi do, ut obligatum te habeam: sed condictio indebiti in se contractum non habet; quomodo enim quis contractum vocet, quum animo debitum agnoscentis atque obligationem erroneam dissolvere volentis, solutionem facio, non ut obligationem constituam?

§ 2. Ad *obligationem* re *contractam* refertur etiam *commodatum.* Si quis enim me rogaverit, ut sibi librum commodarem, et commodavero; en factum subsequutum est, peperitque obligationem re *contractam*, et nascitur Actio commodati. Multum autem distat Commodatum a Mutuo. Mutuum enim transfert dominium, at Commodatum non transfert: atque ideo commodatarius ad restitutionem rei tenetur. Est autem et alia differentia: nam mutuum accipiens, etsi qualicumque fortuito casu mutuum amiserit, veluti incendio, vel ruina, vel naufragio, vel latronum aut hostium incursu, nihilominus obligatus manet: At commodatarius, diligenter tamen commodatum custodiens,

tiam adhibuisse, quantam in suis rebus adhibere solitus est, si modo alius diligentior poterit eam rem custodire; sed propter maiorem vim maioresve casus non tenetur, si modo non huius culpa is casus intervenerit: alioquin, si id, quod tibi commodatum [i]) est, peregre tecum ferre malueris, et vel incursu hostium praedonumve, vel naufragio amiseris, dubium non est, quin de restituenda ea re tenearis. Commodata autem res tunc proprie intellegitur, si nulla mercede accepta vel constituta, res tibi utenda data est. alioquin mercede interveniente, locatus tibi usus rei videtur: gratuitum enim debet esse commodatum.

§ 3. Praeterea et is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur et actione depositi, qui et ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur. sed is ex eo solo tenetur, si quid dolo commiserit, culpae autem nomine, id est desidiae atque negligentiae, non tenetur: itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit, quia, qui negligenti amico rem custodiendam tradidit, suae facilitati id imputare debet.

§ 4. Creditor quoque, qui pignus accepit, re obligatur, qui et ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur actione pigneraticia. sed

---

i) *domi c.*

---

non convenitur: neque sufficit ei tantam circa commodatum curam ostendere, quantam in suis habet rebus, sed quantam alius diligentior habere potest. Quod si majore vi, id est casu fortuito, commodatum contingat perire, haud tenebitur; nisi forte ex culpa ejus hic casus contigerit. Unde, si tibi librum commodavero, *tu* vero proficiscens cum tecum habueris, atque ex incursu hostium vel praedonum eum amiseris, procul dubio teneberis ad illius restitutionem. Neque enim decebat te praeter voluntatem meam peregre ferre.

Commodatum gratuitum esse oportet: id est, gratis commodare tibi debeo, nulla data mercede, et ne quidem constituta pro eo. Nam mercede constituta vel data, videtur tibi usus libri locatus esse, neque amplius commodatum hoc vocabitur: oportet enim, ut dictum est, gratuitum esse commodatum.

§ 3. Obligationi re *contractae* subest etiam Depositum. Si enim rem meam apud te deposuero, re obligatus eris, ac *teneberis* actione depositi, quam adversus te habebo, ipsum a te depositum repetens. Dolum vero solum committere non debes in deposito. Si vero ex negligentia tua vel incuria deterius fiat depositum, non eris obnoxius; sicuti nec, si te negligenter agente, res ab aliquo subrepta fuerit: nam qui negligenti amico rem tradit servandam, suam incuset dementiam.

§ 4. Ego a te mutuos accipiens centum solidos, dedi tibi pignoris causa servum meum. Re mihi obligatus eris, ac *teneberis* actione pignoratitia, per quam post solutionem debiti ipsam rem restituere mihi cogeris. Hoc autem

quia pignus utriusque gratia datur, et debitoris, quo magis ei pecunia crederetur, et creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum, placuit sufficere, quod ad eam rem custodiendam exactam diligentiam adhiberet: quam si praestiterit, et aliquo fortuitu casu rem amiserit, securum esse, nec impediri creditum petere.

TITULUS DECIMUS QUINTUS (DECIMUS SEXTUS).

DE VERBORUM OBLIGATIONE.

Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione et responsione, cum quid dari fierive nobis stipulamur. ex qua duae proficiscuntur actiones, tam condictio [a]), si certa sit stipulatio, quam ex stipulatu, si incerta.

---

a) *c. certi.*

---

pignus in amborum utilitatem inventum est, et meam mutuum accipientis, et tuam mutuum dantis. *In* meam quidem, quoniam tu pignus accipiens centum *mihi* solidos magis credis: *in* tuam vero, quoniam per pignoris detentionem de debito securus es. Utique propter hoc, tamquam lucrum faciens quod de debito sis securus, magnam diligentiam adhibere debes circa ejus custodiam. Sed si fortuito casu contingat pignus perire, impune habebit creditor: et debitum tamen repetet.

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS.

TITULUS XV.

Postquam diximus de Obligatione *quae* re *contrahitur*, dicamus etiam de ea quae verbis. Contrahitur autem haec ex interrogatione et congrua responsione, quando aut fieri quid aut dari stipulamur. Dari quidem, veluti, Spondesne dare mihi centum solidos? Fieri autem, veluti, Spondesne aedificare mihi domum?

Ex verborum vero obligatione duae nascuntur actiones, Condictio, atque ex Stipulatu. Et si quidem certum est sive manifestum, firmum ac definitum, quod in stipulatione inest, Condictio competit: *forte* enim dixi, Spondesne dare mihi hunc agrum, vel hunc librum? Si vero incertum est, dixi enim,

quae hoc nomine inde utitur, quia *stipulum* apud veteres firmum appellabatur, forte a *stipite* b) descendens.

§ 1. In hac re olim talia verba tradita fuerunt: *spondes? spondeo; promittis? promitto; fidepromittis? fidepromitto; fideiubes? fideiubeo; dabis? dabo; facies? faciam.* utrum autem Latina an Graeca, vel qua alia lingua stipulatio concipiatur, nihil interest, scilicet, si uterque stipulantium intellectum huius linguae habeat; nec necesse est, eadem lingua utrumque uti, sed sufficit, congruenter ad interrogatum respondere; quinetiam duo Graeci Latina lingua obligationem contrahere possunt. sed haec sollemnia verba olim quidem in usu fuerunt; postea autem Leoniana constitutio lata est, quae, sollemnitate verborum sublata, sensum et consonantem intellectum ab utraque parte solum desiderat, licet quibuscumque verbis expressus est.

§ 2. Omnis stipulatio aut pure, aut in diem, aut sub condicione fit. Pure: veluti, *quinque aureos dare spondes?* idque confestim peti

---

b) *stipe.*

Spondesne dare mihi quae in arca, vel quae in horreo *sunt?* tunc *actio* ex stipulatu nascitur. *Stipulatio* autem inde dicta est: apud veteres stipulum dicebatur *quod* firmum *erat*, a stipite, *id est* caudice.

§ 1. Porro in verborum *obligatione* talia olim tradita fuere verba, per quae stipulationes fiebant: *spondes? spondeo. promittis? promitto. fide promittis? fide promitto. fidejubes? fidejubeo. dabis? dabo. facies? faciam.* Spondes autem et spondeo Graece haud redduntur. Sed reliqua *sic* redduntur: Promittis? promitto, id est ὁμολογεις; ὁμολογω. Fide promittis? fide promitto, id est πιςει κελευεις; πιςει κελευω. Dabis? dabo, id est δωσεις; δωσω. Facies? faciam, id est ποιησεις; ποιησω.

Atque indifferens erat, utrum Romane an Graece, an qualicumque alia lingua, veluti Syrorum aut Aegyptiorum, stipulatio fieret: dummodo tamen uterque contrahentium pronuntiata intelligeret. Neque necesse erat, utrumque eadem lingua uti, sed sufficiebat ad interrogationem congrue factam esse responsionem. Veluti, si interrogaris me Promittes? possum dicere Ὁμολογω: aut ex contrario, si dixeris mihi Ὁμολογεις; possum respondere Promitto. Possunt etiam duo Graeci Latine verbis contrahere, veluti Promittis? Promitto.

Haec vero verba solemnia olim quidem in usu erant; postea vero constitutio Leonis solemnia stipulationum verba sustulit, requirens conventionem et consensum ab utraque parte intercedere, nulla verborum observatione desiderata.

§ 2. Stipulationes vel pure, vel in diem, i. e. die constituta, vel sub conditione contrahuntur. *Pure* quidem, veluti Promittisne dare mihi ducentos

potest. In diem, cum adiecto die, quo pecunia solvatur, stipulatio fit: veluti, *decem aureos primis calendis Martiis dare spondes?* id autem, quod in diem stipulamur, statim quidem debetur: sed peti prius, quam dies veniat, non potest; ac ne eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti potest, quia totus is dies arbitrio solventis tribui debet. neque enim certum est, eo die, in quem promissum est, datum non esse, priusquam is praetereat.

§ 3. At si ita stipuleris, *decem aureos annuos, quoad vivam, dare spondes?* et pure facta obligatio intellegitur, et perpetuatur, quia ad tempus deberi non potest. sed heres petendo pacti exceptione submovebitur.

§ 4. Sub condicione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur obligatio, ut, si aliquid factum fuerit, aut non fuerit, stipulatio committatur, veluti *si Titius consul factus fuerit, quinque aureos dare*

---

solidos? quae stipulatio statim parit petitionem. *in diem*, quando tempus stipulationi adjectum est, quo pecunia solvi debeat: veluti, Promittis dare mihi decem solidos futuris Calendis Martii. Quod autem in diem stipulamur, statim quidem debetur, sed ante adventum diei peti non potest: immo nec ipso primo Calendarum die; nam totus ille dies in arbitrio est promittentis, num solvere velit. Licet enim maxime septum vel octo horae illius diei praeterierint, eo non solvente, nondum judicatur esse *debitor* improbus: namque potest vel decima hora solvere. Tunc autem *debitor* improbus judicatur, quum totus Calendarum Martiarum dies praeterierit, eo nihil praestante.

§ 3. Stipulatus sum ab aliquo sic: Spondesne dare mihi decem solidos annuos, quoad vivam? Hujusmodi stipulatio pura est. Hinc enim primo jam anno fieri potest exactio: Est autem eadem et perpetua sive perennis, nullo tempore exstinguenda; namque stipulatio temporalis fieri nequit. Veluti, si dicam, Spondesne dare mihi decem solidos usque ad annos decem? id est, ut, siquidem intra decem annos a te petiero, eos habeam: si vero decennium praeterierit neque ego a te exegero, ut exstincta sit actio. Itaque perpetua est actio ex stipulatione *sic* loquente: Dabis annuos decem solidos, quoad vivam? Si vero stipulans obierit, et heres ejus ex stipulatu agat, petens quantitatem annorum post mortem stipulatoris elapsorum, exceptione pacti repellitur, tamquam stipulatus sub conditione hac, Quoad vivam. Hoc enim locum praebuit exceptioni pacti.

§ 4. Sub conditione contrahitur stipulatio, quum in casum differtur obligatio; ut, si quid fiat aut non fiat, stipulatio competat: veluti, Spondesne dare mihi quinque aureos, si Titius consul factus fuerit? aut non fuerit? Si quis sic stipuletur, si in Capitolium non adscendero, dabisne mihi quinque aureos? perinde est stipulatio, acsi te rogassem, Spondesne dare mihi quinque aureos, quum moriar. Tunc enim, quum moriar, manifestum est, me in Capitolium haud amplius adscensurum: quoniam, quantumcumque temporis

spondes? si quis ita stipuletur, *si in Capitolium non ascendero, dare spondes?* perinde erit, acsi stipulatus esset, cum morietur, dari sibi. ex condicionali stipulatione tantum spes est debitum iri, eamque ipsam spem transmittimus [c]), si, priusquam condicio existat, mors nobis contigerit.

§ 5. Loca etiam inseri stipulationi solent, veluti: *Carthagine dare spondes?* quae stipulatio, licet pure fieri videatur, tamen re ipsa habet tempus iniectum, quo promissor utatur ad pecuniam Carthagine dandam. et ideo, si quis ita Romae stipuletur, *hodie Carthagine dare spondes?* inutilis erit stipulatio, cum impossibilis sit repromissio.

§ 6. Condiciones, quae ad praeteritum vel ad praesens tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt: veluti *si Titius consul fuit*, vel *si Maevius vivit, dare spondes?* nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio; sin autem ita se habent,

---

c) *in heredem t.*

---

praeterierit me superstite, neque *ego* in Capitolium adscendero, non sufficit ad faciendam fidem, me haud amplius in Capitolium iturum. Potest enim fieri, ut qui per sexaginta annos vel septuaginta in Capitolium non adscenderit, postea adscendat; ut autem, qui in ultimo est halitu, adscendat, fieri nequit.

Qui sub conditione stipulatus est, spem habet fore, ut sibi debeatur. Unde si moriatur, hanc spem ad suos transmittit heredes. Nam stipulationes conditionales, etiam mortuis pendente conditione stipulatoribus, ad heredes transibunt: etiamsi, ut diximus in secunda Institutione, legatum conditionale, mortuo legatario ante conditionis eventum, ad heredes ejus non transeat.

§ 5. Solemus etiam loca stipulationibus inserere: veluti Dabisne Carthagine decem aureos? aut in loco illo? Haec autem stipulatio, etsi pura esse videtur prima facie, tamen tacitum in se habet tempus et dilationem, quanta impendi debet, donec promissor possit Carthaginem venire ac solvere. Unde si, qui nunc Romae est, me interrogaverit, Spondesne hodie dare mihi Carthagine? inutilis *est* stipulatio, quippe *rem* impossibilem in se continens. Impossibile enim uno die ab Roma venire Carthaginem. Atqui stipulationes factae sub conditione impossibili invalidae sunt.

§ 6. Conditio, quae in praeteritum aut in praesens tempus relationem continet, aut statim obligationem perimit, aut dilationem ei haud largitur, sed confestim petitur. Veluti in praeteritum, Dabisne mihi decem aureos, si Titius consul factus est? in praesens, veluti Dabisne mihi decem aureos, si Maevius vivit? Si enim haec ita *se* non habent, neque enim consul fuit Titius, neque vivit Maevius, invalida *est* stipulatio: sin haec ita *se* habent, stipulatio statim valet, et competit petitio. Neque, quia contingit nos ignorare,

statim valet. quae enim per rerum naturam certa sunt, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint.

§ 7. Non solum res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta: ut si [d]) stipulemur, fieri aliquid, vel non fieri. Et in huiusmodi stipulationibus optimum erit poenam subiicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit, ac necesse sit actori probare, quid eius intersit. itaque si quis, ut fiat aliquid, stipuletur, ita adiici poena debet: *si ita factum non erit, tunc poenae nomine decem aureos dare spondes?* sed si, quaedam fieri, quaedam non fieri, una eademque conceptione stipuletur, clausula erit huiusmodi adiicienda: *si adversus ea factum erit, sive quid ita factum non erit, tunc poenae nomine decem aureos dare spondes?*

---

d) def. *si.*

---

an haec ita *se* habeant, ex eo mora fit et dilatio, *quo minus* petitio nascatur. Quae enim per rerum naturam certa fiunt, non differunt obligationem, etiamsi contrahentibus sint incerta.

§ 7. Non tantum res stipulationibus inferri possunt, veluti fundus, servus, liber, sed et factum: veluti, si stipuler, ut domum mihi exstruas, vel ne domum illi aedifices. In hujusmodi autem stipulationibus, ubi factum est, in faciendo aut in non faciendo consistens, optimum est poenam inseri. veluti, Si feceris, aut non feceris, dabisne mihi decem aureos? Namque poena non inserta, incertum est quid debeat, qui contrarium quid fecit quam promisit. Quoniam enim in id quod interest, condemnandus erit, (hoc autem incertum est) necesse est ut actor demonstret, quid sua intersit. Itaque ad fugiendas hujusmodi difficultates, poenam inserere oportet. Et siquidem a te stipulatus fuero, ut facias illud, sic debeo de poena te interrogare: Si hoc factum non erit, poenae nomine decem aureos mihi dabis? Si vero in stipulatione posuero facta, quorum alia ad faciendum spectant, alia ad non faciendum, clausula sive caput de poena sic addi debet: Si adversus haec factum fuerit; vel sic: Si quid horum factum non fuerit, dabisne mihi poenae nomine decem aureos? Et si contingat, ut circa faciendum vel non faciendum peccES, hujusmodi poenae clausula obnoxium te faciet multarum poenarum solutionibus.

TITULUS DECIMUS SEXTUS
(DECIMUS SEPTIMUS).

DE DUOBUS REIS STIPULANDI ET PROMITTENDI.

Et stipulandi et promittendi duo pluresve rei fieri possunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat, *spondeo.* ut puta cum, duobus separatim stipulantibus, ita promissor respondeat, *utrique vestrum dare spondeo:* nam, si prius Titio spoponderit, deinde, alio interrogante, spondeat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei stipulandi esse. Duo pluresve rei promittendi ita fiunt, *Maevi, quinque aureos dare spondes? Sei, eosdem quinque aureos dare spondes?* si respondeant [a]) singuli separatim, *spondeo.*

§ 1. Ex huiusmodi obligationibus et stipulantibus [b]) solidum singulis debetur, et promittentes singuli in solidum tenentur. In utraque tamen [c]) obligatione una res vertitur; et vel alter debitum ac-

a) Def. *si; respondent.* — b) *stipulationibus.* — c) *enim.*

DE DUOBUS REIS STIPULANDI ET PROMITTENDI.

TITULUS XVI.

Qui de stipulationibus disserit, necesse est ut et de reis stipulandi et reis promittendi doceat, qui duo vel plures etiam fieri possunt. Et rei quidem stipulandi sic fiunt: Si Primus et Secundus centum aureos alicui mutuos dent, et uterque eorum voluerit eum obligatum habere in solidum, separatim uterque eorum stipulatur: post omnium autem stipulationem si interrogatus dixerit Spondeo. Veluti, Primus interrogavit me, Spondesne dare centum aureos? similiter et Secundus; postea ambobus respondi dicens, Utrique vestrum dare spondeo. Si enim prius Primo respondeam dicens, Spondeo dare; deinde vero Secundo respondeam, alia atque alia contrahitur obligatio, neque duo rei stipulandi fieri dicuntur. Duo autem vel plures etiam rei promittendi sic fiunt: veluti, si Maevium ac Sejum, quibus mutuos dedi quinque aureos, sic interrogem: Spondesne, Maevi, quinque aureos mihi dare? Spondesne, Seï, eosdem quinque aureos mihi dare? et quisque separatim respondeat, Spondeo.

§ 1. Ex hujusmodi enim obligationibus et stipulantium cuique solidum debebitur, et promissorum quisque in solidum obligatus erit. In utraque enim obligatione una aliqua res peragitur: namque unus reorum stipulandi debitum

cipiendo, vel alter solvendo, omnium perimit obligationem, et omnes liberat.

§ 2. Ex duobus reis promittendi, alius pure, alius in diem, vel sub condicione obligari potest; nec impedimento erit dies aut condicio, quo minus ab eo, qui pure obligatus est, petatur.

TITULUS DECIMUS SEPTIMUS (DECIMUS OCTAVUS).

DE STIPULATIONE SERVORUM.

Servus ex persona domini ius stipulandi habet. sed [a]) hereditas in plerisque personae defuncti vicem sustinet: ideoque, quod servus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur, acquirit hereditati, ac per hoc etiam heredi postea facto acquiritur.

---

a) *s. et.*

---

recipiens, etiam constipulatori petitionis facultatem aufert; aut alter quoque reorum promittendi debitum solvens, etiam compromissorem liberat.

§ 2. Ex duobus autem reis promittendi unus pure, alter in diem vel sub conditione obligatus esse potest: id est, nihil impedimento erit, quin alter qui pure interrogatus est, statim conveniatur: non obstante impedimento, quin qui pure interrogatus est, inde jam nunc conveniatur, licet alter in diem vel sub conditione promiserit.

DE STIPULATIONE SERVORUM.

TITULUS XVII.

Servi personam non habentes, ex dominorum suorum personis personantur, atque exinde deprehendere licet, utrum stipulari possint, an non possint. Sed haec quidem, quando servi stipulantis dominus vivit; si vero obiit, et nondum facta est aditio, hereditas domina est servi: ut plurimum enim locum obtinet personae defuncti. Ideo servus hereditarius ante aditionem si stipulabitur, *id* incorporali hereditatis *patrimonio* adquirit: et postea heres adiens, cum ceteris rebus et actionibus, hanc in hereditate stipulationem inveniet.

§ 1. Sive autem domino, sive sibi, sive conservo suo, sive impersonaliter servus stipuletur, domino acquirit. idem iuris est et in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis acquirere possunt.

§ 2. Sed cum factum in stipulatione continebitur, omnimodo persona stipulantis continetur, veluti si servus stipuletur, ut sibi ire agere liceat: ipse enim tantum prohiberi non debet, non etiam dominus eius.

§ 3. Servus communis stipulando unicuique dominorum pro portione dominii b) acquirit, nisi si unius eorum iussu, aut nominatim cui eorum stipulatus est: tunc enim soli ei acquiritur. quod servus communis stipulatur, si c) alteri ex dominis acquiri non potest, soli-

---

b) *domini.* — c) *quod .. Si vero.*

---

§ 1. Indifferens autem est, quomodo stipuletur servus. Sive enim dixerit, Spondesne dare mihi, aut domino meo? sive, Spondesne dare mihi, aut conservo meo? sive impersonaliter stipulatus sit, dicens Spondesne dare? domino ex omnibus hujusmodi stipulationibus adquirit. Idem dicimus etiam de liberis in potestate *constitutis*, in quibus quidem causis nobis adquirere possunt, id est ex re nostra.

§ 2. Quum vero factum stipulationi inest, quam noster servus facit, illius persona spectatur, non domini. Veluti, si quem interrogaverit, Spondesne licere mihi per agrum tuum ire, id est soli transire, aut etiam agere, id est cum jumento ire. Tunc enim, si quidem dominus prohibeatur per agrum ire, nulla datur ei ex hujusmodi stipulatione actio: servo autem prohibito, committitur stipulatio, quia factum stipulationi insertum ad servi personam refertur.

§ 3. Servi vero communes stipulantes cuique dominorum pro parte dominica ex stipulatione obligationem adquirunt; sive ex partibus aequalibus sive inaequalibus domini sint servi. Ex inaequali *parte* contingit, veluti quum quis moriens Primum et Secundum instituerit heredes; illum in octo, hunc in quatuor uncias: in tantum enim domini fiunt servorum in hereditate repertorum, ille in bessem, hic in trientem. Quod si servus communis in stipulando unius dominorum meminerit, dicens, Spondesne dare Primo domino meo? illi soli adquirit. Idem est, etsi non specialiter meminerit de Primo in stipulatione, sed impersonaliter eam fecerit, jussu tamen Primi: namque et hic soli Primo adquirit, quia domini jussus mentioni nominis aequiparatur.

Quod si indefinite stipulatus sit servum, et res in stipulationem deducta uni dominorum adquiri nequeat: (finge enim me et Primum habere servum communem, Titium vero interrogatum esse a communi nostro servo sic: Spondesne Titi, hunc fundum dare? hic autem fundus mei erat dominii:)

dum alteri acquiritur, veluti si res, quam dari stipulatus est, unius domini sit.

TITULUS DECIMUS OCTAVUS (DECIMUS NONUS).

DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

Stipulationum aliae iudiciales sunt, aliae praetoriae, aliae conventionales, aliae communes, tam praetoriae, quam iudiciales.

§ 1. Iudiciales sunt dumtaxat, quae a mero iudicis officio proficiscuntur: veluti de dolo cautio, vel de persequendo servo, qui in fuga est, restituendove pretio.

---

quantum ad me, non valet stipulatio: quoniam neque ego per me valide stipulor rem, cujus *ipse* nunc sum dominus, (*dare* enim est dominum facere) nam *rei* meae amplius non possum fieri dominus. Si igitur in mea persona stipulatio est invalida, quaeritur circa id quod mihi adquiri deberet, utrum inutilis stipulatio sit inefficax, an *vero* mihi quidem nihil adquiratur, sed socio totum sit dandum? Quod et placuit propter regulam dicentem, quod uni dominorum adquiri nequit, hoc alteri adquiritur, qui adquisitionis est capax.

DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

TITULUS XVIII.

Nec vero absurdum *fuerit*, nos et stipulationum divisiones novisse. Nam stipulationum aliae sunt Judiciales, aliae Praetoriae, aliae Conventionales, aliae Communes, hoc est Praetoriae simul et Judiciales.

§ 1. Et Judiciales quidem sunt uniformes, quae ex solo Judicis officio proficiscuntur: qualis est de dolo stipulatio. Huic autem locus est, quum adversus aliquem, qui servum mihi ex stipulatione debet, *actionem* ex stipulatu instituam: at reus sciens omni se modo condemnatum iri, venenum ei praebuerit, quod paulo post servi traditionem ipsum (servum) sit necaturum. Officium judicis est ob hujusmodi suspiciones cogere reum, qui servum tradit, ut caveat nullum se dolum adhibuisse in damnum servi traditi.

Judicialis etiam est stipulatio de repetitione servi in fuga morantis. Nam si quis servum meum ab aliquo bona fide, cumque vitium non subsit, emerit, currit sine impedimento usucapio: sed ante finem temporis usucapionem consummantis, forte ante duos aut etiam tres menses, si adversus possessorem in rem egero, protracta autem lite usucapio consummata sit, ac deinde ser-

§ 2. Praetoriae, quae a mero praetoris officio proficiscuntur, veluti damni infecti, vel legatorum. praetorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, ut in his contineantur etiam aedilitiae: nam et hae ab iurisdictione [a]) veniunt.

§ 3. Conventionales sunt, quae ex conventione utriusque partis concipiuntur, hoc est, neque iussu iudicis, neque iussu praetoris, sed ex

---

a) *i. praetoris.*

---

vus sine dolo *rei* conventi fugerit, atque ego petitor post illa probavero, *illum* mei fuisse dominii: quia absurdum est, *reum* conventum condemnari, qui nihil in fuga servi deliquerit; sed et absurdum est, eum absolvi, ut ne inutilis mihi sit in hoc judicio victoria: judicis est officium, cogere reum ut cautionem praestet, *se* si servum hunc invenerit, adversus possessorem *actione* in rem experturum, utpote jam factum dominum per dictam usucapionem, eumque mihi restituturum aut ejus pretium: nam si usucaptus non esset, neque hac cautione indigerem; dabitur enim actori, adversus alium quemcumque possidentem eum, *actionem* in rem sine obstaculo instituere.

§ 2. Praetoriae autem stipulationes sunt, quae ex sola Praetoris jurisdictione proficiscuntur, qualis est *damni infecti.* Huic autem locus *est,* quando vicini domus, propter inhaerentem ei putredinem, ruinam minatur: si enim vicinus noluerit ejus curam agere, neque *de eo* cavere, *quod,* si evenerit ut ex illius ruina ego damno adficiar, damnum inde eventurum mihi resarturus sit, mittor in possessionem domus ruinosae. Vicinus igitur nolens me in possessione esse domus suae, hanc stipulationem de damno imperfecto, id est damni infecti, facere cogitur: nam quia nondum ex ruina damnum evenit, damni infecti adpellatur.

Hujusmodi vero etiam est stipulatio *legatorum.* Nam si quis moriens te heredem instituerit, legatumque mihi reliquerit sub conditione, veluti si navis ex Asia venerit: quoniam pendente conditione nullam adversus te heredem movere possum actionem, sed non exiguus est metus, ne tu heres bona interim consumens, *ac* deinde inops factus, inutilem mihi reddas testatoris benevolentiam: jubet te Praetor cavere ante conditionis eventum, quin et fidejussores dare, te exsistente conditione praestaturum legatum. Id vero herede facere recusante, mittar in possessionem vel rei legatae vel totius patrimonii.

Praetoriis autem stipulationibus etiam connumerantur stipulationes Aedilitiae: nam et hae ex Aedilium jurisdictione originem habent. His vero locus est in stipulationibus, quae fiunt propter vitia in servis vendundis: nam venditor cavere debet emtori, *se* si latens vitium in servo vendito inveniatur, duplum, verbi gratia, praestaturum.

§ 3. Conventionales porro sunt, quae ex communi utriusque partis consensu fiunt, id est neque jussu Judicis, neque jussu Praetoris, sed ex volun-

conventione contrahentium. quarum totidem genera sunt, quot — paene dixerim — rerum contrahendarum.

§ 4. Communes sunt stipulationes, veluti rem salvam fore pupilli: nam et praetor iubet, rem salvam fore pupillo caveri, et interdum iudex, si aliter expediri haec res non potest; vel de rato stipulatio.

TITULUS DECIMUS NONUS (VICENSIMUS).

DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

Omnis res, quae dominio nostro subiicitur, in stipulationem deduci potest, sive illa mobilis, sive soli sit.

---

tate contrahentium. Tot enim stipulationum conventionalium genera sunt, quot paene et contractus.

§ 4. Communes vero sunt stipulationes, veluti stipulatio Rem pupilli salvam fore. Nam Praetor tutorem constituendum fidejussores dare jubet, ut in prima Institutione dictum est, fore ut salvae et integrae serventur res pupilli. Si autem eveniat, ut ante satisdationem tutor debitorem pupilli conveniat, hic autem respondere nolit, nec judicium suscipere, quod a tutore cautiones nondum sint datae: quoniam alioqui judicium procedere non potest, jubet Judex, tutorem inter et pupilli debitorem jus dicens, satisdari rem pupilli salvam fore: et propterea invenietur haec *stipulatio* communis et jurisdictioni Praetoris et officio Judicis.

Idem etiam est in *stipulatione* Ratam rem dominum habiturum. Nam Praetore jubente agentem alieno nomine satisdare, quando ambigitur an domini voluntate actionem intendat: si eveniat, ut quidam tamquam ex absentis mandato adversus me actionem moveant; quia de mandato me dubitante, judicium procedere non potest: judex agentem cogit *cautionem* praestare, Ratam rem dominum habiturum. Atque hoc modo in constitutione praesentis stipulationis communicabunt, tum Praetor, in universum hoc statuens, tum Judex haec fieri procurans, ut judicium procedat.

DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

TITULUS XIX.

Stipulationum aliae sunt utiles, aliae inutiles. Sed utiles quidem sunt multae, inutiles vero paucae. Dicendum ergo est de paucis: inde enim multitudinem sciemus utilium.

Principio autem scire oportet, rem omnem, quae nostro dominio subjacere potest, recte in stipulationem deduci, sive mobilis sit sive immobilis.

§ 1. At, si quis rem, quae in rerum natura non est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit, veluti Stichum, qui mortuus sit, quem vivere credebat, aut hippocentaurum, qui esse non possit, inutilis erit stipulatio.

§ 2. Idem iuris est, si rem sacram aut religiosam, quam humani iuris esse credebat, vel publicam, quae usibus populi perpetuo exposita sit, ut forum vel theatrum, vel liberum hominem, quem servum esse credebat, vel cuius commercium non habuerit, vel rem suam dari quis stipuletur. nec in pendente erit stipulatio ob id, quod publica res in privatum deduci, et ex libero servus fieri potest, et commercium adipisci stipulator potest, et res stipulatoris esse desinere potest: sed protinus inutilis est. item contra, licet initio utiliter res in stipulatum deducta sit, si postea in earum qua causa, de quibus supra dictum

---

§ 1. At si quis illud, quod in rerum natura non est, aut exsistere nequit, dari sibi stipulatus sit, inutilis *est* stipulatio. Et quod in rerum natura non est, tale est: veluti, Promittisne dare mihi Stichum servum? sed is mortuus erat, *ego* autem cum superesse suspicabar. Quod vero exsistere nequit, veluti, Promittisne dare mihi hippocentaurum? qui esse non potest: inutilis *est* stipulatio, ut dictum est.

§ 2. Idem est et, si quis rem sacram vel religiosam stipulatus sit, quam humani juris esse credebam; vel publicam, quae populi semper usibus constituta ac destinata est, veluti forum, theatrum, amphitheatrum, et quaecumque similia; vel hominem liberum, quem suspicabar servum esse; vel rem, cujus commercium non habebam, id est, quam emere non poteram; (Commercium enim est vendendi emendive facultas: est autem res talis, in qua non quilibet jus commercii habet; veluti, praedium orthodoxam habens ecclesiam haereticus comparare non potest:) vel si rem meam a te stipuler, dicens: Promittisne dare mihi hanc rem? *dare* enim est dominum facere: sed *rei* meae amplius dominus fieri nequeo.

Neque dicimus in suspenso esse stipulationis vim et constitutionem, quia fieri possit ut interim res publica in dominium *hominis* privati recidat, Imperatore forsan ei concedente: porro et liber *homo* potest servus fieri; forte enim libertinus quum esset, ut ingratus patrono in servitutem condemnatus est: et commercium saepe potest aliquis ab Imperatore impetrare in ea *re*, cujus possessionem adipisci prohibitus erat: et res mea desinere potest mei esse dominii; ita ut deinceps perveniat *in casum* quo sine impedimento dici possit, validam esse stipulationem: sed statim ab initio inutilem eam esse dicimus.

Similiter ex contrario: etsi ab initio inutilis fuit stipulatio, postea autem in unam supradictarum causarum inciderit, non voluntate nec studio promissoris, exstinguitur stipulatio. Veluti, stipulatus sum a te, Promittisne dare mihi Stichum servum? hic autem Primo serviebat, eratque utilis stipulatio

est, sine facto promissoris devenerit: extinguetur stipulatio. ac[a]) ne[b]) statim ab initio talis stipulatio valebit, *Lucium Titium, cum servus erit, dare spondes?* et similia: quia, quae natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt.

§ 3. Si quis alium daturum facturumve quid spoponderit, non obligabitur, veluti si spondeat, Titium quinque aureos daturum, quodsi effecturum se, ut Titius daret, spoponderit, obligatur.

§ 4. Si quis alii, quam cuius iuri subiectus sit, stipuletur, nihil agit. plane solutio etiam in extranei personam conferri potest (veluti si quis ita stipuletur: *mihi aut Seio dare spondes?*), ut obligatio quidem stipulatori acquiratur[c]), solvi tamen Seio, etiam invito eo, recte possit, ut liberatio ipso iure contingat, sed ille adversus Seium habeat mandati actionem. quodsi quis sibi et alii, cuius iuri subiectus non

---

a) *at.* — b) *nec.* — c) *acquiritur* (def. *ut*).

---

sine controversia: accidit autem praeter tuam voluntatem, ut a domino manumitteretur. Vel stipulatus sum a te, Promittisne dare mihi illum locum, qui erat juris privati, *ac* deinde ante petitionem sacer factus est aut religiosus: inutilis, ut dictum est, fiet stipulatio. Quum enim *facti* species in hujusmodi devenerit casum, a quo initium capere non potuit, exstinguitur. Non potui autem ab initio stipulari neque *hominem* liberum, neque *rem* sacram aut religiosam.

Quid ergo? si quis de *homine* libero sic stipulatus sit: Promittisne dare mihi Titium, quum servus factus fuerit? aut etiam de *re* publica, Promittisne dare mihi illum locum, in quo theatrum vel amphitheatrum est, quum privati juris factus fuerit? ab initio inutilis *est* stipulatio: [namque ab initio invalida ex *factis* postea accidentibus haud confirmantur:] quoniam quae sui natura dominio nostro non subjacent, in stipulationem utiliter non deducuntur.

§ 3. Si quis alium quid daturum facturumve promiserit, obligatus non erit: veluti si dicam, Promitto Titium tibi daturum decem solidos, aut structurum tibi aedes. Si autem dixero, me procuraturum ut Titius decem tibi det solidos, valet stipulatio; meum enim factum promisi.

§ 4. Si quis alii, in cujus potestate non erat, stipulatus sit, inutiliter stipulatur. Solutio tamen in extraneam quoque personam conferri potest: veluti, si ego sic stipuler: Mihi aut Sejo decem dabis solidos? mihi enim soli obligatio adquiritur, solvere autem Sejo etiam me nolente recte poteris, ita ut ipso tu jure ex solutione liberceris; ceterum ego adversus Sejum mandati habebo actionem ad repetitionem datorum ei solidorum.

Quod si sic stipuler, Mihi et Titio, qui in mea haud erat potestate, decem solidos dabis? valet quidem stipulatio, verum an totum debeatur, quod in stipulationem deductum est, acsi Titius in stipulatione positus esse non vi-

sit, dari decem aureos stipulatus est, valebit quidem stipulatio: sed, utrum totum debeatur, quod in stipulationem deductum est, an vero pars dimidia, dubitatum est; sed placet, non plus quam partem dimidiam ei acquiri. Ei, qui tuo iuri subiectus est, si stipulatus sis, tibi acquiris, quia vox tua tamquam filii sit, sicuti filii vox tamquam tua intellegitur in his rebus, quae tibi acquiri possunt.

§ 5. Praeterea inutilis est stipulatio, si quis ad ea, quae interrogatus erit, non respondeat, veluti, si decem aureos a te dari stipuletur, tu quinque promittas, vel contra; aut, si ille pure stipuletur, tu sub condicione promittas, vel contra, si modo scilicet id exprimas, id est si cui, sub condicione vel in diem stipulanti, tu respondeas: *praesenti die spondeo.* nam si hoc solum respondeas, *promitto*, breviter videris in eandem diem aut condicionem spopondisse: nec enim necesse est in respondendo eadem omnia repeti, quae stipulator expresserit.

§ 6. Item inutilis est stipulatio, si ab eo stipuleris, qui iuri tuo subiectus est, vel si is a te stipuletur. sed servus quidem non solum domino suo obligari non potest, sed ne alii quidem ulli; filii vero familias aliis obligari possunt.

---

deatur, quia neque adquisitionis sit capax, an pars dimidia, propter conjunctionem *et*, quae complexiva est, ambigitur: placuit autem, non plus parte dimidia mihi stipulanti adquiri, eo quod Titii mentio stipulationi inutiliter inserta est.

Si stipuler, Dabisne Titio? Titius autem in potestate mea sit, mihi adquiro. Mea enim vox, ejus *qui* in potestate mea *est*, esse videtur: sicuti filii mei vox, mea esse censetur; in his tamen rebus, quae nobis adquiri possunt: hodie vero *hoc* intelligendum *de iis* quae ex re patris.

§ 5. Praeter dictas stipulationes inutilis est et illa, si quis haud congrue stipulationi respondeat, veluti, Spondesne *te* daturum mihi decem solidos? tu autem dixeris, Dabo quinque solidos: aut ego quidem quinque stipulatus sum, tu vero decem promisisti: aut ego quidem pure stipulatus sum, tu vero sub conditione promisisti: aut ex contrario, me stipulante sub conditione, tu pure respondisti. Haec autem dico, si aperte illud exprimas, quod iis quae stipulatione comprehenduntur, contrarium sit; id est, si me sub conditione aut in diem stipulante, tu respondisti, te jam statim daturum: si autem hoc solum respondisti, Promitto, conciso videris sermone in eamdem diem vel conditionem respondisse: nec enim necesse est in respondendo ad stipulationem ea omnia repetere, quae et stipulator expressit; nam *verbum* Promitto ad omnia, quae stipulatione comprehenduntur, refertur.

§ 6. Similiter inutilis *est* stipulatio, si stipuler ab *his qui* in mea potestate *sunt*, aut illi a me stipulentur: namque inter nos judicium exerceri non potest. Sed servus quidem non modo domino stipulante haud obligabitur, sed

§ 7. Mutum neque stipulari, neque promittere posse palam est. Quod et in surdo receptum est: quia et is, qui stipulatur, verba promittentis, et is, qui promittit, verba stipulantis audire debet. unde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit, sed de eo, qui omnino non exaudit.

§ 8. Furiosus nullum negotium gerere potest, quia non intellegit, quid agit.

§ 9. Pupillus omne negotium recte gerit: ita tamen, ut [d]), sicubi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur tutor, veluti si ipse obligetur; nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest.

§ 10. Sed quod diximus de pupillis, utique de his verum est, qui iam aliquem intellectum habent: nam infans, et qui infanti [e]) proximus est, non multum a furioso distant, quia huius aetatis pupilli nullum intellectum habent; sed in proximis infanti [e]), propter utilitatem

---

d) Def. *ut.* — e) *infantiae.*

---

nec alio quopiam: filius autem familias aliis stipulantibus obligatur; nam filiusfam. in contractibus patrifam. similis est.

§ 7. Mutum neque stipulari neque promittere posse, in confesso est, quae etiam in surdo recepta sunt: quoniam et stipulantem oportet verba promissoris, et promittentem verba stipulatoris audire. De eo autem surdo sermo *est*, non qui tarde audit, sed qui omnino non audit.

§ 8. Furiosus nullum contractum facere potest: neque enim intellectum eorum quae fiunt, habet; quia affectu caret: mater autem contractuum *est* affectus.

§ 9. Impubes omnem contractum valide celebrat, ut tamen, si forte tutoris auctoritate opus fuerit, tutor adsumatur; veluti, quando ipse obligatur: namque alium obligare sibi pupillus etiam absque tutore potest. Sed quod de pupillis diximus, de his scilicet verum est, qui aliquem jam intellectum habent eorum, quae fiunt: namque infans aut etiam infantiae proximus non multum *a* furioso distant: hanc enim aetatem agentes nullum habere intellectum creduntur.

Quoniam vero de pupillo dixi, generatim disce, aetatem pupilli in tria dividi: namque pupillorum alii sunt infantes, veluti qui adhuc lactent, et paullo majores: alii dicuntur infantiae proximi, veluti qui recte loqui incipiunt; alii pubertati proximi. Et infans quidem stipulari non potest, quia neque loqui potest, nec vero infantiae proximus, qualis est qui septimum vel octavum annum agit: hic enim etsi verba eloqui potest, attamen discernere nequit, quid tandem ea quae dicuntur, significent. Ast pubertati proximus, veluti ad pubertatem accedens, valide stipulatur, quoniam et ad pronuntiandum et

eorum, benignior iuris interpretatio facta est, ut idem iuris habeant, quod pubertati proximi. Sed qui in parentis potestate est impubes, nec auctore quidem patre obligatur.

§ 11. Si impossibilis condicio obligationibus adiiciatur, nihil valet stipulatio. impossibilis autem condicio habetur, cui natura impedimento est, quo minus existat, veluti si quis ita dixerit: *si digito caelum attigero, dare spondes?* at si ita stipuletur, *si digito caelum non attigero, dare spondes?* pure facta obligatio intellegitur, ideoque statim petere potest.

§ 12. Item verborum obligatio inter absentes concepta inutilis est. sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus praestabat, forte post tempus tales allegationes opponentibus, et non praesentes esse vel se vel adversarios suos contendentibus: ideo nostra constitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Caesarienses advocatos scripsimus, per quam disposuimus, tales scripturas, quae praesto esse partes indicant, omnimodo esse credendas, nisi ipse, qui talibus utitur improbis allegationibus, manifestissimis probationibus vel per scripturam vel per testes idoneos approbaverit, in ipso toto die, quo conficiebatur instrumentum, sese vel adversarium suum in aliis locis esse.

§ 13. Post mortem suam dari sibi nemo stipulari poterat, non

---

intelligendum quae dicuntur, aptus est. Placuit autem non secundum *juris* rigorem, sed secundum humaniorem ratiocinationem, ut et infantiae proximus valide stipuletur, quemadmodum et qui ad pubertatem accedit. Filius autem familias impubes neque patre auctore obligatur.

§ 10. Potest et impossibilis conditio stipulationi adjecta eam infirmare. Impossibilis autem conditio est, cujus eventum natura impedit: veluti si quis ita dicat, si digito meo coelum attigero, dabin mihi decem aureos? vel, si mare ebibero? sed si quis sic dixerit, dabis mihi, si digito coelum haud attigero? obligatio pure facta videtur: quare confestim petere potest.

§ 11. Similiter verborum obligatio inter absentes facta viribus caret. Sed quia hoc causam litium hominibus contentiosis praebebat, post longum forte tempus hujusmodi adlegationibus oppositis, neque se in illa urbe aut stipulatores adfuisse contendentibus: ideo facta est constitutio Imperatoris nostri, brevem hisce controversiis diremtionem adferens, quam ad Caesareenses advocatos rescripsit: in qua constituit, tales scripturas, in quibus utraque pars praesens esse significatur, omni modo *ut* credibiles admittendas fore, nisi qui impudentem illam adlegationem adfert, clarissime per scripturas vel testes fide dignos probaverit, toto illo die, quo instrumentum conficiebatur, aut se aut suum adversarium in aliis versatum fuisse locis.

§ 12. Post mortem suam dari sibi quis inutiliter stipulatur: sicut et post

magis, quam post mortem eius, a quo stipulabatur. ac [f]) ne [g]) is, qui in alicuius potestate est, post mortem eius stipulari poterat, quia patris vel domini voce loqui videtur. Sed et, si quis ita stipuletur, *pridie, quam moriar*, vel *pridie, quam morieris, dabis* [h])? inutilis erat stipulatio. Sed cum (ut iam [i]) dictum est) ex consensu contrahentium stipulationes valent, placuit nobis, etiam in hunc iuris articulum necessariam inducere emendationem, ut, sive post mortem, sive pridie, quam morietur stipulator, sive promissor, stipulatio concepta est, valeat stipulatio.

§ 14. Item, si quis ita stipulatus erat, *si navis ex Asia venerit, hodie* [k]) *dare spondes?* inutilis erat [l]) stipulatio, quia praepostere concepta est. sed cum Leo, inclutae recordationis, in dotibus eandem stipulationem, quae praepostera nuncupatur, non esse reiiciendam existimavit, nobis placuit, et huic perfectum robur accommodare, ut non solum in dotibus, sed etiam in omnibus valeat huiusmodi conceptio stipulationis.

---

f) *at.* — g) *nec.* — h) *dare; dari; d. spondes.* — i) *ita.* — k) *v. h.* — l) *erit.*

---

ejus mortem, a quo stipulatur. Sed neque is, qui alienae est potestatis, veluti servus aut filius, post mortem sui patris aut domini valide stipulatur. Sed et, si quis sic stipuletur: *Pridie id est,* Uno ante die quam ego vel tu moriturus es, dare spondes? inutilis erat stipulatio, quia illud Pridie ad *tempus* post mortem refertur, quum *diem* pridianum ex morte cognoscamus. Sed quoniam (ut saepe dictum est) ex consensu contrahentium stipulationes valent, placuit Imperatori nostro hanc quoque juris partem emendatione dignari, ut sive post mortem, sive pridie mortem stipulantis aut promittentis, stipulatio concepta sit, sine controversia valeat.

§ 13. Inutilis quoque *est* stipulatio praepostera: veluti si quis stipuletur, Si navis cras ex Asia venerit, hodie mihi dare spondes? Inutilis autem est stipulatio, quia dationem non oportet vetustiorem esse conditionis eventu, sed posteriorem. At quum Leonis sit constitutio, in dote praeposteram recipiens stipulationem; ideo Imperator noster aequum esse censuit, ut in omni stipulatione vitium praeposteri adcedens obligationem non perimeret. Praepostera enim stipulatio etiam sic fit, si dicam: Spondeo dare tibi hodie decem aureos, si Titius cras consul fiat: vel in dote, si vir uxori dicat: Spondeo tibi morituae dotem dare, si sine liberis decesseris: quia datio ad vitae tempus refertur, eventus autem conditionis, id est orbitatis (dixit enim, si sine liberis decesserit) ad tempus post mortem refertur. Placuit igitur non solum in dote, sed etiam in alia quacumque stipulatione, ne *vitium* praeposteri accidens infirmaret stipulationem.

§ 15. Ita autem concepta stipulatio, veluti si Titius dicat, *cum moriar, dare spondes?* vel, *cum morieris*, et apud veteres utilis erat, et nunc valet.

§ 16. Item post mortem alterius recte stipulamur.

§ 17. Si scriptum fuerit in instrumento, promisisse aliquem, perinde habetur, atque si interrogatione praecedente responsum sit.

§ 18. Quotiens plures res una stipulatione comprehenduntur, si quidem promissor simpliciter respondeat, *dare spondeo*, propter omnes tenetur; si vero unam ex his, vel quasdam daturum se spondeat, obligatio in his, pro quibus spoponderit, contrahetur. ex pluribus enim stipulationibus una, vel quaedam videntur esse perfectae: singulas enim res stipulari, et ad singulas respondere debemus.

§ 19. Alteri stipulari (ut supra dictum est) nemo potest: inventae sunt enim huiusmodi obligationes ad hoc, ut unusquisque sibi acquirat, quod sua interest; ceterum, si alii [m]) detur, nihil interest stipulatoris.

---

m) *ut si a.; ut a.; a* (def. *si*).

---

§ 14. *Aliquo* stipulante vel promittente Cum morieris, valet stipulatio. Concipitur autem sic: si Titius promittens dicat, Dabo tibi, quum moriturus sum. Haec enim et apud veteres stipulatio utilis erat, et nunc valet.

§ 15. Sed et stipulatio post mortem alterius concepta valebat apud veteres: veluti si quis dixerit, Spondeo dare tibi decem aureos post mortem Titii: quoniam eveniebat ut et vivis contrahentibus Titius moreretur.

§ 16. Si in instrumento stipulationis scriptum fuerit, Titium promisisse, ... quasi praecedente interrogatione responderit. *Ex* praesumtione enim responsio in instrumento adscripta praecessisse interrogationem ostendit.

§ 17. Quando multae res in una continentur stipulatione, veluti Spondesne dare mihi servum illum et agrum illum et librum illum et vestem illam? siquidem promissor simpliciter respondeat, Promitto, de omnibus tenetur. Si autem ad unam tantum vel alteram *rerum* quae stipulatione continebantur, respondeat, ad eas solas obligabitur, de quibus etiam respondit. Multis igitur stipulationibus factis, (quoniam quot res stipulationi insunt, totidem sunt et stipulationes) una aut etiam altera *res* ad quam respondit, perfecta esse videtur: nam ad unamquamque *rerum* stipulatione comprehensarum et responsionem fieri oportet: sic enim in omnibus fiet perfecta stipulatio.

§ 18. Alteri stipulari, ut ante dictum est, nemo valide potest, namque hae praesentes stipulationes ad id inventae sunt, ut unusquisque sibi quod *sua* interest, adquirat: ceterum si quis alteri stipuletur, infirmum *est* quod agitur, quippe quum nihil *stipulantis* intersit. Sed si quis hoc utile velit reddere, poenam stipulari debet, ut illo non facto, poenae petitio competat: veluti,

plane, si quis velit hoc facere, poenam stipulari conveniet, ut, nisi ita factum sit, ut comprehensum est, committetur poenae stipulatio etiam ei, cuius nihil interest: poenam enim cum stipulatur quis, non illud inspicitur, quid intersit eius, sed quae sit quantitas in condicione stipulationis. ergo, si quis stipuletur Titio dari, nihil agit, sed si addiderit de poena, *nisi dederis, tot aureos dare spondes?* tunc committitur stipulatio.

§ 20. Sed et, si quis stipuletur alii, cum eius interesset, placuit stipulationem valere. nam si is, qui pupilli tutelam administrare coeperat, cessit administratione contutori suo, et stipulatus est rem pupilli salvam fore, quoniam interest stipulatoris fieri, quod stipulatus est, cum obligatus futurus esset pupillo, si male res gesserit [n]), tenet obligatio. ergo et, si quis procuratori suo dari stipulatus sit, stipulatio vires habebit. et si creditori suo [o]), quod sua interest, ne forte

---

n) Def. *res; r. cess.* — o) def. *suo; c. s. stipulatus sit; c. s. dari st. s.*

Spondesne dare Titio decem aureos? Sin autem non dederis, dabisne mihi poenae nomine quinque vel forte plures etiam aureos? competet enim mihi poenae petitio, licet non possim ostendere quidquam mea interesse. Quum enim poenam quis stipulatur, non amplius spectamus, an aliquid stipulantis intersit, sed qualis sit poenae quantitas, stipulationis conditioni adjecta. Quae autem est stipulationis conditio? id est, illi hoc adjectum esse, Nisi feceris, dabis mihi poenae nomine decem solidos? Itaque si quis Titio datum iri stipuletur, nihil agit: sin autem stipulationi poenam adponat, decem forte solidos, perficiet quod studet.

§ 19. Sed si poenam stipulationi non inseruit, et intersit tamen, placuit valere stipulationem. Nam si, cum Primus ac Secundus tutores essent, Primus Secundo administrationem cesserit, atque ab eo stipulatus sit salvas atque integras servare res pupilli, quoniam stipulantis interest, ut haec fiant: (namque *actione* tutelae tenebitur, Secundo circa administrationem male versante) valet stipulatio, ut et Primo adversus Secundum validam actionem pariat.

Similiter quoque stipulatus es, me procuratori tuo daturum: valet stipulatio. Forte enim procurator tuus in alio loco degens pecunia egebat ad solvendum *vectigal* publicum, aut *ad* aedium refectionem, aut agrorum politionem et *culturam*: me autem in illa loca proficisci volentem interrogasti, Spondesne dare procuratori meo centum aureos? ecce enim, et hic *mea* interest, quod ob defectum nummorum procuratori meo non datorum damnum sim passus.

Quod si creditorem habebas, cui forte res tuas oppignerasti, eique illas vendere permisisti ob tuam solvendi negligentiam; aut cum poenam etiam promiseris, si ad constitutum tempus pecuniam non solvisses; stipulatus autem

vel poena committatur, vel praedia distrahantur, quae pignori data erant, valet stipulatio.

§ 21. Versa vice, qui alium facturum promisit, videtur in ea esse causa, ut non teneatur, nisi poenam ipse promiserit.

§ 22. Item nemo rem suam futuram in eum casum, quo sua fit p), utiliter stipulatur.

§ 23. Si de alia re stipulator senserit, de alia promissor, perinde nulla contrahitur obligatio, ac si ad interrogatum responsum non esset, veluti si hominem Stichum a te stipulatus quis fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Stichum vocari credideris.

---

p) *fiat, sit.*

---

sis a me, Spondesne dare creditori meo tot aureos? me illud non faciente, in id quod interest obligatum me habebis, eo quod damnum sis passus, *aut* pignoribus divenditis, aut poena exacta. Et haec quidem de *stipulationibus in dando consistentibus.*

§ 20. Quod si quis alterum quid facturum promiserit, *veluti* illum tibi exstructurum domum, omnino non tenetur, nisi poena stipulationi inserta fuerit, ita ut differentia sit *stipulationum* in dando atque in faciendo *consistentium*: quia in datione quidem, etiam poenâ non inserta, si tamen interest, stipulatio valet: sed in *stipulationibus* in faciendo *consistentibus* stipulatio non valet, si in alium citra poenam conferatur.

§ 21. Diximus in praecedentibus, non posse quem suam rem recte stipulari, quia suae rei dominium alicui amplius obvenire nequit. Unde illud quaesitum est: Moriens quis Primum heredem instituit, Stichumque servum suum mihi legavit sub conditione, si navis ex Asia venerit: sed quidam Titius decem mihi aureos debens, pro decem illis aureis promisit mihi dare Stichum, eumdem servum sub eadem conditione. Mortuo testatore factaque aditione, paullo post legati conditio exstitit, quae in stipulatione etiam fuerat: et manifestum *est*, me ex testamento dominum Stichi esse factum: non possum tamquam ex stipulatione agere adversus Titium, Stichum petens, qui mei jam dominii ex testamento factus est. Sicut enim, si ab initio meus esset, haud recte in stipulationem deducerem, (ut jam dictum est) ita neque illum casum in stipulationem conferre potero, quo mei futurus est dominii, quod in praesenti specie evenit.

§ 22. Quoniam vero dictum est, responsionem interrogationi consonantem esse debere, quaesitum est et illud, si de alia forte re stipulator, de alia promissor senserit: nulla similiter obligatio contrahitur; acsi ad interrogatum promissor non responderit: veluti, si te interrogavero, Dabis mihi Stichum? tu autem de Pamphilo haec dici suspiceris, quem Stichum nominari credebas.

§ 24. Quod turpi ex causa promissum est, veluti si quis homicidium vel sacrilegium se facturum promittat, non valet.

§ 25. Cum quis sub aliqua condicione fuerit stipulatus, licet ante condicionem decesserit, postea, existente condicione, heres eius agere potest. Idem est et a promissoris parte.

§ 26. Qui hoc anno aut hoc mense dari stipulatus sit, nisi omnibus partibus praeteritis anni vel mensis, non recte petet.

§ 27. Si fundum dari stipuleris vel hominem, non poteris continuo agere, nisi tantum spatii praeterierit, quo traditio fieri possit.

TITULUS VICENSIMUS (VICENSIMUS PRIMUS).

DE FIDEIUSSORIBUS.

Pro eo, qui promittit, solent alii obligari, qui fideiussores appellantur, quos homines accipere solent, dum curant, ut diligentius sibi cautum sit.

§ 1. In omnibus autem obligationibus assumi possunt, id est, sive

---

§ 23. Ex turpi causa facta stipulatio, inutilis *est:* veluti, si quis homicidium aut adulterium aut sacrilegium *se* facturum promiserit.

§ 24. Stipulatione sub conditione facta, etiamsi ante illius eventum stipulator obierit, exsistente postea conditione, heres stipulatoris actionem ex stipulatione habebit. Idem est, etsi promissor obiit et deinde conditio exstitit: namque ab herede ejus nihilominus petetur.

§ 25. Qui hoc anno vel hoc mense dare promisit, nisi omnibus anni vel mensis diebus praeteritis, non convenietur.

§ 26. Si agrum aut servum dare promiseris, haud recte convenieris, nisi tantum temporis intervallum praeteriit, quo traditio fieri potuit.

DE FIDEJUSSORIBUS.

TITULUS XX.

Pro promissore solent alii obligari, qui *fidejussores* adpellantur, quos homines accipere solent, curam agentes, ut securiori loco ipsis sit contractus.

§ 1. In omnibus autem obligationibus fidejussores adsumi solent, id est, sive re, sive verbis, sive litteris, sive consensu constet. Sed neque hoc differentiam nobis facit, utrum civilis, an naturalis sit obligatio, cui fidejussor adjicitur. Quid vero hoc sit, necesse *erit* dicere. Habe haec in modum prae-

re, sive verbis, sive literis, sive consensu contractae fuerint. at [a]) ne illud quidem interest, utrum civilis, an naturalis sit obligatio, cui adiiciatur fideiussor, adeo quidem, ut pro servo quoque obligetur, sive extraneus sit, qui fideiussorem a servo accipiat, sive ipse dominus in id, quod sibi naturaliter debetur.

§ 2. Fideiussor non tantum ipse obligatur, sed etiam heredem obligatum relinquit.

§ 3. Fideiussor et praecedere obligationem, et sequi potest.

§ 4. Si plures sint fideiussores, quotquot erunt numero, singuli in solidum tenentur. itaque liberum est creditori, a quo velit solidum petere. Sed ex epistola divi Hadriani compellitur creditor, a singulis,

---

a) *ac.*

---

viae contemplationis: Stipulationum aliae sunt Civiles, aliae Naturales: Civiles quidem, ex quibus actiones nascuntur, quae adversus obligatum motae, efficiunt ut condemnetur: ac solutio ex iis facta repetitionem haud recipit: nam si ab reo invito *quid* exigitur, *is* solvens repetere non poterit. Naturales autem sunt, quae neque actionem pariunt, neque condemnationem inferunt. Duo tamen insignia in his invenire licet; *scil.* quod solutio facta repetitionem non recipiat, et quod fidejussores dati natura et lege teneantur. Est enim regula dictitans, Quorum principales natura tenentur, horum fidejussores et natura et lege tenentur. Hujusmodi est pupillus sine tutoris auctoritate mutuatus: ipse enim natura tenetur; sed pro eo fidejubens et natura et lege.

Postquam tibi haec sunt praecognita, vide reliquum argumentum. Diximus, non solum in civilibus sed etiam in naturalibus obligationibus fidejussorem recte accipi. Naturales autem dico obligationes, veluti si servus obligatus non domino, aut etiam *ipsi* domino, (naturaliter scilicet, nec enim civiliter potest) fidejussorem det, sive extraneo sive domino suo, pro rebus quas ei debebat: tenetur ergo fidejussor et natura et lege, quoniam principalis, id est servus, natura obligatur.

§ 2. Non modo ipse fidejussor obligatur, sed etiam defunctus heredem suum relinquit obligatum.

§ 3. Potest autem fidejussor et obligationem ejus, pro quo fidejubet, praecedere: veluti, *tu* mutuari a quo volens, fidejussorem dedisti ante celebrationem contractus; aut etiam post celebratum contractum pro me fidejussisti.

§ 4. Si quando plures sint fidejussores, quotquot numero fuerint, non in partem, sed quisque eorum in solidum tenetur, ut libera sit creditori facultas, adversus quem in solidum agere velit. Sed ex epistola Adriani Caesaris cogitur creditor a quoque fidejussore, qui locuples sit litis contestatae tempore, ratam *portionem* petere. Unde si quis fidejussorum illo tempore egenus inveniatur, hujus egestas confidejussores gravat: veluti, quinque erant fide-

qui modo solvendo sint litis contestatae tempore, partes petere. ideoque, si quis ex fideiussoribus eo tempore solvendo non sit, hoc ceteros onerat. sed et, si ab uno fideiussore creditor totum consecutus fuerit, huius solius detrimentum erit, si is, pro quo fideiussit, solvendo non sit: et sibi imputare debet, cum potuerit adiuvari ex epistola divi Hadriani, et desiderare, ut pro parte in se detur actio.

§ 5. Fideiussores ita obligari non possunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur: nam et b) eorum obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione esse potest, quam in principali re. at ex diverso, ut minus debeant, obligari possunt. Itaque, si reus decem aureos promiserit, fideiussor in quinque recte obligatur; contra vero non potest obligari. item, si ille pure promiserit, fideiussor sub condicione promittere potest; contra vero non potest. non solum enim in quantitate, sed etiam in tempore minus et plus intellegitur. plus est enim, statim aliquid dare; minus est, post tempus dare.

---

b) def. *et.*

---

jussores centum aureorum qui debebantur: si quidem omnes essent locupletes, convenirentur singuli in *aureos* XX. uno autem ex illis deficiente, egestas *ejus* reliquis damnum adfert: neque enim ab illis quatuor *aurei* viceni, sed viceni quini exigentur. Itaque si post litis contestationem evenerit ut unus deficiat, hujus egestas creditori, non autem fidejussoribus damnum adauget.

Sed et, si quis adversus unum confidejussorum agens, solidum acceperit, hoc ipsum solum laedit a quo petitum fuit: neque enim adversus confidejussores aliquam habere actionem concessum est, neque adversus principalem qui egens est, valide aget: et hujusmodi fidejussor se ipse debebit culpare, quum conventus ex Adriani epistola adjuvari potuisset, atque curare ut ex aequo *cum* confidejussoribus ab se peteretur.

§ 5. Fidejussores sic obligari nequeunt, ut plus ipsi debeant, quam is debet, pro quo obligati sunt. Etenim fidejussorum obligatio dicitur accessio esse, id est sequela sive appendix obligationis principalis. Non potest autem in accessione plus esse quam est in causa principali. Ex contrario, ut minus debeant, obligari possunt: idcirco si principalis, id est debitor, decem aureos dare promiserit, illi recte quinque promittunt: sed principali quinque promittente, non recte fidejussor in decem accipitur: similiter si principalis pure promiserit, fidejussor sub conditione promittere potest.

Item ex contrario, principali sub conditione promittente, fidejussor sub conditione quidem recte, pure autem non legitime promittit. Nec enim in quantitate solum, sed etiam in tempore, plus et minus intelligi oportet: namque plus est, statim aliquid dare, minus autem post tempus dare.

§ 6. Si quis [c]) autem fideiussor pro reo solverit, eius reciperandi causa habet cum eo mandati iudicium.

§ 7. Graece fideiussor plerumque ita accipitur: τῇ ἐμῇ πίςτει κελεύω, λέγω, θέλω, sive βούλομαι; sed et, si φημὶ dixerit [d]), pro eo erit, ac si dixerit λέγω.

§ 8. In stipulationibus fideiussorum sciendum est generaliter, hoc accipi, ut, quodcumque scriptum sit quasi actum, videatur etiam actum: ideoque constat, si quis se scripserit fideiussisse, videri omnia sollemniter acta.

TITULUS VICENSIMUS PRIMUS (VICENSIMUS SECUNDUS).

DE LITERARUM OBLIGATIONE.

Olim scriptura fiebat obligatio, quae nominibus fieri dicebatur, quae nomina hodie non sunt in usu. Plane si quis debere se scripserit,

---

c) *quid.* — d) κ. εγώ, *sed etsi dixerit* θέλω, *sive* βούλομαι, *sed et* φημὶ.

---

§ 6. Fidejussor solvens pro principali, ad repetitionem datorum adversus eum mandati actionem habebit.

§ 7. Graece fidejussor ut plurimum sic promittit: Τῃ εμῃ πιςει κελευω, λεγω, θελω ηγουν βουλομαι, [*id est Fide mea jubeo, dico, volo sive cupio.*] sed et si φημι dixerit, perinde est ac si dixerit λεγω.

§ 8. In stipulationibus fidejussorum sciendum est, quodcumque scriptum est tamquam actum, *id ex* praesumtione actum videri. Ideo in confesso est, si quis se scripserit fidejussisse, omnia solemnia videri acta: veluti, ipsum ut fidejussorem interrogatum fuisse, et ipsum consequenter promisisse.

DE LITTERARUM OBLIGATIONE.

TITULUS XXI.

Post *obligationem*, aut re aut verbis *contractam*, dicamus de litterarum *obligatione*. Litterarum autem *obligatio* olim hanc recipiebat definitionem: litterarum *obligatio* est, vetus debitum per verba et scripta solemnia transformatum in novum creditum. Nam si quis centum mihi aureos debebat ex emtione vel locatione vel mutuo vel stipulatione, (multae autem sunt debitorum causae) *ego*que hunc vellem litteris obligatum *mihi* reddere: necesse

quod ei numeratum non est, de pecunia minime numerata post multum temporis exceptionem opponere non potest: hoc enim saepissime constitutum est. Sic fit, ut et [a]) hodie, dum queri [b]) non potest, scriptura obligetur; et ex ea nascitur condictio, cessante scilicet verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus constitutionibus usque ad quinquennium procedebat: sed ne creditores diutius possint suis pecuniis forsitan defraudari, per constitutionem nostram tempus coartatum est, ut ultra biennii metas huiusmodi exceptio minime extendatur.

---

a) Def. *et.* — b) *quaeri.*

---

erat solemnia verba dicere et scribere ad eum, quem litteris obligare *mihi* volebam. Erant autem haec verba, quae et dicebantur et scribebantur: Centum aureos, quos mihi ex causa locationis debes, tu ex conventione et confessione litterarum tuarum dabis? Deinde adscribebantur, ut ab eo qui jam ex locatione obligatus esset, haec verba: Ex conventione debeo litterarum mearum. Et prior obligatio exstinguebatur, nova autem, id est litterarum, nascebatur. Haec vero ex eo quod in scriptis consisteret, adpellationem accepit.

Sed haec hodie non sunt in usu. Invenire tamen licet, si quis curatius consideret, et hodie litterarum obligationem usurpari sub alia forma. Nam si quis a me mutuari cupiens, ea de *re* mihi locutus sit, egoque ei concesserim ut mihi cautionem scriberet; atque *is* solus me non praesente cautionem scripserit, in qua dicat, Ego mutuatus sum hodierno die ab illo, eaque debeo, sed stipulatio non inserta sit, aut inserta etiam inutilis sit, quia hujusmodi instrumentum factum est non praesente creditore. Hinc multo elapso tempore quaeritur, an conveniri possit qui dictam cautionem emisit; et dicimus, neque ex *obligatione* re *contracta* hanc personam conveniri posse, neque enim numeratio facta est; neque ex verborum *obligatione*, quoniam non praesentibus ambabus partibus stipulatio facta est, aut nec *ulla* omnino facta est stipulatio. Restat igitur, ex solis eum litteris obligari. Et ecce, interdum et hodie aliquis obligatur litteris.

Multum autem tempus olim quidem intra quinquennium constitit: nam post hoc tempus non licebat opponere exceptionem non acceptae, id est non numeratae pecuniae, et dicere creditori, Proba te numerasse: hoc enim multis Imperatorum constitutionibus cautum est. Quoniam autem hoc creditoribus difficile erat, Imperator noster, ut ne multo elapso tempore, id est triennio aut quadriennio, creditores post tantum temporis probare jussi, haec esse vera, propter longitudinem elapsi temporis in difficultatem probationum inciderent, atque exinde pecuniis suis spoliarentur, constitutionem fecit, quae quinquennium intra biennium conclusit. Itaque intra hoc tempus hujusmodi exceptio recte opponetur: post biennium autem nequaquam.

TITULUS VICENSIMUS SECUNDUS (VICENSIMUS TERTIUS).

DE CONSENSU OBLIGATIONE [a]).

Consensu fiunt obligationes in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis.

§ 1. Ideo autem istis modis consensu dicitur obligatio contrahi, quia neque scriptura, neque praesentia omnimodo opus est, ab [b]) ne [c]) dari quicquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio; sed sufficit, eos, qui negotium gerunt, consentire.

§ 2. Unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam, aut per nuntium.

§ 3. Item in his contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono et aequo praestare oportet, cum alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat.

---

a) *De o. ex c.; De o. quae fit c.* et similia. — b) *at.* — c) *nec.*

DE OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

TITULUS XXII.

Quum diximus de *obligationibus quae* re, aut verbis aut litteris *contrahuntur*, nunc dicamus de *ea quae* consensu *contrahitur*. Hujus autem obligationis contractus in his negotiis est, in emtione et venditione, et locatione, et societate, et mandato. Ideo autem hisce modis obligatio consensu contrahitur, quoniam neque scriptura, ut in litterarum *obligatione*, neque praesentia, ut in verborum *obligatione*, omni modo necessaria est: sed neque dari quidpiam necesse est, uti in *obligatione* re *contracta*, ut substantiam capiat *obligatio* consensu *constans*; sufficit enim consensisse qui *obligationem* consensu *constantem* contrahunt. Hi igitur contractus etiam inter absentes valide procedunt, veluti per epistolam aut per nuntium.

Neque in his solum *obligatio* consensu *constans* ab aliis differt obligationibus, sed etiam in illo: nam in ceteris quidem obligationibus unus obligatur, unus alterum obligatum habet: veluti in *obligatione* re *contracta* dans obligat, sed accipiens obligatur; in verborum *obligatione* stipulator obligat, promissor autem obligatur; in litterarum *obligatione* obligatus est scriptor, obligat vero hunc is, ad quem scriptura pertinet: ast in *obligatione* consensu *constante* alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono et aequo praestare oportet: quum in verborum obligatione alter interroget et obliget, alter promittat et obligetur.

TITULUS VICENSIMUS TERTIUS (VICENSIMUS QUARTUS).

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

Emptio et venditio contrahitur, simulatque de pretio convenerit, quamvis nondum pretium numeratum sit, ac ne arra quidem data fuerit. nam quod arrae nomine datur, argumentum est emptionis et venditionis contractae. Sed haec quidem de emptionibus et venditionibus, quae sine scriptura consistunt, obtinere oportet; nam nihil a nobis in huiusmodi venditionibus innovatum est. In his autem, quae scriptura conficiuntur, non aliter perfectam esse emptionem et venditionem constituimus, nisi et instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, a contrahente a) autem subscripta, et, si per tabellionem fiant, nisi et completiones acceperint, et fuerint partibus absoluta. donec enim aliquid ex his deest, et poenitentiae locus est, et potest emptor vel venditor sine poena recedere ab emptione. ita tamen impune recedere eis concedimus, nisi iam arrarum nomine aliquid fuerit datum: hoc etenim subsecuto, sive

a) *contrahentibus.*

DE EMTIONE ET VENDITIONE.

TITULUS XXIII.

Et dicamus primo loco de emtione et venditione. Venditio et emtio contrahitur statim, quum de pretio utraque pars consenserit. Namque si ego dixero, Vendo hoc tibi centum aureis, tu autem huic pretio adquieveris, venditio statim constitit: etsi maxime pretium nondum numeratum est, neque arrha aliqua data est. Nasciturque venditori quidem *actio* ex vendito, emtori autem ex emto. Arrhabonis autem gratia datum, indicium est et probatio venditionis atque emtionis contractae, non vero ipse contractus.

Haec de venditione atque emtione intelligimus, sine scripto facta; nihil enim in hac Imperator noster innovavit: ast in ea quae in scripto fit, non aliter consummationem accedere dicimus venditioni atque emtioni, nisi et instrumenta venditionis conscripta sint, vel propria vendentis manu, vel ab alio quidem scripta sint, sed venditor subscripserit. Si autem per tabellionem facta sunt, nisi praecedente subscriptione completiones subsecutae, et instrumenta partibus absoluta sint: donec enim horum aliquid deficit, et poenitentiae locus fiet, et emtor aut venditor poterit impune a contractu recedere: ita tamen, nisi jam quid arrhae nomine datum fuerit; hoc enim facto, sive

in scriptis, sive sine scriptis venditio celebrata est, is, qui recusat adimplere contractum, si quidem emptor est, perdit, quod dedit, si vero venditor, duplum restituere compellitur, licet nihil super arris expressum est.

§ 1. Pretium autem constitui oportet: nam nulla emptio sine pretio esse potest.

(§ 1.) Sed et certum pretium esse debet. alioquin, si ita inter aliquos convenerit, ut, quanti Titius rem aestimaverit, tanti sit empta: inter veteres satis abundeque hoc dubitabatur, sive constat venditio, sive non. sed nostra decisio ita hoc constituit, ut, quotiens sic composita sit venditio, *quanti ille aestimaverit*, sub hac condicione staret contractus, ut, si quidem ipse, qui nominatus est, pretium definierit, omnimodo secundum eius aestimationem et pretium persolvatur, et res tradatur, ut [b]) venditio ad effectum perducatur, emptore quidem ex empto actione, venditore autem ex vendito agente. sin autem ille, qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo esse venditionem, quasi nullo pretio statuto. quod ius, cum in venditionibus nobis placuit, non est absurdum et in locationibus et conductionibus trahere.

---

b) *et.*

---

in scripto sive sine scripto venditio fiat, qui a contractu recedit, si quidem emtor sit, amittit arrham, si vero venditor, duplum praestare cogitur, id est ipsum *quod* datum *fuerat*, et alterum tantum, etiamsi nihil tale in dandis arrhis convenerit. Pretium autem omnino in venditione definiendum est: nulla enim in universum erit venditio, non subjacente pretio.

§ 1. Sed certum debet esse pretium. Itaque etsi inter aliquos sic convenit, ut quanti Titius hunc agrum aestimaverit, tanti sit venditus: magna inter veteres movebatur controversia, utrum hujusmodi venditio consisteret, an infirma esset? sed facta est Imperatoris nostri decisio, quae sic constituit, ut quando ita convenerit, Sit tibi ager venditus, quanti eum ille aestimaverit; his conditionibus staret contractus, ut si quidem ipse *qui* nominatus *est*, veluti Titius, pretium definierit, omni modo secundum ejus aestimationem et pretium solvatur, et res tradatur, ut venditio ad finem perducatur, emtore quidem ex emto actionem habente, venditore autem ex vendito. Si autem nominatus Titius aut nolit aut pretium non possit definire, (forte enim cognitio de quantitate pretii excedit captum ejus) pro nihilo sit venditionis conventio, sed hi perinde sint, quasi nulla inter eos de venditione facta sit conventio, quia neque subest pretium definitum. Atque hoc quidem in venditione sanxit Imperatoris constitutio: non vero absurdum, illud ad locationem et conductionem trahere.

§ 2. Item pretium in numerata pecunia consistere debet. Nam in ceteris rebus an pretium esse possit, veluti homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretium esse possit, valde quaerebatur. Sabinus et Cassius etiam in alia re putant posse pretium consistere: unde illud est, quod vulgo dicebatur, *per permutationem* [c]) *rerum emptionem et venditionem contrahi, eamque speciem emptionis venditionisque vetustissimam esse;* argumentoque utebantur Graeco poëta Homero, qui aliqua parte exercitum [d]) Achivorum vinum sibi comparasse ait, permutatis quibusdam rebus, his verbis:

Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δ' αὖ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Diversae scholae auctores contra sentiebant, aliudque esse existimabant permutationem rerum, aliud emptionem et venditionem. alioquin non posse rem expediri permutatis rebus, quae videatur res venisse, et quae

c) *permutatione.* — d) *aliquam partem exercitus* (..*tuum*).

§ 2. Nec vero solum definiri debet pretium, ut dictum est, et certum esse, sed etiam in nummis consistere. In aliis enim rebus praeter hos, an pretium consistere possit, quaeritur: veluti an servus aut fundus aut vestis alterius rei pretium esse possit, valide quaesitum est. Ac Sabinus quidem et Cassius etiam in alia re putant pretium posse consistere. Atque hoc est quod vulgo frequentatur, Rerum permutatione venditionem et emtionem contrahi, eamque venditionis speciem esse antiquissimam, utunturque teste Homero poëta, qui in quadam carminis sui parte fingens exercitum Graecorum vinum sibi ementem ait, permutatione rerum quarumdam fieri emtionem, his versibus:

Inde igitur vinum comparabant comati Achivi:
Alii quidem aere, alii vero nitenti ferro:
Alii rursus pellibus, alii ipsis bobus:
Alii mancipiis.

Graecum autem *οινιζοντο* est, vinum emebant: et fingens eos vinum ementes, ait dedisse pretii loco aut aes aut ferrum aut coria aut boves aut mancipia.

Sed Proculiani contrarium dicebant, aliud esse dicentes rerum permutationem, et aliud emtionem ac venditionem: ajuntque negotium non recte posse discerni, permutatis rebus, quaenam videantur venditae, et quaenam pretii loco datae: utrumque enim et venditum et pretii loco datum videri, rationem haud admittere. Sed Proculi sententia, dicentis permutationem singulare esse contractus genus, a venditione separatum, merito obtinuit: quum et ipse Pro-

pretii nomine data esse? nam utramque videri et venisse, et pretii nomine datam esse, rationem non pati. Sed Proculi sententia dicentis, *permutationem propriam esse speciem contractus, a venditione separatam*, merito praevaluit, cum et ipsa aliis Homericis versibus adiuvatur, et validioribus rationibus argumentatur. quod et anteriores divi principes admiserunt, et in nostris digestis latius significatur.

§ 3. Cum autem emptio et venditio contracta sit (quod effici diximus, simulatque de pretio convenerit, cum sine scriptura res agitur): periculum rei venditae statim ad emptorem pertinet, tamenetsi adhuc[e]) ea res emptori tradita non sit. itaque si homo mortuus sit, vel aliqua parte corporis laesus fuerit, aut aedes totae, vel aliqua ex parte incendio consumptae fuerint, aut fundus vi fluminis totus, vel aliqua ex parte ablatus sit, sive etiam inundatione aquae, aut arboribus turbine deiectis longe minor aut deterior esse coeperit: emptoris damnum est, cui necesse est, licet rem fuerit nactus, pretium solvere. quicquid enim sine dolo et culpa venditoris acciderit, in eo venditor securus est. sed

---

e) Def. *adhuc*.

---

culus alios versus habeat Homericos, ipsi adstipulantes, et validioribus utatur insuper rationibus. Sunt autem versus hi:

Tum vero Glauco mentem ademit Saturnius Jupiter,
Qui cum Tydide Diomede arma permutaret,
Aurea aeneis, centum bobus digna novem dignis.

Ecce enim hic *rem* gestam diserte vocavit permutationem, non venditionem. Hoc autem et veteres Principes receperunt, atque in Digestis latius continetur.

§ 3. Diximus in praecedentibus, sine scripto venditionem consistere ex definitione et quantitate pretii, in quod utraque pars consensit. Itaque post dictam *contractûs* substantiam periculum rei venditae statim *ad* emtorem spectat, etiamsi maxime res ei nondum tradita sit. Sive igitur servus sit venditus, et obierit, aut parte aliqua corporis laesus sit, pede vel manu vel oculo; sive domus quae vendita fuit, tota vel ex parte igne absumta sit; sive ager vi fluminis totus, vel ex parte perierit restagnatione aquae; aut arboribus turbine venti dejectis ager multo deterior ac se ipso minor factus sit: in his omnibus damnum *ad* emtorem spectat. Itaque etsi rei possessionem nondum nactus est, cogitur pretium solvere. In universum enim scito, si quid extra dolum et negligentiam venditoris rei acciderit, venditorem securum fore.

Et sicut fortuitum damnum aut interitus rei venditae ad emtorem recidit, ita et si quid lucri adcesserit rei venditae, *id* emtori proderit: unde, si per alluvionem major factus est ager, (forte enim centum erat jugerum, sed post-

et, si post emptionem fundo aliquid per alluvionem accessit, ad emptoris commodum pertinet: nam et commodum eius esse debet, cuius periculum est. Quodsi fugerit homo, qui veniit, aut subreptus fuerit, ita ut neque dolus neque culpa venditoris interveniat, animadvertendum erit, an custodiam eius usque ad traditionem venditor susceperit. sane enim, si susceperit, ad ipsius periculum is casus pertinet; si non susceperit, securus erit. idem et in ceteris animalibus ceterisque rebus intellegimus. Utique tamen vindicationem rei et condictionem exhibere debebit emptori: quia sane, qui rem nondum emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. idem est etiam de furti et de damni iniuriae actione.

§ 4. Emptio tam sub condicione, quam pure contrahi potest. sub condicione, veluti *si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot.*

§ 5. Loca sacra vel religiosa, item publica (veluti forum, basilicam) frustra quis sciens emit, quae tamen, si pro privatis vel profanis deceptus a venditore emerit, habebit actionem ex empto, quod non habere ei liceat, ut consequatur, quod sua interest, deceptum eum non esse. Idem iuris est, si hominem liberum pro servo emerit.

---

quam venditio substitit, ex alluvione decem alia ei adcessere jugera) lucro emtor fruetur; illum enim oportet habere lucrum, qui et ejusdem deminutione periclitatur.

Si autem ante traditionem fugerit servus venditus, aut etiam ab aliquo subreptus sit, ita ut nec dolus nec negligentia venditoris his in *rebus* argui possit, videamus an venditor inde damnum debeat pati? atqui sic distinguendum est: si quidem venditor custodiam servi venditi in se recepit ad traditionem usque, custodiam debet, (Est autem custodia, diligentissima et exactissima servatio:) et ipse damnum inde *proveniens* agnoscet: idemque in ceteris animantibus, veluti equo, asino, camelo, et quaecumque hujusmodi sunt, et in reliquis rebus intelligimus. Si autem custodiam non suscepit, haud tenetur. Hoc vero solum debet venditor, cedere emtori *actionem* in rem ad vindicationem rei venditae, nec non condictionem, quia ipse adhuc venditor est dominus, quippe re nondum tradita: sed et *actionem* furti cedet adversus *eos* qui surripuerint, et Aquilianam adversus *eos* qui rei venditae nocuerint.

§ 4. Venditio et pure et sub conditione contrahi potest: sub conditione, veluti, Stichus servus, si intra mensem tibi non displicuerit, venditus tibi esto decem aureis.

§ 5. Sacra aut religiosa aut publica, veluti forum vel basilicam, sciens quis invalide emit; id est, nullam habebit contractus causa actionem. Si vero, tamquam privati juris essent, a venditore deceptus ea emerit, tum ex emto actionem habet ad petendum quod interest, quia *rem* venditam ei habere non licet. Idem esto, et si quem liberum pro servo emerit.

TITULUS VICENSIMUS QUARTUS (VICENSIMUS QUINTUS).

DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE.

Locatio et conductio proxima est emptioni et venditioni, hisdemque iuris regulis consistunt. Nam ut emptio et venditio ita contrahitur, si de pretio convenerit, sic etiam locatio et conductio ita contrahi intellegitur, si merces constituta sit. Et competit locatori quidem locati actio, conductori vero conducti.

§ 1. Et quae supra diximus, si alieno arbitrio pretium permissum [a]) fuerit, eadem et de locatione et conductione dicta esse intellegamus, si alieno arbitrio merces permissa [a]) fuerit. Qua de causa si fulloni polienda curandave, aut sarcinatori sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus, quantum inter eos convenerit, non proprie locatio et conductio contrahi intellegitur, sed eo nomine praescriptis verbis actio datur.

---

a) *promiss.*

DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE.

TITULUS XXIV.

Locatio et conductio similis est venditioni et emtioni, et per easdem procedit regulas. Sicut enim venditio tunc consistit, quando pretium utrique parti placuit, ita et locatio consistere intelligitur, si merces partibus placuit. Et sicut ibi diximus, certum atque in pecunia debere esse pretium, sic et mercedem certam et in pecunia esse oportet.

Et locatori quidem locati *actio* competit, conducenti autem conducti: illi, ut mercedem exigat; huic, ut rem sibi locatam accipiat.

§ 1. Et *quod* dictum *est* nobis de venditione, quando in alterius arbitrium quantitas pretii refertur, veluti, Venditum tibi esto, quanti Titius definierit, ubi etiam constitutionem sanctissimi Imperatoris retulimus, quae hujus contractus substantiam distinctioni subjicit: idem quoque de locatione et conductione dictum sit, quando in alterius arbitrium mercedis quantitas refertur, quemadmodum et supra docuimus.

Quod si quis fulloni poliendam, aut sartori sarciendam vestem dedit, nulla statim mercede definita, pollicitus tantum dare, quantum inter ambas partes postea convenerit; non est illud locatio, sed alius quidam contractus ex quo et praescriptis verbis actio datur. Et ne quis putet, hoc Imperatoria decisione decidi: alia enim est constitutionis species; exstat enim illic, Venditum tibi sit, quanti Titius definierit; hic vero, Locatum tibi sit, in quantum parti utrique placuerit.

§ 2. Praeterea, sicut vulgo quaerebatur, an permutatis rebus emptio et venditio contrahitur: ita quaeri solebat de locatione et conductione, si forte rem aliquam tibi utendam sive fruendam quis dederit, et invicem a te aliam utendam sive fruendam acceperit. et placuit, non esse locationem et conductionem, sed proprium genus esse contractus. veluti, si cum unum quis bovem haberet, et vicinus eius unum, placuerit inter eos, *ut per denos dies invicem boves commodarent, ut opus facerent*, et apud alterum bos periit: neque locati vel [b]) conducti, neque commodati competit actio, quia non fuit gratuitum commodatum, verum praescriptis verbis agendum est.

§ 3. Adeo autem familiaritatem aliquam inter se habere videntur emptio et venditio, item locatio et conductio, ut in quibusdam causis quaeri soleat, utrum emptio et venditio contrahatur, an locatio et conductio. Ut ecce de praediis, quae perpetuo quibusdam fruenda traduntur, id est ut, quamdiu pensio sive reditus pro his domino praestetur, neque ipsi conductori, neque heredi eius, cuive conductor heresve eius id praedium vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine

---

b) *neque.*

---

§ 2. Adeo autem eadem in venditione et locatione quaeruntur, ut, quemadmodum ambigitur, anne permutatio rerum venditio sit, ita et in locatione quaeritur: si, quum ego tibi rem praestitero in usum vel in fructum, aliud quid vicissim mihi a te datum sit in usum vel in fructum; ambigitur an sit locatio: et placuit, non esse locationem, sed proprium aliquod contractus genus, velut in hac specie: Duo quidam confines erant: quisque eorum bovem singulum possidebat: neuter igitur agrum suum arare poterat, quoniam unum possidebat bovem: si inter eos convenerit, ut alteri alter in decem dies suum bovem commodaret ad arandam accipientis terram, et apud hunc bos pericrit, neque locatio illud est, quia hic certa in pecunia merces non est; neque commodatum, nam commodatum debet esse gratuitum, hic vero commodans *aut* habet aut sperat ex compensatione lucrum: sed statuimus hic praescriptis verbis *actionem* adversus eum qui *bovem* perdidit.

§ 3. In tantum porro communio quaedam est venditionem inter et locationem, ut in quibusdam casibus controversia exsistat, utrum venditio an locatio sit quod agitur. Hoc autem fit in (*casibus utrique contractui*) admodum similibus: veluti in possessionibus, quae perpetuo quibusdam traduntur fruenda, ut quamdiu merces aut reditus pro his domino praebentur, nemo conductori aut heredi ejus, vel illi cui conductor aut heres illius vendidit vel donavit id praedium, vel dotis nomine dedit, aut alio modo alienavit: sed hic contractus quia inter veteres dubitabatur, et a nonnullis locatio, ab aliis venditio putabatur: (venditio quidem, quod transiret ad heredes, varieque

dederit, aliove quo modo alienaverit, auferre liceat. sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, et a quibusdam locatio, a quibusdam venditio existimabatur: lex Zenoniana lata est, quae emphyteuseos contractui [c]) propriam statuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam, et, si quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, acsi naturalis [d]) esset contractus, sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc, si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum, sin particularis, ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venire. quo iure utimur.

§ 4. Item quaeritur, si cum aurifice Titius convenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certaeque formae anulos ei faceret, et acceperit [e]), verbi gratia aureos decem, utrum emptio et venditio contrahi videatur, an locatio et conductio? Cassius ait, materiae quidem emptionem et venditionem contrahi, operae autem locationem et conductionem. sed placuit, tantum emptionem et venditionem contrahi. quodsi suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta, dubium non est, quin locatio et conductio sit.

---

c) *contractus.* — d) *natura talis.* — e) *acciperet.*

---

alienaretur; locatio autem existimabatur propter id quod quoque anno dabatur:) facta est constitutio divi Zenonis, quae *emphyteusin* hoc adpellabat, specialem ei naturam constituens, quae neque ad locationem omnino neque ad venditionem spectaret, sed propriis conditionibus constaret. Et si quid inter contrahentes pactum fuerit, ita firma sit haec conventio, acsi certa haec natura illi contractui inesset: pactio enim contractui *pro* natura sit. Si autem nihil de interitu rei convenerit, tunc si quidem totius rei, emphyteuticae scilicet, exitium acciderit, dominum, id est dantem in emphyteusin, damnum *hoc* spectet: si autem particularis, accipiens in emphyteusin hoc detrimentum agnoscet, quod et in usu *hodie* est atque obtinet.

§ 4. Similiter et illud inter controversa est: Aurifici cuidam dedi verbi gratia decem solidos, pactus ut ipse aurifex ex sua materia aureos certi ponderis certaeque formae annulos mihi pararet. Utrum venditio an locatio istud sit, quaeritur? Aitque Cassius, et locationem et venditionem hoc esse: ut, si quidem auri materiam, tamquam minus probam, incusem, ex emto *actionem* moveam; si vero artificium, tamquam minus recte se habens, locati *actionem* habeam: sed placuit potius venditionem esse atque emtionem hoc negotium; namque artificium pro accessione est. Si vero proprium ego aurum dedi artifici, statuta pro artificio mercede, indubie id locatio et conductio est.

§ 5. Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet, et, si quid in lege praetermissum fuerit, id ex bono et aequo debet praestare. Qui pro usu aut vestimentorum, aut argenti, aut iumenti, mercedem aut dedit, aut promisit, ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet. quam si praestiterit, et aliquo casu rem amiserit, de restituenda ea non tenebitur.

§ 6. Mortuo conductore intra tempora conductionis, heres eius eodem iure in conductionem succedit.

TITULUS VICENSIMUS QUINTUS (VICENSIMUS SEXTUS).

DE SOCIETATE.

Societatem coire solemus aut totorum bonorum, quam Graeci specialiter κοινοπραξίαν [a]) appellant; aut unius alicuius negotiationis, ve-

a) κοινωνίαν.

§ 5. Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet, hoc est secundum id quod inter contrahentes convenit. Si quid autem in pactionibus neglectum sit, id ex aequo et bono constitui debet.

Si cui utendum dedero vestimentum vel argentum vel animal, et postea pro illius usu certa pecunia mercedis nomine mihi data vel dari promissa sit: debet accipiens tantam diligentiam in his custodiendis, quantam longe diligentissimus *homo* in suis praestat rebus. Nam si *eam* praestiterit, et res commodatae forte perierint, rerum restituendarum nomine non tenetur.

§ 6. Si cui in quinquennium locavero agrum meum, atque anno forte secundo vel tertio conductor obierit, heres illius in locationem succedet ad finem usque quinquennii.

DE SOCIETATE.

TITULUS XXV.

Post venditionem et locationem de societate quoque disserendum est. Haec autem contrahitur inter aliquos aut totorum bonorum, id est de omni patrimonio, quam Graeci speciatim κοινοπραξίαν vocant: aut unius alicujus ne-

luti mancipiorum emendorum vendendorumque, aut olei, vini, frumenti emendi vendendique.

§ 1. Et quidem, si nihil de partibus lucri et damni nominatim convenerit, aequales scilicet partes et damni et in lucro et in damno spectantur. Quodsi expressae fuerint partes, hae servari debent: nec enim umquam dubium fuit, quin valeat conventio, si duo inter se pacti sunt, ut ad unum quidem duae partes et lucri pertineant, ad alium tertia.

§ 2. De illa sane conventione quaesitum est, si Titius et Seius inter se pacti sunt, ut ad Titium lucri duae partes pertineant, damni tertia, ad Seium duae partes damni, lucri tertia, an rata debeat haberi conventio? Quintus Mucius contra naturam societatis talem pactionem esse existimavit, et ob id non esse ratam habendam. Servius Sulpicius cuius sententia praevaluit, contra sentit, quia saepe quorundam ita pretiosa est opera in societate, ut eos iustum sit meliore condicione in societatem admitti: nam et ita coiri posse [b]) societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat, alter non conferat, et tamen lucrum inter

b) *coire:* def. *posse.*

gotiationis, veluti de emendis mancipiis iisque divendendis, aut *de* oleo vel vino vel frumento.

§ 1. Et si quidem nihil de eo, quantam partem quisque sociorum aut lucri aut damni agniturus sit, convenerit, ex aequo lucra et damna agnoscent: si autem partes expressae fuerint, custodiendum est, quod convenit: namque indubium est pactum esse validum, si duo inter se convenerint, ut alter duas partes et lucri et damni agnoscat, alter *partem* tertiam.

§ 2. De illo autem pacto quaeritur, si Titius et Sejus inter se pacti sint, ut Sejus quidem duas lucri partes capiat, et in tertiam damnum patiatur; Titius autem in duas partes damno adficiatur, lucri tertiam *partem* ferens, num valeat conventio? et Quintus quidem Mutius hanc conventionem ait societatis naturae adversari, atque ideo pactum non valere: Servius autem Sulpitius, cujus opinio potius obtinuit, contrarium dicit, eo quod sociorum quorumdam diligentia saepe ita in societate sit pretiosissima, ut aequum sit eos plura lucrari, et pro majori lucro eos in societatem recipi: etenim indubium est, societatem ita *posse* contrahi, ut ille pecuniam conferat, hic non *conferat*, et lucrum obveniens inter eos sit commune: saepe enim unius sociorum diligentia aequivalet collationi pecuniae.

Atque in tantum obtinuit Servii opinio, Quinto Mutio contraria, ut et illud inter confessa *nunc* sit, socios posse pacisci, ut unus eorum lucri quidem partem ferat, damno autem non subjaceat: quod ita est intelligendum. Ut, si in aliqua parte lucrum, in aliqua autem damnum allatum sit, compensatione sive liquidatione facta, reliquum solum lucrum *esse* censeatur: veluti,

eos commune sit, quia saepe opera alicuius pro pecunia valet. et adeo contra Quinti Mucii sententiam obtinuit, ut illud quoque constiterit posse convenire, ut quis lucri partem ferat, damno [c]) non teneatur, quod et ipsum Servius convenienter sibi [d]) existimavit: quod tamen ita intellegi oportet, ut, si in aliqua re lucrum, in aliqua damnum allatum sit, compensatione facta, solum, quod superest, intellegatur lucri esse.

§ 3. Illud expeditum est, si in una causa pars fuerit expressa, veluti in solo lucro, vel in solo damno, in altera vero omissa: in eo quoque, quod praetermissum est, eandem partem servari.

§ 4. Manet autem societatis eousque, donec in eodem consensu perseveraverint; at cum aliquis renuntiaverit societati, solvitur societas. sed plane, si quis callide in hoc renuntiaverit societati, ut obveniens aliquod lucrum solus habeat, veluti si totorum bonorum socius, cum

---

c) *de d., damni.* — d) *c. s. fieri, c. fieri.*

---

negotiabantur mancipiis et vestimento; in negotiatione vestimenti damnum factum est centum aureorum, in servorum vero negotiatione lucrum acquisitum est trecentorum aureorum: eximuntur primo centum aurei, *qui* in damno *sunt,* ut hoc resarciatur ex lucro trecentorum aureorum; et ducenti *aurei* inter socios secundum pacta conventa dividentur. Itaque exinde adparet, quando simul et lucrum et damnum societati contigerit, aut lucrum solum, nihil juvari socium ex pacto dictitante, ut is lucri particeps sit, damno autem non subjaceat. Quando autem solum damnum accidit, tunc utilitas hujus pacti adparet: Ecce enim, quum ipsi contulissent millenos quisque aureos, subsecuto pacto praedicto, accidit ut solum damnum fieret in negotiatione ducentorum aureorum, nullum autem lucrum, et deinde societas dissolveretur; alter quidem capiet aureos mille, quos contulit, alter autem octingentos.

§ 3. Illud autem inter confessa est, si in uno tantum, quae accidere *possunt,* pars expressa sit, pars autem non sit expressa, *id quod* expressum *est,* regulam fieri *ejus* quod omissum *est.* Veluti facta est conventio, ut si lucrum eveniat, alter bessem, alter trientem capiat, de damno autem nihil dictum est, aut contra: exaequabitur *quod* non dictum *est, ei* quod dictum *est.*

§ 4. Societas autem eo usque consistit, quo usque partes eandem habent mentem: si quis vero sociorum renuntiaverit, solvitur societas in *negotiis* post illa contingentibus. Sed si quis maligno animo societati ideo renuntiavit, ut lucrum aliquod obveniens solus adquirat, illud commune erit: si quis autem lucrum non exspectans renuntiavit, ipse, quod non praeviderat, solus habebit. Veluti Primus et Secundus totorum bonorum socii erant: evenit autem, ut Titius moreretur, Primo herede *relicto,* et Seji quoque patrimonium eidem Primo deferretur: veniens aliquis nuntiabat Primo de hereditate Titii;

ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiaverit societati, ut hereditatem solus lucrifaceret, cogetur [e]) hoc lucrum communicare; si quid vero aliud lucrifaciat, quod non captaverit, ad ipsum solum pertinet. ei vero, cui renuntiatum est, quicquid omnino post renuntiatam societatem acquiritur, soli conceditur [f]).

§ 5. Solvitur adhuc societas etiam morte socii, quia, qui societatem contrahit, certam personam sibi elegit. sed et, si consensu plurium societas coita sit, morte unius solvitur, etsi plures supersint, nisi in coeunda societate aliter convenerit.

§ 6. Item si alicuius rei contracta societas sit, et finis negotio impositus est, finitur societas.

§ 7. Publicatione quoque distrahi societatem, manifestum est, scilicet si universa bona socii publicentur: nam, cum in eius locum alius succedit, pro mortuo habetur.

---

e) *cogitur*. — f) *concedetur*.

---

sed hereditas Seji Primo erat incognita, an sibi competeret: Primus volens hereditatem Titii solus adquirere, sciens *eam* post societatis dissolutionem solius adquirentis fore, consulto renuntiavit societati, ut solus hereditatem lucraretur: punit lex pessimum ejus consilium, cogens eum lucrum ex hereditate Titii obveniens commune facere: at Seji hereditatem, si postea cognoscens admiserit, solus habebit, neque enim spe hujus adipiscendae societatem dissolvit. Qui enim? quum et ignoraret, eam sibi esse delatam. Secundo tamen, si quid post renuntiationem societatis ipsi factam adquisitum est, etiamsi causa hujus nunc acquisitionis antiquior sit renuntiatione, solus capiet, quia nullus ejus dolus arguitur.

§ 5. Solvitur societas praeterea morte socii: societatem enim contrahens, cognitam sibi personam eligit: non autem semper socii mei heres mihi ad societatem erit idoneus. Sed etsi plures socii contrahent, morte unius inter omnes solvitur societas, etiamsi superstites plures sint mortuis. Quid enim, si cum quinque aut sex societatem contraxissent, duo simul naufragio perierint? (interdum enim propter defunctos societas superstitibus utilis simul et optabilis erat:) nisi in contrahenda societate aliud quid placuit, ut uno mortuo societas superstitibus servaretur.

§ 6. Solvitur etiam societas consummato illo negotio, ad quod contracta fuit: nam si forte ad mancipiorum negotiationem facta sit, contigeritque hanc negotiationem habere finem, desinet quoque societas.

§ 7. Et publicatio unius sociorum dissolvit societatem: sed tunc, quum omne patrimonium socii publicatum fuerit. Ubi enim in patrimonium publicati alius succedit, id est fiscus, similitudo introducitur; unde societas dissolvitur: facta enim publicatione particulari, subsistit adhuc societas.

§ 8. Item si quis ex sociis mole debiti praegravatus bonis suis cesserit, et ideo, propter publica aut privata debita, substantia eius veneat, solvitur societas. sed, hoc casu si adhuc consentiant in societatem, nova videtur incipere societas.

§ 9. Socius socio utrum eo nomine tantum teneatur pro socio actione, si quid dolo commiserit, sicut is, qui deponi apud se passus est, an etiam culpae, id est desidiae atque negligentiae nomine, quaesitum est: praevaluit tamen, etiam culpae nomine teneri eum. culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est: sufficit enim, talem diligentiam in communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet. nam, qui parum diligentem socium sibi assumpsit [g]), de se queri [h]) debet.

---

g) *assumit.* — h) *q. hoc est sibi imputare.*

---

§ 8. Si socius, multis pressus debitis publicis aut privatis, patrimonio suo cesserit, ejusque bona venierint, solvitur societas. Si tamen post cessionem ejusdem sunt mentis, nova tunc societas incipere videtur.

§ 9. Socius utrum socio eam ob causam solam teneatur actione Pro socio, (quam socii inter sese habent) si quis per dolum laeserit societatem, sicuti ex dolo depositi *actione eum* teneri dicimus, qui rem alienam apud se deponi passus fuit: an vero culpae etiam nomine, id est incuriae et negligentiae, inter quaesita est. Attamen obtinuit, eum et culpae nomine obligari. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam refertur: sufficit enim, socium in rebus communibus talem adhibere diligentiam, qualem propriis solet rebus adhibere. Nam qui minus diligentem socium sibi adscivit, imprudentiae semet ipse incuset, ut qui sibi causa damni exstitit.

TITULUS VICENSIMUS SEXTUS (VICENSIMUS SEPTIMUS).

DE MANDATO.

Mandatum contrahitur quinque modis, sive sua tantum gratia aliquis tibi mandet, sive sua et tua, sive aliena tantum, sive sua et aliena, sive tua et aliena. at si tua tantum gratia tibi mandatum sit, supervacuum est mandatum, et ob id nulla ex eo [a]) obligatio, nec mandati inter vos actio nascitur.

§ 1. Mandantis tantum gratia intervenit mandatum; veluti si quis tibi mandet, ut negotia eius gereres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo sponderes.

§ 2. Tua et mandantis, veluti si mandet tibi, ut pecuniam sub usuris crederes ei, qui in rem ipsius mutuaretur, aut si, volente te agere cum eo ex fideiussoria causa, mandet tibi, ut cum reo agas periculo

---

a) Def. *ex eo.*

DE MANDATO.

TITULUS XXVI.

Reliquum nobis est ex *iis contractibus*, qui referuntur ad contractus consensu *initos, mandatum:* Hoc autem contrahitur quinque modis: aut enim mea solius causa tibi mando; aut mea et tua; aut alterius solius gratia; aut mea et alterius; aut tua et alterius. Si enim tua solius causa mandatum fiat, supervacuum *est* quod agitur; ac neque *ex* consensu contrahitur obligatio, neque mandati nascitur actio.

§ 1. Et mandantis quidem gratia, *id est* mea solius, mandatum fit, veluti si tibi mandavero, ut mea negotia administres, aut ut mihi agrum illum emas, aut ut pro me fidejubeas.

§ 2. Mea ac tua gratia fit mandatum, si tibi mandavero, ut sub fenore Titio mutuum des, qui hanc pecuniam in meas impensurus est utilitates: namque et te quod agitur, juvat ob usurarum praestationem, et me, cujus in utilitates ea pecunia impendetur. Vel si evenerit, ut a te Primus mutuetur, ego autem *pro illo* fidejubeam: te autem volente adversus me agere, *ego* tibi mandavero, ut meo periculo adversus Primum principalem agas. Ecce enim hic et ego juvor, praesentem actionem effugiens; et tu, qui post judicium cum principali, si debitum non sit dissolutum, reverti possis adversus me. Finge enim, fidejussionem sine pignore factam fuisse, mandatum vero cum pignore, ut aliquam utilitatem habeat mandatum. Aut etiam, quum tibi cen-

mandantis, vel ut ipsius periculo stipuleris ab eo, quem tibi deleget in id, quod tibi debuerat.

§ 3. Aliena autem [b]) causa intervenit mandatum, veluti si tibi mandet, ut Titii negotia gereres, vel ut Titio fundum emeres, vel ut pro Titio sponderes.

§ 4. Sua et aliena, veluti si de communibus suis et Titii negotiis gerendis tibi mandet, vel ut sibi et Titio fundum emeres, vel ut pro eo et Titio sponderes.

§ 5. Tua et aliena, veluti si tibi mandet, ut Titio sub usuris crederes. quodsi sine [c]) usuris crederes [d]), aliena tantum gratia intercedit mandatum.

§ 6. Tua [e]) gratia intervenit mandatum, veluti si tibi mandet, ut pecunias tuas potius in emptiones praediorum colloces, quam feneres, vel ex diverso, ut feneres potius, quam in emptiones praediorum colloces. Cuius generis mandatum magis consilium est, quam mandatum,

---

b) *tamen, tantum*, def. — c) *ut s.* — d) *credideris.* — e) *T. tantum.*

---

tum aureos deberem, velles autem me in jus vocare, ego tibi meum delegavi debitorem: *ac* deinde tibi mandavi, ut meo periculo ab eo stipulareris. Forte enim timebas, ne stipulatus a meo debitore creditum amitteres, quum neque ab eo quid consequi posses propter ejus inopiam, neque ad me reverti propter liberationem ex novatione mihi contingentem. Ecce enim, hic utrique prodest mandatum: mihi quidem, quatenus in praesenti molestiae expers maneo; tibi autem, quoniam et debitorem meum ex stipulatione obligatum habebis, et adversus me ex mandato agere poteris: atque olim unum habens obligatum, nunc duos habebis; illum quidem ex stipulatione, me autem ex mandato.

§ 3. Alterius vero solius gratia fit mandatum, ubi mandavero tibi, ut Titii negotia administres: aut ut Titio agrum emas, aut pro Titio fidejubeas.

§ 4. Mea et alterius gratia fit mandatum, si mandavero tibi communia mea ac Titii negotia administranda: aut ut mihi ac Titio agrum emas, aut ut pro me ac Titio fidejubeas.

§ 5. Tua autem et alterius gratia mando, si Titio pecuniae indigente, mandavero tibi, ut ei sub usuris credas. Hic enim et tu propter usuras juvaberis, et ille suae compos fiet utilitatis. Si enim, ut sine usuris crederes, tibi mandarim; pro alio (non pro te, quippe qui nihil adjuvaris) contrahitur mandatum.

§ 6. Tua solius gratia fit mandatum, si tibi mandavero, ut pecuniam tuam potius in praediorum emtionem colloces, quam ut mutuam des; aut ex contrario, ut mutuam potius des, quam praedia emas. Hujusmodi autem mandatum, consilium magis est quam mandatum, atque ideo nullam parit actionem: nemo enim ex consilio mandati *actione* obligatur, etiamsi maxime consultori non profuerit: quoniam libera cuique competit facultas explorandi

et ob id non est obligatorium: quia nemo ex consilio mandati f) obligatur, etiamsi non expediat ei, cui dabitur g), cum liberum cuique sit, apud se explorare, an expediat consilium. itaque si otiosam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, ut rem aliquam emeres, vel eam crederes, quamvis non expediat tibi, eam emisse, vel credidisse, non tamen tibi mandati tenetur. et adeo haec ita sunt, ut quaesitum sit, an mandati teneatur, qui mandavit tibi, ut Titio pecuniam fenerares: sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum, quia non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset.

§ 7. Illud quoque mandatum non est obligatorium, quod contra bonos mores est, veluti si Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de iniuria facienda tibi mandet. licet enim poenam istius facti nomine praestiteris, non tamen ullam habes adversus Titium actionem.

§ 8. Is, qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati. ut ecce, si quis usque ad centum aureos mandaverit tibi, ut fundum emeres, vel ut pro Titio sponderes, neque pluris emere debes, neque

---

f) def. *mand.* — g) *dabatur.*

---

apud se, numquid quod ipsi ab aliquo pro consilio suggeritur, utile sit. Quapropter si te argentum otiosum habentem impulero, ut rem aliquam emeres, aut ut illud mutuum dares, etiamsi maxime inutile tibi fuerit quod egisti, veluti quod emisti, quia forte servi erant, et obierunt vel fugerunt, aut mutuum dedisti obaerato, non obligabor tibi mandati *actione.*

Et in tantum haec ita *se* habent, ut apud veteres controversia fuerit, an mandati tenerer, mandans tibi ut Titio sub fenore pecuniam crederes, nonnullis consilium hoc *esse* dicentibus, neque actionem parere secundum *jam* dicta. Sed obtinuit potius Sabini sententia, dicens me obligari mandati: nam quia certam Titii personam proposui, ideo et obligor, imitatus quodammodo fidejussorem. Si enim indefinite dixero, crede *tuam* pecuniam, obligatorium haud est (uti dictum) mandatum: sin autem certam proposuero personam, secundum morem nunc obtinentem mandati *actioni* obnoxius ero.

§ 7. Sicuti mandatum pro consilio datum mandati *actionem* non parit, ita neque *quod* contra bonos mores *est:* veluti mandavi tibi, ut Titii rès furareris, cumve damno adficeres aut injuria, etiamsi tu meo mandato maxime obsecundans poenam pro maleficio subieris, tamen adversus me mandati *actionem* haud habebis.

§ 8. Qui mandatum suscepit, fines mandati excedere non debet: veluti mandavi tibi, ut ad centum usque solidos illum mihi agrum emeres, aut ad centum usque solidos pro Titio fidejuberes: neque majori summa te oportebat illum mihi agrum emere, neque in plus fidejubere: namque definitum nobis modum excedens, mandati *actionem* adversus me non habebis: in tan-

in ampliorem pecuniam fideiubere: alioquin non habebis cum eo mandati actionem. adeo quidem, ut Sabino et Cassio placuerit, etiamsi usque ad centum aureos cum eo agere velis, inutiliter te acturum; diversae scholae auctores recte usque ad centum aureos acturum existimant: quae sententia sane benignior est. Quodsi minoris emeris, habebis scilicet cum eo actionem, quoniam, qui mandat, ut sibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandasse intellegitur, ut minoris, si possit, emeretur.

§ 9. Recte quoque mandatum contractum, si, dum adhuc integra res sit, revocatum fuerit, evanescit.

§ 10. Item si, adhuc integro mandato, mors alterutrius [h]) interveniat, id est vel eius, qui mandaverit, vel illius, qui mandatum susceperit, solvitur mandatum. sed utilitatis causa receptum est, ut [i]), si mortuo eo, qui tibi mandaverat, tu ignorans eum decessisse executus

---

h) *alterius.* — i) def. *ut.*

---

tum, ut Sabinus et Cassius dicant, etsi usque ad centum solidos adversus me mandati *actionem* instituere velis, id est usque ad summam quam tibi mandaveram, non curans quod supra *impendi,* inutilem fore litis exitum: sed Proculiani recte te dicunt usque ad centum solidos agere; quae sententia benignior est. Sed si minoris emas, veluti octoginta solidis, habebis scilicet adversus me mandati *actionem.* Nam qui sibi mandat agrum emi centum solidis, manifeste mandare videtur, ut et minoris, si possit, ematur: pluribus enim pauciora continentur.

§ 9. Dissolvitur mandatum, quamvis recte contractum sit, si re integra (id est rebus *in suo statu* manentibus) ejusdem revocatio fiat. Veluti mandavi tibi, ut servum mihi emeres: antequam emtionem adgrediaris, mandatum revocavi: hoc est re integra.

§ 10. Similiter re integra mors, mandatori aut mandatario accidens, solvit mandatum. Sed propter naturalem aequitatem placuit nonnunquam mandati *actionem* dari. Quid enim, quum tibi in regionem illam profecturo mandavi mihi equos emere: *tu* mandatum suscipiens profectus es: antequam emtionem adgredereris, evenit ut morerer: tu suspicans me superesse adhuc, et mandato satisfaciens, equos emisti: reversus cognovisti me decessisse: non potes mandati *actionem* adversus heredes meos movere, quia re integra accidit ut ego, qui tibi mandavi, obirem: sed quoniam absurdum est, te ignorantem damno adfici, placuit propter humanitatem, ut mandati *actionem* adversus heredes meos haberes, ut ne justa tibi ignorantia damnum adferat.

Hoc autem procedit ad similitudinem hujus positionis: *dispensator* est servus, qui pecunias dominicas fenerari solet. Hic vero fenerans neminem sibi obligat: quî enim, quum servus sit? sed domino suo mutui actionem adquirit.

fueris mandatum, posse te agere mandati actione: alioquin iusta et probabilis ignorantia damnum tibi afferet. et huic simile est, quod placuit, si debitores, manumisso dispensatore Titii, per ignorantiam liberto solverint, liberari eos: cum alioquin, stricta iuris ratione, non possent liberari, quia alii solvissent, quam cui solvere debuerint.

§ 11. Mandatum non suscipere cuilibet [k]) liberum est: susceptum autem consummandum, aut quamprimum renuntiandum est, ut per semetipsum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. nam nisi ita renuntiatur, ut integra causa mandatori reservetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet, nisi iusta causa intercessit, aut non renuntiandi, aut intempestive renuntiandi.

---

k) def. *cuilibet*

Qui autem accipit, sive domino solvat, debito liberatur; namque solvit ei qui adversus ipsum actionem habet: sive servo, et sic a debendo liberatur; dedit enim illa voluntate domini: nam qui servo suo fenerari permittit, ipse videtur licentiam mutuantibus dare solvendi ipsi dispensatori. Haec autem, quamdiu eamdem circa servum mentem dominus habet: si enim *ab* hujusmodi voluntate recesserit, mutuantes non recte ei solvunt. Quid ergo, si dominus dispensatorem manumiserit; *ac* postea debitor ei pecuniam solverit: liberaturne debito? Secundum rigorem quidem liberari non potest, quia alii solvit quam cui dominus pecuniae volebat: namque eum manumittens, manifeste *ab* eodem erga illum animo recessit. Sed quoniam absurdum est, justam ignorantiam solventi damnum adferre, placuit eum obligatione liberari, ob naturalem aequitatem. Sicut igitur in dispensatore praeter rigorem justae ignorantiae succurritur: ita et mandato re integra per mandatoris mortem soluto, mandati *actio* instituetur, propter eamdem rationem, id est justam ignorantiam.

§ 11. Collatum in me mandatum non suscipere liberum mihi est: susceptum autem implere cogor aut citissime renuntiare, ut qui mihi mandavit, vel per se vel per alium, idem negotium impleat. Nisi enim sic renuntiavero, ut ea *quae* ad negotium *illud spectant*, mandatori salva serventur, possitque nihilominus id sine damno implere, mandati obligor. Quid enim? profecturus eram in regionem illam: volebat autem et Titius, amicus itidem tuus, proficisci: mandasti mihi, ut tibi emerem aut servos aut etiam aliud quid. Si mandatum suscepero, eo usque impune renuntio, donec Titius nondum profectus est, possisque ei de eadem emtione mandare: sin vero profectus fuerit, tunc ego renuntians mandati *actione* obligatus ero: nec enim amplius per alium mandator *suum* mandatum potest exsequi, Titio jam profecto. Si tamen probabilis causa supervenerit, quae mihi non permisit renuntiare, aut sero renuntiare, venia dignabor. Quid enim, si publicum munus vel alia quae causa necessaria mihi non permisit mandatum implere?

§ 12. Mandatum et in diem differri, et sub condicione fieri potest.

§ 13. In summa sciendum est, mandatum, nisi gratuitum sit, in aliam formam negotii cadere: nam mercede constituta, incipit locatio et conductio esse. et ut generaliter dixerimus: quibus casibus, sine mercede suscepto officio, mandati aut depositi contrahitur negotium, his casibus, interveniente mercede, locatio et conductio contrahi intellegitur. et ideo, si fulloni polienda curandave vestimenta dederis [1]), aut sarcinatori sarcienda, nulla mercede constituta neque promissa, mandati competit actio.

TITULUS VICENSIMUS SEPTIMUS (VICENSIMUS OCTAVUS).

DE OBLIGATIONIBUS QUASI EX CONTRACTU [a]).

Post genera contractuum enumerata dispiciamus etiam de his obligationibus, quae non proprie quidem ex contractu nasci intelleguntur,

---

1) *dederit; quis dederit.*

a) *De o. quae q. ex c. nascuntur.*

---

§ 12. Mandatum etiam in diem fieri potest; veluti, Mando tibi post duos annos hoc facere: et sub conditione; veluti, Mando tibi, si navis ex Asia venerit, hoc facere.

§ 13. Ut in summa autem sciendum *est*, mandatum debere esse gratuitum. Nisi enim tale sit, in alium incidit contractum: nam statuta mercede incipit locatio esse et conductio. Generaliter enim scire te oportet, in quibus casibus actio mandati aut depositi contrahitur, te citra mercedem suscipiente quid facere; in iisdem casibus, mercede interposita, locatio et conductio contrahitur. Ideo si fulloni poliendam, aut dealbatori dealbandam dederis vestem, aut sarcinatori sarciendam, nulla mercede definita nec promissa, fullone vel sarcinatore haec gratis facere promittente, ad ea recipienda mandati competet actio.

DE OBLIGATIONIBUS, QUAE QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR.

TITULUS XXVII.

Quum igitur diximus de obligationibus, ex contractu ortum habentibus, dicamus deinceps de obligationibus, quae non proprie ex contractibus descen-

sed tamen, quia non ex maleficio [b]) substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

§ 1. Igitur cum quis absentis negotia gesserit, ultro citroque inter eos nascuntur actiones, quae appellantur *negotiorum gestorum:* sed domino quidem rei gestae adversus eum, qui gessit, directa competit actio; negotiorum autem gestori contraria. quas ex nullo contractu proprie nasci, manifestum est: quippe ita nascuntur istae actiones, si sine mandato quisque alienis negotiis gerendis se obtulerit; ex qua causa hi, quorum negotia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. idque utilitatis causa receptum est, ne absentium, qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregre profecti essent, desererentur negotia: quae sane nemo curaturus esset, si de eo, quod quis impendisset, nullam habiturus esset actionem. sicut autem is, qui utiliter gesserit negotia, habet obligatum dominum negotiorum [c]): ita et contra iste quoque tenetur, ut administrationis rationem reddat. quo casu ad exactissimam quisque diligentiam compellitur reddere rationem: nec sufficit, talem diligentiam adhibuisse, qualem suis rebus adhibere soleret, si modo alius diligentior commodius administraturus esset negotia.

---

b) *ex m. vel quasi ex m.* — c) *n. gestorum.*

---

dunt, sed quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

§ 1. Si quis ergo absente me, res meas administraverit, utrimque inter nos nascuntur actiones: et mihi quidem rerum domino actio directa datur negotiorum gestorum, administratori autem contraria. Has vero non ex contractu aliquo proprie nasci palam est: tunc enim nascuntur, quum quis absque mandato alienarum rerum administrationi sese adplicuit: quam ob causam rerum administratarum domini, etiam ignorantes obligantur, quamquam ex contractibus nemo ignorans obligatur. Hoc autem inventum fuit propter absentium utilitatem, qui repentina et properata profectione distenti, ut nemini rerum suarum administrationem demandare potuerint, profecti sunt. Utilitas autem in his est, (actionibus scilicet, et directa et contraria) ut ne res sine *ulla* cura relinquantur: nec enim quisquam eas curaret, nisi aliquam actionem haberet ob ea, quae circa administrationem alienarum rerum impendisset.

Sicuti autem, qui aliena negotia utiliter administravit, horum dominum obligatum habet in ea quae impendit: ita et e contrario ipse admistrator tenetur, ut administrationis rationes reddat, quum cogatur exactissimam et superabundantem diligentiam *alienis* rebus adhibere. Neque enim illi sufficit, ne negotiorum gestorum *actione* teneatur, talem ostendisse in alieno patrimonio diligentiam, qualem in suis rebus adhibere solet, dummodo alius diligentior

§ 2. Tutores quoque, qui tutelae iudicio tenentur, non proprie ex contractu obligati intelleguntur (nullum enim negotium inter tutorem et pupillum contrahitur): sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. et [d]) hoc autem casu mutuae sunt actiones: non tantum enim pupillus cum tutore habet tutelae actionem; et ex contrario tutor cum pupillo habet contrariam tutelae, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditori eius obligaverit.

§ 3. Item si inter aliquos communis sit res sine societate, veluti quod pariter eis legata donatave esset, et alter eorum alteri ideo teneatur communi dividundo iudicio, quod solus fructus ex ea re perceperit, aut quod socius eius in eam rem [e]) necessarias impensas fecerit: non intellegitur proprie ex contractu obligatus esse (quippe nihil inter se contraxerunt); sed, quia non ex maleficio tenetur, quasi ex contractu teneri videtur.

§ 4. Idem iuris est de eo, qui coheredi suo familiae erciscundae iudicio ex his causis obligatus est.

---

d) def. *et.* — e) *solus in e. r.*

---

illas res utilius administraturus fuisset: tunc enim non ad ipsius administratoris, sed ad alterius diligentiam administrationis *causa* dijudicanda est.

§ 2. Etiam tutores tutelae actioni obnoxii, non ex contractu proprie obligati esse intelliguntur; qualis enim contractus tutorem inter et pupillum contrahitur? et maxime, ubi pupillus est infans: sed quoniam tutores hic non ex maleficio tenentur, quale enim maleficium *est* tutela, quae ad pupillorum curam inventa fuit? quasi ex contractu obligari videntur.

Et hic quoque ab utraque parte nascuntur actiones. Nec enim pupillus modo tutorem obnoxium habebit actione tutelae, sed etiam hic ex contrario obligatur tutori contraria tutelae actione, sive quid in pupillari patrimonium impendit, sive pro eo fuit obligatus, sive tutor rem suam creditori pupillari oppigneravit.

§ 3. Ad quasi contractum similiter refertur, si inter quosdam res communis sit extra societatem: veluti quum duobus quibusdam simul eadem res legata vel donata sit: et hinc alter alteri tenetur communi dividundo judicio, quod solus inde fructus perceperit; aut agit unus, ut qui necessarias impensas circa rem communem fecerit. Nam neque haec actio proprie ex contractu descendere videtur: qualem enim inter se contractum celebravere? sed quoniam alter ex maleficio non tenetur, quasi contractus esse videtur.

§ 4. Idem est, et si aliquot sint coheredes, *ac* deinde alius adversus alium familiae erciscundae judicium moveat, ex dictis in *judicio* communi dividundo causis.

§ 5. Heres quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intellegitur (neque enim cum herede, neque cum defuncto ullum negotium legatarius gessisse proprie dici potest); et tamen, quia ex maleficio non est obligatus heres, quasi ex contractu debere intellegitur.

§ 6. Item is, cui quis per errorem non debitum solvit, quasi ex contractu debere videtur. adeo enim non intellegitur proprie ex contractu obligatus, ut, si certiorem rationem sequamur, magis (ut supra diximus) ex distractu, quam ex contractu possit dici obligatus esse; nam qui solvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, ut distrahat potius negotium, quam contrahat. sed tamen perinde is, qui accepit, obligatur, acsi mutuum illi daretur, et ideo condictione tenetur.

§ 7. Ex quibusdam tamen causis repeti non potest, quod per errorem non debitum solutum sit. namque [f]) definierunt veteres, *ex quibus causis infitiando lis crescit, ex his causis non debitum solutum repeti non posse,* veluti ex lege Aquilia, item ex legato. quod veteres

---

f) *sic n.*

---

§ 5. Sed et, si quis moriens me heredem instituerit, atque a me rem alienam legaverit: teneor ego legatario *rei* relictae nomine *actione* ex testamento. Haec autem *actio* ex testamento non oritur ex contractu: nam cum quo videtur legatarius contractum iniisse? neque cum testatore, quum legatario ignorante testator id relinquat; neque cum herede, quum et invito eo legatum relinquatur: sed quoniam maleficium non *est quod* actum *fuit,* ex quasi contractu dominus (*sive* heres) obligari videtur.

§ 6. Similiter si quis mihi per errorem solverit, quod mihi non debebatur, quasi ex contractu teneri videor. In tantum enim ex contractu proprie non obligor, ut si quis exactiori attendat ratiocinio, potius (ut in superioribus diximus) ex dissolutione debiti putativi, non autem ex contractione, obligatus sim. Nam qui animo solventis debitum dat, in hoc dat, ut quam putabat subesse actionem, solutione dissolvat *potius* quam constituat: attamen accipiens obligatur condictione indebiti, veluti mutuans.

§ 7. Non autem in omni datione repetendi facultas datur per errorem solventi. Namque apud antiquos pro regula traditur: Ex quibus causis verum debitum propter infitiationem duplatur, ex iisdem causis indebitum solutum repetitionem haud recipit: veluti in *L.* Aquilia. Si quis enim damno me adfecerit, habeo adversus eum Aquilianam: sin vero conventus, ut mihi damnum resarciret, debitum negaverit, *ac* deinde convictus fuerit, duplum solvit: quod si me non laeserit, sed suspicans se laesisse, indebite solverit, datum non repetit.

quidem in his legatis locum habere voluerunt, quae certa constituta, per damnationem cuicumque fuerant legata: nostra autem constitutio, cum unam naturam omnibus legatis et fideicommissis indulsit, huiusmodi augmentum in omnibus legatis et fideicommissis extendi voluit; sed non omnibus legatariis praebuit, sed tantummodo in his legatis et fideicommissis, quae sacrosanctis ecclesiis ceterisque venerabilibus locis, quae religionis vel pietatis intuitu honorificantur, derelicta sunt, quae, si indebita solvantur, non repetuntur.

Idem dicebant veteres etiam in his legatis habere locum, quae certa ratione per damnationem personae cuilibet relinquebantur. Certum autem legatum est, si dixero: damno te, heres, dare illi centum aureos: nam si dixero, damno te dare *ea* quae in arca *sunt*, quia quantitas non est manifesta, incertum legatum *est*. In certis igitur per damnationem legatis, heres debitum infitiatus, *ac* deinde convictus, duplum solvebat. Sed et si non debens tibi, forte tamen ut debens, errabundus dedisset, repetere non poterat. Verum Imperatoris nostri constitutio, quum unam et legatis et fideicommissis constituerit naturam, duplationem *hanc* ex negatione non solum ad legata, sed etiam ad fideicommissa extendi voluit: ast non ad omne legatum, sed ad sola legata ac fideicommissa, quae sacrosanctis ecclesiis vel ceteris venerabilibus locis relinquuntur, quae aut religionis aut pietatis intuitu honoramus. Sin autem nullo relicto legato aut fideicommisso *alicui* loco venerabili, ego putans relictum esse solvero, cessat repetitio, quia heres ea debens, *ac* deinde infitians, ad dupli solutionem adigitur.

TITULUS VICENSIMUS OCTAVUS (VICENSIMUS NONUS).

PER QUAS PERSONAS NOBIS [a]) OBLIGATIO ACQUIRITUR.

Expositis generibus obligationum, quae ex contractu, vel quasi ex contractu nascuntur, admonendi sumus, acquiri vobis non solum per vosmetipsos, sed etiam per eas personas, quae in vestra potestate sunt, veluti per servos vestros et filios; ut tamen, quod per servos quidem vobis acquiritur, totum vestrum fiat, quod autem per liberos, quos in potestate habetis, ex obligatione fuerit acquisitum, hoc dividatur secundum imaginem rerum proprietatis et ususfructus, quam nostra discrevit [b]) constitutio; ut, quod ab actione quoquomodo [c]) perveniat, huius usumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio servetur, scilicet patre actionem movente secundum novellae nostrae constitutionis divisionem.

§ 1. Item per liberos homines et alienos servos, quos bona fide possidetis, acquiritur vobis, sed tantum ex duabus causis, id est si quid ex operibus [d]) suis vel ex re vestra acquirant.

---

a) *vobis*. In contextu saepius contra. — b) *decrevit*. — c) *commodum*. — d) *operis*.

PER QUAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ADQUIRITUR.

TITULUS XXVIII.

Diximus de obligationibus ex contractu vel quasi contractu nascentibus. Nunc dicere debemus, has obligationes nobis obvenire, non solum per nos ipsos, sed etiam per eas personas, quae in nostra potestate sunt: veluti per nostros servos vel filios in potestate *nostra constitutos*. Sed ea quidem quae per servos nostros nobis adquiruntur, cuncta nostra fiunt: quae vero per liberos nostros in potestate *constitutos* per obligationem adquiruntur, illa dividuntur ad similitudinem proprietatis atque ususfructus rerum, quam constitutio Imperatoris nostri discrevit: ut quodcumque ex actione lucrum obvenerit, ejus quidem ususfructus apud patrem sit, proprietas autem filio servetur: patre scilicet actionem movente, secundum novellae ipsius et sacrae constitutionis divisionem.

§ 1. Sed et personae liberae, et servi alieni, quos bona fide possidemus, obligationes nobis adquirunt: sed ex duabus tantum causis, id est si quid habeant ex operis suis aut ex re nostra.

§ 2. Per eum quoque servum, in quo usumfructum vel usum [e]) habetis, similiter ex duabus istis causis vobis acquiritur.

§ 3. Communem servum pro dominica parte dominis acquirere certum est, excepto eo, quod uni nominatim stipulando, aut per traditionem accipiendo, illi soli acquirit, veluti cum ita stipuletur: *Titio, domino meo, dare spondes?* sed si unius domini iussu servus fuerit stipulatus, licet antea dubitabatur, tamen post nostram decisionem res expedita est, ut illi tantum acquirat, qui hoc ei facere iussit, ut supra dictum est.

---

e) def. *v. us.*

---

§ 2. Sed per eum quoque servum, in quo usumfructum vel usum habemus, similiter ex duabus iisdem causis adquisitio nobis obvenit. Verum enim vero extrinsecus te scire oportet, ex operis servi, in quo usum habemus, mihi non adquiri, nisi forte ipse servus sese locaverit.

§ 3. Servus communis pro parte dominica, id est in quantam partem ab unoquoque dominorum possidetur, dominis adquirit: hoc *tamen* certum est, quod si uni dominorum soli nominatim stipulatus sit, velut Dabisne Titio domino meo? ei soli adquirat: quemadmodum et si quid nomine illius Titii solius per traditionem acceperit. Quod si autem jussu unius dominorum servus stipulatus sit, nominis in stipulatione mentionem non faciens, magna quidem apud veteres de eo agebatur controversia: attamen sanctissimi Imperatoris nostri decisio intervenit, dicens ei soli qui jusserit, adquiri: sicut et supra dictum est, jussum mentioni nominis aequiparari.

TITULUS VICENSIMUS NONUS (TRICENSIMUS).

QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLITUR.

Tollitur autem omnis obligatio solutione eius, quod debetur; vel si quis, consentiente creditore, aliud pro alio solverit. nec tamen interest, quis solvat, utrum ipse, qui debet, an alius pro eo: liberatur enim et alio solvente, sive sciente debitore, sive ignorante, vel invito, solutio fiat. item si reus solverit, etiam hi, qui pro eo intervenerunt, liberantur. idem ex contrario contingit, si fideiussor solverit: non enim solus ipse liberatur, sed etiam reus.

§ 1. Item per acceptilationem tollitur obligatio. Est autem acceptilatio imaginaria solutio. quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id, si velit Titius remittere, poterit sic fieri, ut patiatur haec verba debitorem dicere, *quod ego tibi promisi, habesne acceptum?* et Titius respondeat, *habeo;* sed et Graece potest acceptum [a]) fieri, dum-

a) *acceptilatio.*

QUIBUS MODIS TOLLITUR OBLIGATIO.

TITULUS XXIX.

Quum diximus de obligationum constitutione, dicamus etiam de illarum dissolutione: quod enim aliquo modo constituitur, id aliquo etiam modo dissolvitur.

Dissolvitur primo loco omnis obligatio *solutione*, quum ipsum quod debetur, exsolvitur: veluti si nummi debeantur, quum nummi solvuntur. Sin autem pro nummis frumentum, vel aliud quid, aut etiam contra, solutum sit, idque consensu creditoris factum sit, etiam sic debito liberatur debitor.

Nec distinguimus, quis sit qui solvit, utrum ipse debitor an alius pro eo: nam liberatur debitor etiam alio solvente, sive *eo* sciente sive ignorante, seu etiam invito facta sit solutio.

Reo autem solvente, et qui pro eo obligati fuerant, liberantur, id est fidejussores et mandatores. Sed et si fidejussor solverit, liberat principalem, et vero se ipsum obligatione exsolvit.

§ 1. Porro et acceptilatio obligationem dissolvit. *Acceptilatio* autem est, ut pro definitione *dicam*, imaginaria solutio solemnibus verbis facta. Quod enim ex verborum obligatione mihi debetur, si tibi id remittere voluero, potest remissio sic fieri, si patiar te debitorem haec dicere verba: *quod ego tibi promisi, habesne acceptum?* et ergo creditor respondeam, *habeo*.

modo sic fiat, ut Latinis verbis solet: Ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; Ἔχω λαβών. Quo genere (ut diximus) tantum hae obligationes solvuntur, quae ex verbis consistunt, non etiam ceterae: consentaneum enim visum est, verbis factam obligationem posse aliis verbis dissolvi; sed [b]) id, quod ex alia causa debetur, potest in stipulationem deduci, et per acceptilationem dissolvi. Sicut autem, quod debetur, pro parte recte solvitur, ita in partem debiti acceptilatio fieri potest.

§ 2. Est prodita stipulatio, quae vulgo Aquiliana appellatur, per quam stipulationem contingit, ut omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, et ea per acceptilationem tollatur. stipulatio enim Aquiliana novat omnes obligationes, et a Gallo Aquilio ita composita est: *quicquid te mihi ex quacumque causa dare facere oportet, oportebit, praesens in diemve* [c]), *quarumque* [d]) *rerum mihi tecum actio, quaeque*

---

b) *s. et.* — c) *in d. aut sub condicione.* — d) *q. cumque.*

Sed et Graece fieri potest acceptilatio, dummodo sic fiat, uti solet et Latine fieri: Ἔχεις λαβων δηναρια τοσα; Ἔχω λαβων.

Verum acceptilatio (ut dictum est) solam verborum obligationem dissolvit, non autem reliquas, veluti re vel litteris vel consensu *contractas:* consequens enim visum est, obligationem verbis initam, aliis verbis posse dissolvi. Si vero aliunde mihi quis obligatus sit, veluti ex re, litteris, vel consensu, aut ex negotiorum gestorum *actione,* aut ex testamento, atque *ego* hoc debitum tibi remittere velim, possum te sic interrogare: Sponden mihi dare, quodcumque ex illa mihi actione debes? et te dicente Spondeo, prior quidem actio sublata est, nascitur autem verborum *obligatio;* et consistente deinceps verborum *obligatione,* convenienter acceptilatio subjungitur. Atque in eo quidem est differentia solutionem inter et acceptilationem, quod solutio omnem dissolvat obligationem; acceptilatio *solam* verbis *contractam:* in hoc autem est inter illas convenientia, quod sicut pars debiti exsoluta in partem dissolvit actionem, ita et in partem acceptilatio fieri potest.

§ 2. Quoniam vero diximus, eum qui aliunde debet, interrogatum ac verbis obligatum, posse deinde per acceptilationem liberari; necesse *est* dicere de acceptilatione et Aquiliana stipulatione: quae stipulatio omnem obligationem plenius in se transferre et per acceptilationem perimere potest. Nam stipulatio Aquiliana omnem novabat obligationem, atque a Gallo Aquilio Jurisconsulto sic composita est: „Si quid mihi ex quacumque causa dare „aut quid facere te oportet oportebatve, seu pure sive in diem: quarumque „rerum ergo mihi tecum actio sive in rem sive personalis est eritve; et quod„cumque tu meum habes aut tenes aut possides," (est enim haec tenendi ac possidendi differentia, quod *tenere* est naturaliter detinere: *possidere* autem animo domini detinere:) „aut possedisti, aut dolo fecisti ut ne possideres;"

abs e) *te petitio, vel adversus te persecutio est, erit, quodve tu meum habes, tenes, possides, possedisti* f), *dolove malo fecisti, quo minus possideas: quanti quaque* g) *earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spopondit Numerius Negidius.* item ex diverso Numerius Negidius interrogavit Aulum Agerium: *quicquid tibi hodierno die per Aquilianam stipulationem spopondi, id omne habesne acceptum?* respondit Aulus Agerius: *habeo, acceptumque tuli* h).

§ 3. Praeterea novatione tollitur obligatio. Veluti si id, quod tu Seio debeas, a Titio dari stipulatus sit i). nam interventu novae personae nova nascitur obligatio, et prima tollitur translata in posteriorem, adeo ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis iure tollitur. veluti si id, quod tu Titio debebas, a pupillo sine tutoris auctoritate stipulatus fuerit, quo casu res amittitur:

---

e) *adversus.* — f) *possideres,* def. — g) *quanticumque.* — h) Loco verborum *item .. tuli,* edd. nonnullae finem D. XLVI, 4, l. 18 transscripserunt. — i) *tibi Seius debeat .. sis.* Similiter mox.

(forte enim hereditatem ad me pertinentem sub tuam redegisti detentionem, *ac* postea res nonnullas *tantummodo* possedisti; etenim teneberis et de iis, quas per dolum non possedisti.) „Quantacumque unaquaeque est harum re„rum, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spopondit Nume„rius Negidius." Deinde post factam hujusmodi stipulationem, atque omnibus in verborum *obligationem* translatis, tunc Numerius Negidius e diverso per Aquilianam interrogavit Aulum Augerium: „Quidquid tibi hodierno die „ego Numerius Negidius per stipulationem Aquilianam spopondi, idne omne „habes acceptum? Respondet Aulus Agerius: Habeo acceptum, et acceptum „tuli." Et ecce, per priora quidem verba contracta est verbis *obligatio,* quae per Aquilianam omnem causam anteriorem novavit: per altera autem nata est acceptilatio, stipulationem Aquilianam dissolvens. Haec igitur est, quae vulgo Aquiliana vocatur dissolutio.

§ 3. Etiam novatio actiones tollere solet. Nam si quod a te debetur, ego a Titio stipuler, interposita nova persona nova oritur obligatio, priorque perimitur in alteram translata.

Et in tantum haec ita *se* habent, ut, etiamsi contingat stipulationem esse inutilem, prior quidem tollatur, posterior autem promittentem secundum jus obligatum non reddat: veluti debebat mihi Titius; stipulatus sum a pupillo sine tutoris auctoritate. Hoc casu perit mihi debitum: nam et Titius per novationem liberatur, et pupillus mihi non obligatur, utpote sine tutore pollicitus.

Non idem quoque est, si quis a servo stipuletur alterius debitum: etenim hic prior obligatio stabilis manet in *suo* statu, quasi nulla deinde facta stipulatione. Neque quisquam dicat, servum naturaliter promittentem obligari:

nam et prior debitor liberatur, et posterior obligatio nulla est. non idem iuris est, si a servo quis stipulatus fuerit: nam tunc prior proinde obligatus manet, acsi postea nullus stipulatus fuisset. Sed si eadem persona sit, a qua postea stipuleris, ita demum novatio fit, si quid in posteriore stipulatione novi sit, forte si condicio aut dies aut fideiussor adiiciatur, aut detrahatur. quod autem diximus, si condicio adiiciatur, novationem fieri, sic intellegi oportet, ut ita dicamus factum novationem, si condicio extiterit; alioquin, si defecerit, durat prior obligatio. Sed cum hoc quidem inter veteres constabat, tunc fieri novationem [k]), cum novandi animo in secundam obligationem itum fuerat; per hoc autem dubium erat, quando novandi animo videretur hoc fieri, et quasdam de hoc praesumptiones alii in aliis casibus introducebant: ideo nostra processit constitutio, quae apertissime definivit, tunc solum fieri novationem, quotiens hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit,

---

k) *n. f. prioris obligationis.*

---

itaque et dati ab eo fidejussores tam natura quam lege tenentur: atqui naturalis obligatio novationem facere potest. Sed ad hoc dicere *nos* oportet, novationem fieri non tantum *eo* quod naturalis exstitit obligatio, sed et *eo* quod persona subest: at in legibus servus non est persona.

Atque haec quidem, si in aliam personam faciamus novationem, hoc est, quum Primo ante mihi debente, venit Secundus pro eo promittens: sin autem ab *ipso* debente mihi stipuler, quaerimus an fiat novatio? Et ut tibi extrinsecus plenius dicam, si quidem obligatus mihi fuisti ex re vel litteris vel consensu, aut ex actionibus ex quasi contractu natis, sine controversia novatio est facta: sed si olim verbis obligatus fuisses, *ego*que nunc stipuler, tunc fit novatio, si quid novi praeter priorem stipulationem stipulationi secundae inditur: forte enim conditio vel dies vel fidejussor adjicitur aut adimitur; aut quantitas etiam adjicitur: nam si adimatur, quoniam prior stipulatio erat decem aureorum, posterior vero quinque, non fit novatio, quia *illis* decem continentur quinque, neque quid novi secunda *stipulatio* habet.

Quod diximus de adjunctione conditionis, eam facere novationem, ita intelligendum est, ut tunc fiat novatio, quando conditio exstitit: nam si defecit, prior obligatio manet. Absurdum enim est dicere, validiorem obligationem, dico scilicet puram, a debili perimi: debilem autem adpello conditionalem, donec conditionis *casus* pendet.

Quum vero apud veteres constaret, novationem tunc fieri, quando *novandi animo* ad secundam devenissent stipulationem; illud autem in dubio esset, quando novandi animo contrahentes ad eam respiciant, atque aliae nonnullae praesumtiones ab aliis in iisdem introducerentur casibus: ideo omnem controversiam dirimens constitutio Imperatoris nostri edita est, quae aperte de-

quod propter novationem prioris obligationis convenerunt, alioquin manere et pristinam obligationem, et secundam ei accedere, ut maneat ex utraque causa obligatio, secundum nostrae constitutionis definitiones, quas [l]) licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.

§ 4. Hoc amplius: hae obligationes, quae consensu contrahuntur, contraria voluntate dissolvuntur, nam si Titius et Seius inter se consenserint, ut fundum Tusculanum emptum Seius haberet centum aureorum, deinde, re nondum secuta, id est neque pretio soluto, neque fundo tradito, placuerit inter eos, ut discederetur ab ea emptione et venditione: invicem liberantur. idem est et in conductione et locatione et in omnibus contractibus, qui ex consensu descendunt, sicut iam dictum est [m]).

---

l) *definitionem, quam.* — m) *sic. i. d. est* def. in nonnullis edd.

---

finiit, tunc tantummodo novationem fieri, quando hoc ipsum inter contrahentes convenit, se per obligationis prioris novationem ad praesentem venire stipulationem. Eo autem non facto, et prior obligatio in *suo* statu manet, et altera adjicitur, reusque deinceps ex utraque causa obligatus mihi erit, prout eadem sacra constitutione sancitum est: haec autem plenius *ei* discere licet, qui dictam constitutionem legerit.

§ 4. Praeter *jam* dicta contractus ex consensu orti voluntate contraria dissolvuntur. Nam si ego cum Titio locutus fuero de venditione rerum, ut ipse de me agrum illum centum solidis emeret, *ac* deinde re nondum sequuta, id est neque pretio soluto, neque agro tradito, inter ambas partes placuerit, ut ab emtione ac venditione recederetur, invicem liberantur, ut neque venditor *actionem* habeat ex vendito adversus emtorem, neque emtor ex emto adversus venditorem: atque hoc est quod dicitur, Re nondum sequuta, id est re non impleta, recedere. Idem dicimus et in *obligatione* locati, et omnibus contractibus, qui ad obligationem *ex* consensu referuntur.

TERTIAE INSTITUTIONIS FINIS.

INSTITUTIONUM

COMPOSITARUM PER TRIBONIANUM,

VIRUM MAGNIFICUM, MAGISTRUM ET EXQUAESTORE SACRI PALATII, ET THEOPHILUM ET DOROTHEUM, VIROS ILLUSTRES, ANTECESSORES,

EXPLICIT LIBER SECUNDUS, INCIPIT TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

DE OBLIGATIONIBUS, QUAE EX DELICTO NASCUNTUR.

Cum expositum sit superiore libro de obligationibus ex contractu et quasi ex contractu, sequitur, ut de obligationibus ex maleficio [a]) dispiciamus. Sed illae quidem (ut suo loco tradidimus) in quatuor genera dividuntur; hae vero unius generis sunt, nam omnes ex re nascuntur, id est ex ipso maleficio, veluti ex furto, aut rapina, aut damno, aut iniuria.

§ 1. Furtum est contractatio rei fraudulosa [b]), vel ipsius rei, vel

---

a) *ex m. et quasi ex maleficio.* — b) *f. lucri faciendi gratia.*

LIBER QUARTUS.

DE OBLIGATIONIBUS, QUAE EX DELICTO NASCUNTUR.

TITULUS I.

In libro praecedenti disseruimus de obligationibus et actionibus, quae ex contractu nascuntur; consequens est dicere et de obligationibus quae ex delicto oriuntur; etenim inchoantes sermonem de obligationibus diximus, eas aut ex contractibus aut ex delictis oriri.

Sed obligationes quidem ex contractu natae in quatuor divisae sunt genera, Re, Verbis, Litteris, Consensu; hae autem ad unum rediguntur genus: nam sicuti illic praecipuus quidem est contractus, sed quatuor parit obligationes; ita et hic praecipuum quidem est delictum, sed ex eo obligatio ex re nascitur. Verum quatuor inde deducuntur delicta, ut Furtum, Rapina, Damnum, Injuria.

§ 1. *Furtum* autem est pessima rei alienae contrectatio, laedens eum qui

etiam usus eius possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere.

§ 2. *Furtum* autem vel a *furvo*, id est nigro, dictum est, quod clam et obscure fit, et plerumque nocte; vel a *fraude;* vel a *ferendo*, id est auferendo; vel a Graeco sermone, qui φῶρας appellant fures. imo etiam Graeci ἀπὸ τοῦ φέρειν c) φῶρας dixerunt.

§ 3. Furtorum autem genera duo sunt: manifestum, et nec manifestum. nam conceptum et oblatum species potius actionis sunt furto cohaerentes, quam genera furtorum, sicut inferius apparebit. Manifestus fur est, quem Graeci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellant: nec solum is, qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is, qui eo loco deprehenditur, quo fit, veluti qui domi d) furtum fecit, et nondum egressus ianuam deprehensus fuerit, et qui in oliveto olivarum, aut in vinito uvarum furtum fecit, quamdiu in oliveto aut in vineto fur deprehensus sit; imo ulterius furtum manifestum extendendum est, quamdiu eam rem fur

---

c) *a ferendo.* — d) *in domo.*

---

furtum patitur, sive in re ipsa, sive in usu illius, sive in possessione. In re ipsa, veluti si servum tuum subripiam: in usu, veluti si *quod* mihi datum *est* utendum in unum diem, diutius retineam: in possessione, si *quod* datum *est* possidendum tamquam pignus vel tamquam depositum, possideo ut dominus. Hoc autem furti delictum non modo civilis, sed neque naturalis ratio admittit.

§ 2. Dicitur autem *furtum* a *furvo*, id est nigro sive atro, quia clam et obscure et ut plurimum noctu fit: vel a *fraude* et dolo, omnis enim fur et fraudator *est:* vel a *ferendo*, id est auferendo et asportando sive intervertendo et spoliando: vel a Graeca lingua ex ΦΩΡ, nam Graeci fures nominant φωρας a *verbo* φερειν. Φερειν autem dicimus aliena capere.

§ 3. Duo autem furtorum genera esse palam est: namque furtum aut Manifestum est, aut Nec manifestum. Conceptum enim et Oblatum, species potius sunt actionum ex furto natarum, sive furto cohaerentium, quam genera furti, ut pergentes docebimur.

Manifestus fur est, quem Graeci επ αυτοφωρῳ deprehendi dicunt, non is modo, qui in ipso facto deprehenditur, sed item et ille, qui in eo loco retinetur, in quo furtum fit: veluti, in domo aliquis furtum commisit, nondum autem januam egressus retentus fuit. Sed etsi quis in oliveto olivarum vel *in* vinea uvarum furtum fecerit, quamdiu in oliveto vel in vinea deprenditur, manifestus fur est.

Alii autem manifestum furtum ulterius extendunt, dicentes aliquem eo usque manifestum furem censeri, quousque rem subreptam habens aut visus aut retentus fuerit, in publico aut privato loco, sive a domino sive ab alio quocumque, donec eo pervenerit, quo eam rem perferre et deponere statuisset.

tenens visus vel deprehensus fuerit, sive in publico, sive in privato, vel a domino, vel ab alio, antequam eo perveniret, quo perferre ac deponere rem destinasset. sed si pertulerit, quo destinavit, tamenetsi deprehendatur cum re furtiva, non est manifestus fur. Nec manifestum furtum quid sit, ex his, quae diximus, intellegitur: nam quod manifestum non est, id scilicet nec manifestum est.

§ 4. Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem testibus praesentibus furtiva res quaesita et inventa sit: nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quae appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit, utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius quam apud eum, qui dederit, conciperetur: nam tibi, apud quem concepta sit, propria adversus eum, qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quae appellatur oblati. Est etiam prohibiti furti actio adversus eum, qui furtum quaerere testibus praesentibus volentem prohibuerit. Praeterea poena constituitur edicto praetoris per actionem furti non exhibiti adversus eum, qui furtivam rem apud se quaesitam

---

Finge enim (ut hoc bene demonstratum tibi fiat) aliquem, antequam furaretur, nonnullis amicorum suorum secreto dixisse: *ego* rem illam furatus deponere volo in domo, exempli causa, Primi: si post subreptionem inveniatur eam tenens, aut videatur in quocumque loco, priusquam in Primi domum asportarit et deposuerit, manifestus fur est: quod si post asportationem et depositionem in domo Primi, comprehendatur eam non habens, non judicaretur manifestus fur *esse*.

Ex dictis colligere est, quis *nec manifestus* fur sit. Intelligere enim licet, quodcumque manifestum non est *furtum*, sine controveria illud nec manifestum esse.

§ 4. *Conceptum* furtum dicitur, si quando apud aliquem praesentibus testibus res subrepta mihi quaeratur et inveniatur: nam adversus hunc apud quem invenitur, singularis actio concepti constituta est: nobis haud distinguentibus, utrum is fur sit, apud quem inveniatur, an fur non sit, sed a me *fure* acceperit.

Oblatum furtum dicitur, quando res furtiva mihi ab aliquo adlata vel data, eaque apud me quaesita praesentibus testibus invenitur: sed tunc *demum*, quum hanc mihi rem furtivam ea mente dedit, ut apud me potius quam apud illum dantem inveniretur, et condemnatio sive turpitudo inde *eventura* mihi potius infligeretur quam ipsi. Hic enim ego quidem *actione* concepti tenebor, ast adversus dantem oblati actionem habeo, quamvis maxime fur non sit, qui hoc commisit. Igitur nisi hunc in finem rem mihi dedit, tenebor *quidem actione* concepti, sed oblati *actionem* adversus eum non habebo.

Sed est etiam *prohibiti* furti actio, adversus eum constituta, qui prohibuit volentem praesentibus testibus rem furtivam quaerere.

Invenit praeter has etiam Praetor *actionem* furti *non exhibiti*, competentem

et inventam non exhibuit. Sed hae actiones, id est concepti et oblati, et furti prohibiti, nec non furti non exhibiti, in desuetudinem abierunt. cum enim requisitio rei furtivae hodie secundum veterem observationem non fit: merito ex consequentia etiam praefatae actiones ab usu communi recesserunt, cum manifestissimum est, quod [e]) omnes, qui scientes rem furtivam susceperint et celaverint, furti nec manifesti obnoxii sunt.

§ 5. Poena manifesti furti quadrupli est, tam ex servi persona, quam ex liberi; nec manifesti dupli.

§ 6. Furtum autem fit, non solum, cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet, sed generaliter, cum quis alienam rem invito domino contractat. Itaque sive creditor pignore, sive is, apud quem res deposita est, ea re utatur, sive is, qui rem utendam accepit, in alium usum eam transferat, quam cuius gratia ei data est, furtum committit. veluti si quis argentum utendum acceperit, quasi amicos ad coenam invitaturus, et id peregre secum tulerit, aut si quis equum, gestandi causa

---

e) *quin, quod non.*

---

adversus eum, qui rem furtivam apud se quaesitam atque inventam non permisit ab inveniente auferri.

Has vero actiones, ut concepti, oblati, prohibiti, furti non exhibiti, genera furtorum esse, dici nequit, sed species post commissum furtum exsistentes: nimirum hae actiones adversus non furantem competunt: itaque non possumus eas *inter* principalia furta censere. Quas autem actiones diximus furtorum speciebus adcommodari, eas hodie in civitate et usu cernere non possumus: quum enim rei subreptae inquisitio secundum veterem observationem, id est praesentibus testibus, haud procedat; merito per consequentiam etiam praedictae actiones communi usu expulsae sunt. Hoc enim inter confessa est, omnem qui sciat rem esse furtivam, eamque recipiat et celet, furti nec manifesti teneri.

§ 5. Poena vero furti manifesti in quadruplum extenditur, nec manifesti in duplum, sive fur sit *homo* liber sive servus.

§ 6. Furtivum autem est, non modo quod noctu vel interdiu clam aufertur, sed omnis res mobilis aliena praeter domini voluntatem molo animo contrectata. Ideo sive creditor pignore, sive is apud quem res est deposita, re oppignerata vel deposita utitur, sive qui rem alienam in usum accepit, eam in alium usum transfert, quam in quem acceperat, furtum in ea committit: veluti, argentum quis a me utendum accepit, utpote amicos convivio excepturus, atque id secum peregre tulit, non tamen *illud* intervertere volens: nihilominus furti actione tenetur, quia ultra quam accepit, usus est. Sed et si quis equum gestationis causa sibi commodatum, ut eum ad certum usque

commodatum sibi, longius aliquo duxerit, quod veteres scripserunt de eo, qui in aciem equum perduxisset.

§ 7. Placuit tamen, eos, qui rebus commodatis aliter uterentur, quam utendas acceperint, ita furtum committere, si se intellegant id invito domino facere, eumque, si intellexisset, non permissurum, ac si permissurum credant, extra crimen videri: optima sane distinctione, quia furtum sine affectu furandi non committitur.

§ 8. Sed et, si credat aliquis, invito domino se rem commodatam sibi contractare, domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri. unde illud quaesitum est, cum Titius servum Maevii sollicitaverit, ut quasdam res domino subripiat, et ad eum perferat, et servus id ad Maevium pertulerit, Maevius, dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit servo quasdam res ad eum perferre, utrum furti, an servi corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro? et cum nobis super hac dubitatione suggestum est, et antiquorum prudentium super hoc altercationes perspeximus, quibusdam neque furti, neque servi corrupti

---

intervallum abduceret, ulterius abducat, furtum admittit: quod veteres de eo scripserunt, qui equum sibi commodatum in aciem abduxerat.

§ 7. Hoc autem omnino placet, omnes, qui rebus commodatis aliter utuntur, quam acceperunt, furtum admittere et furti obligari, si quidem opinentur invito domino hoc a se fieri, dominumque id comperientem non permissurum: nam si putabant, dominum adquiescere neque ob factum indignari, definimus hoc extra furti crimen fieri; optima sane ratione, *quia furtum sine affectu* maloque animo *furandi non committitur.*

§ 8. Sed et si invito se domino facere opinabantur, dominus autem comperiens factum non indignatus est, neque sic furti causae locus fiet. Itaque ut furti *actio* competat, duo concurrere oportet, ut et ego praeter domini voluntatem utar, sciens dominum rei succensurum ob illud factum, et ut is comperiens succenseat: unum enim horum deficiens furti *actionem* nasci haud patitur.

Hinc adeo tale quid quaesitum est. Habe autem haec in modum praeviae contemplationis: si quis servum meum corruperit, moresque ejus deteriores reddiderit, tenetur mihi *servi corrupti* actione, quae in duplum, *quantum* ad deminutionem pretii *hujus* servi, competit, aut si periit, in duplum *integri* pretii. Postquam tibi haec sunt praecognita, vide reliquum argumentum. Titius egit cum servo meo, eum sollicitans, et suadens ei fugere, adjiciens simul et hoc, ut quid rerum mearum subriperet: servus hoc mihi notum fecit: ego non credens huic servo, sed Titium in ipso delicto deprendere volens, servo haec facere permisi: is vero aliquid ex vasis, quae apud me erant, capient ad Titium abibat: ego clanculum sequebar, scire cupiens, an vera *essent* quae a servo mihi dicta fuerant: servus ad locum ab ipso et Titio constitutum perveniens, dabat Titio *illud* vas: per ea *quae* facta *sunt*, inveni servum non

actionem praestantibus, quibusdam furti tantummodo: nos huiusmodi calliditate obviam euntes, per nostram decisionem sanximus, non solum furti actionem, sed etiam servi corrupti contra eum dari: licet enim is servus deterior a sollicitatore [f]) minime factus est, et ideo non concurrant regulae, quae servi corrupti actionem introducerent, tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, ut sit ei poenalis actio imposita, tamquam re ipsa fuisset servus corruptus, ne ex huiusmodi impunitate et in alium servum, qui possit [g]) corrumpi, tale facinus a quibusdam pertentetur [h]).

§ 9. Interdum etiam liberorum hominum furtum fit, veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt [i]), subreptus fuerit.

§ 10. Aliquando etiam suae rei quisque furtum committit, veluti

---

f) Def. *a sollicit.* — g) *facile p.* — h) *perpetretur.* — i) *sint, sit.*

---

mentiri. Quaestio est, qualis mihi adversus Titium hujus facti nomine actio detur? Et primo dici nequit, furti *actionem* competere: nam licet maxime Titius vas malo animo capiens contrectarit, tamen hoc praeter domini voluntatem non accidit. Ergone servi corrupti actio? sed neque hanc dari convenit: servus enim moribus deterior non est factus, quin immo, quum antea ignoraretur bene cupere *suo* domino, nunc adparuit. Et *sic* evenit, ut Titius multa simul delinquens nulla actione teneatur. Nonnulli autem Jurisconsultorum hinc furti *actionem* dabant. Sed quum Jurisconsultorum controversiae manerent, his omnem denegantibus actionem, illis furti *actionem* dantibus: ad nostrum haec Imperatorem relata sunt; et facta est ab eo constitutio, quae propter istam malitiam ulciscens Titium, non modo furti sed et servi corrupti *actione* eum teneri jussit. Quamvis enim maxime servi mores non sint facti deteriores, atque ideo regulae *de actione* servi corrupti cessent: attamen quia pessimum corruptoris consilium ad corruptionem bonorum morum servi tendit, statuit in ultionem Titii *actionem* servi corrupti dari, tamquam si revera servum corrupisset, ut ne Titius ob hoc impunitus manens, ad alium se conferat servum, quem forte *a* bonis moribus abducere posset.

§ 9. Nonnunquam et in liberis hominibus furtum committitur: veluti, si quis liberos in potestate *constitutos* clam subducat, filium vel filiam, aut nepotem vel neptem. Furti autem ago, in id quod interest; et quidnam hic *mea* intersit, necesse est dicere. Finge quemdam morientem instituisse filium meum heredem sub conditione hac, si inveniatur in hac civitate degens: hunc autem subripuisti, atque in aliam abduxisti urbem: sub tempus mortis testatoris evenit, ut is in hac civitate non inveniretur: defecit conditio, et hereditate excidit: ego adversus te *actionem* furti instituens consequar, quantum damnum feci: damnum autem feci in usufructu hereditatis, qui mihi adquirendus erat: hujus aestimationem petam.

§ 10. Saepe etiam in sua re aliquis furtum admittit: veluti si debitor rem,

si debitor rem, quam creditori pignoris causa dedit, subtraxerit.

§ 11. Interdum furti tenetur, qui ipse furtum non fecerit: qualis est, cuius ope et [k]) consilio furtum factum est. In quo numero est, qui tibi nummos excussit, ut alius eos raperet, aut obstitit tibi, ut alius rem tuam exciperet, vel oves aut boves tuas [l]) fugavit, ut alius eas caperet [m]), et hoc veteres scripserunt de eo, qui panno rubro fugavit armentum. Sed si quid eorum per lasciviam, et non data opera, ut furtum admitteretur, factum est, in factum actio dari debeat [n]). At ubi ope Maevii Titius furtum fecerit, ambo furti tenentur. Ope consilio eius quoque furtum admitti videtur, qui scalas forte fenestris supposuit, aut ipsas fenestras vel ostium effregit, ut alius furtum faceret, quive ferramenta ad effringendum, aut scalas, ut fenestris supponerentur, commodaverit, sciens cuius gratia commodaverit.

§ 11 (12). Certe qui nullam operam [o]) ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti.

§ 12 (13). Hi, qui in parentum vel dominorum potestate sunt, si rem eis subripiant, furtum quidem illis faciunt, et res in furtivam cau-

---

k) Def. *et.* — l) *tuas a. b.; .. tuos.* — m) *exciperet.* — n) *debet.* — o) *opem.*

---

quam creditori oppigneravit, clam subripiat: laedit enim creditorem, privans *eum* securitate, *quae* in pignore *consistit.*

§ 11. Nonnunquam etiam aliquis non furatus furti tenetur: hoc autem evenit in eo, *cujus ope et consilio furtum factum est.* Veluti, nummos aliquis in manu sua ferebat, hos alter excussit, ut alius raperet: aut obstitit visui tuo, ut alius rem tuam subriperet: aut oves vel boves tuos fugavit, ut alius eos caperet: ecce res tuas heic non attigit, attamen furti actione obligatur; dummodo (scito hoc extrinsecus) alius res tuas perditas contrectaverit: nam sine contrectatione furtum nunquam committitur. Hoc autem veteres de eo scripserunt, qui rubro panno boves turbaverat: sed si hoc per lasciviam, neque consulto ut furtum committeretur, factum sit, adversus ita facientem actio in factum, et adversus subripientem *actio* furti datur.

Quando autem Maevii ope Titius furtum fecit, ambo tenentur. Sed illius quoque ope et consilio furtum committitur, qui scalas fenestris vel supposuit, vel ipsas fenestras aut fores etiam effregit, ut alter furaretur: vel qui ferramenta ad fenestras vel claustrum effringendum, aut scalas commodavit, ut fenestris supponerentur, sciens ad quam actionem quis ea utenda roget. Si quis autem nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit, et volentem furari adhortatus est, non tenetur furti.

§ 12. Si servus meus vel filius meus familias de meo quid furetur, furtum quidem committitur, et res furtiva redditur, atque a nemine usucapi potest,

sam cadit (nec ob id ab ullo usucapi potest, antequam in domini potestatem revertatur), sed furti actio non nascitur, qui nec ex alia ulla causa potest inter eos actio nasci.

§ 12 (14). Si vero ope consilio alterius furtum factum fuerit, quia utique furtum committitur, convenienter ille furti tenetur, quia verum est, ope consilio eius furtum factum esse.

§ 13 (15). Furti autem actio ei competit, cuius interest, rem salvam esse, licet dominus non sit; itaque nec domino aliter competit, quam si eius intersit, rem non perire.

§ 14 (16). Unde constat, creditorem de pignore subrepto furti agere posse, etiamsi idoneum debitorem habeat, quia expedit ei, pignori potius incumbere, quam in personam agere: adeo quidem, ut, quamvis

---

donec in domini possessionem reverterit; attamen furti *actio* adversus furantes non nascitur: quia nec alia ulla actio ex contractu vel ex delicto inter hos consistere potest. Sed si consilio et ope alterius nobis, ab iis *qui sunt* in potestate nostra, furtum fiat, quoniam furtum committitur, convenienter is furti tenebitur, cujus ope hoc factum fuit, etiamsi *ipse* subripiens propter potestatis rationem illi haud subjiciatur.

§ 13. Habe haec in modum praeviae contemplationis: qui nobis obligati sunt ex aliquo contractu, debent in iis ad quae tenentur, nonnunquam solum dolum, nonnunquam et diligentiam et curam: aut enim non debent dolum in iis committere, aut non oportet negligentes esse in eorum custodia. Sed si quidem nihil lucrantur, ex solo dolo obligantur: sin autem aliquod iis lucrum obvenit, tunc et ex negligentia obligantur. Lucrum autem dico, non modo pecuniae adquisitionem, sed etiam propositi impletionem.

Postquam tibi haec sunt praecognita, vide reliquum argumentum. Quaestio fuit furto facto, cuinam furti actio competat? Forte autem dixerit quis, domino dari. Atque hoc verum non est, quum et dominum viderimus teneri, si a creditore suo pignus subripuerit; sed ei datur, cujus interest: ejus vero interest, quem furtum factum laedit: laedit autem eum, qui re servata lucratur, etsi dominus non est: itaque nec domino aliter competet, nisi causa subest, cur *ejus* intersit.

§ 14 Quid autem hoc sit, necesse *est* apertius dicere. Mutuum ego accepi a Titio, rem ei meam oppignerans: subripuit eam quis a Titio: cui dabitur furti actio? Et dicimus, Creditori. Quamobrem? quia hujus interest; namque eum furtum factum laedit, quoniam et ipse re servata lucratur, quia per illam super credito securitatem habet: adeo*que* idcirco et dolum et diligentiam debet, utpote lucrans (ut dictum est) crediti securitatem per detentionem pignoris: itaque merito ei actio furti dabitur, et non mihi domino: ego enim adversus eum pignoratitiam habebo, ut qui circa illius custodiam fuerit negligentior.

Habebit autem furti *actionem* ipse creditor, quamvis ego debitor sim locupletissimus: nam expedit ei potius habere pignus, sibique inde securitatem

ipse debitor eam rem subripuerit, nihilominus creditori competit actio furti.

§ 15 (17). Item si fullo polienda curandave, aut sarcinator sarcienda vestimenta mercede certa acceperit, eaque furto amiserit, ipse furti habet actionem, non dominus, quia domini nihil interest, eam rem non perisse p), cum iudicio locati a fullone aut sarcinatore rem suam persequi potest. Sed et bonae fidei emptori subrepta re, quam emerit, quamvis dominus non sit, omnimodo competit furti actio, quemadmodum et creditori. fulloni vero et sarcinatori non aliter furti competere placuit, quam si solvendo sint, hoc est si domino rei aestimationem solvere possint: nam si solvendo non sunt, tunc, quia ab eis suum dominus consequi non possit, ipsi domino furti actio competit, quia hoc casu ipsius interest, rem salvam esse. idem est et, si in partem solvendo sit fullo aut sarcinator.

§ 16 (18). Quae de fullone et sarcinatore diximus, eadem et ad eum, cui commodata res est, transferenda veteres existimabant: nam ut ille

---

p) *perire.*

---

parere, quam adversus me actionem movere personalem. In tantum porro verum *est*, creditorem furti actionem habere, ut etiamsi maxime ego debitor pignus subripuerim, nihilo secius creditori (ut saepius dictum est) furti *actio* detur.

§ 15. Dedi fulloni poliendam, aut lotori lavandam vestem, aut sarcinatori sarciendam, statuto certo pretio: facto furto ea periit: fullo aut sarcinator potius furti actionem habebit, quam dominus: domini enim non interest hanc rem periisse: namque securus et *indemnis* est de veste, quum adversus sarcinatorem aut fullonem locati agere possit, suamque rem repetere: sarcinator autem vel fullo ideo furti agunt, quia horum interest, furtum factum non esse: veste enim servata mercedem constitutam lucrantur.

Si quis autem, qui bona fide rei alienae emtor exstitit, illius furtum passus est, omni modo *actionem* furti habebit, idque licet non sit dominus, sicut et creditor: sed fulloni et sarcinatori furti *actio* haud aliter datur, nisi si locupletes sint, id est, nisi domino aestimationem rei solvere possint: nam si rei subreptae pretium dare nequeunt, tunc domino furti *actio* datur, ut qui ab ipsis subreptae *rei* aestimationem consequi non possit: tunc enim illius interest rem servari, quippe vestimenti aestimatio ex opibus fullonis aut sarcinatoris ei salva non est. Haec autem dicimus, sive in partem sive in solidum fullo aut sarcinator solvendo non sit.

§ 16. Omnia *quae* de fullone et sarcinatore dicta *sunt*, ea antiqui et ad commodatarium transferebant. Nam si cui librum meum commodassem, is autem subreptus esset; quoniam adversus commodatarium actionem habebam

fullo mercedem accipiendo custodiam praestat, ita is quoque, qui commodum utendi q) percipit, similiter necesse habet custodiam praestare. Sed nostra providentia etiam hoc in decisionibus nostris emendavit, ut in domini sit voluntate, sive commodati actionem adversus eum, qui rem commodatam accepit, movere desiderat, sive furti adversus eum, qui rem subripuit, et alterutra earum electa, dominum non posse ex poenitentia ad alteram venire actionem. sed si quidem furem elegerit, illum, qui rem utendam accepit, penitus liberari. sin autem commodator veniat adversus eum, qui rem utendam accepit: ipsi quidem nullo modo competere posse adversus furem furti actionem, eum autem, qui pro re commodata convenitur, posse adversus furem furti habere actionem. ita tamen, si dominus sciens, rem esse r) subreptam, adversus eum, cui res commodata fuit, pervenit; sin autem nescius, et dubitans, rem non esse s) apud eum, commodati actionem instituit, postea autem, re comperta, voluit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem pervenire, tunc licentia ei concedatur, et adversus furem venire, nullo obstaculo ei opponendo, quoniam incertus constitutus movit ad-

---

q) *commodatum utendi causa, commodatum utendum*, et similia. — r) *non e.* — s) def. *non; r. n. e. subreptam.*

---

commodati, per quam mihi *rei* commodatae pretium servabatur: non mihi domino, sed commodatario furti *actio* dabatur, quia ipsum laedebat factum furtum: lucrabatur enim re servata: lucrum autem non in adquisitione erat pecuniae, sed in expletione propositi: implebatur autem ejus propositum eo quod usu *ejus* frueretur, et ideirco diligentiam in *illa* re debebat, sicut et fullo mercedem accipiendo. Quod si inops esset commodatarius in solidum vel ex parte, jus in me furti *actionem* transferebat.

Verum haec quidem ad similitudinem sarcinatoris et fullonis apud antiquos de commodatario tractabantur: sed constitutio Imperatoris nostri edita est, hac quaestione ad ipsum relata, ut commodatario furtum passo, licentia sit domino *rei* subreptae, sive adversus commodatarium agere velit, sive furti adversus furem, et altera electa dominus ad alteram actionem ex poenitentia venire non possit: sed si quidem furem elegerit, commodatarius liberetur; sin autem commodans adversus commodatarium *in jus* venerit, ipsi quidem commodanti haud amplius adversus furem furti *actio* dabitur, sed eam commodatario adversus furem dat constitutio. Tunc autem dominus rei commodati *actionem* instituens amittit *actionem* furti, quando sciens rem commodatum esse subreptam, commodati *actionem* elegerit: sed comperiens *id* post litis contestationem cum commodatario, si velit *actionem* commodati relinquere, atque ad furti *actionem* transire, dat ei constitutio facultatem hoc faciendi et veniendi adversus furem, nulla illi opponenda exceptione, quia vera

versus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem (nisi domino ab eo satisfactum est: tunc etenim omnimodo furem a domino quidem furti actione liberari, suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit), cum manifestissimum est, etiamsi ab initio dominus actionem instituit commodati, ignarus, rem esse subreptam, postea autem, hoc ei cognito, adversus furem transivit, omnimodo liberari eum, qui rem commodatam accepit, quemcunque causae exitum dominus adversus furem habuerit; eadem definitione obtinente, sive in partem sive in solidum solvendo sit is, qui rem commodatam accepit.

§ 17 (19). Sed is, apud quem res deposita est, custodiam non praestat, sed tantum in eo obnoxius est, si quid ipse dolo malo fecerit: qua de causa, si res ei subrepta fuerit, quia restituendae eius rei nomine depositi non tenetur, nec ob id eius interest, rem salvam esse, furti agere non potest, sed furti actio domino competit.

§ 18 (20). In summa sciendum est, quaesitum esse, an impubes rem alienam amovendo furtum faciat. et placet [t]), quia furtum ex affectu consistit, ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit, et ob id intellegat se delinquere.

---

t) *placuit.*

---

necdum sciens cum commodatario litem contestatus est: nisi forte commodatarius domino rei satisfecerit pro re subrepta, antequam dominus cognoverit eam esse subreptam: tunc enim fur domino non tenebitur furti, sed a commodatario convenietur, qui sua pecunia domino rei damnum resarsit: quum et illud constet, si dominus ignorans non esse subreptam, commodati *actionem* instituerit, *ac* deinde *id* comperiens ad furti *actionem* interim transsierit, non posse *eum* amplius ad *actionem* commodati recurrere; namque commodatarius actione ab illo liberatus est, quantumvis maxime actio adversus furem bonum exitum haud habuerit, quia fur saepe inops reperitur. Haec autem obtinere debent, sive in partem sive in solidum locuples sit ad pretii persolutionem rei commodatae.

§ 17. Deposui rem meam apud Titium: diligentiam non utique debet in re deposita, ut qui nihil lucratur, immo potius ex contrario ipse domino lucri causa est, quippe in loco magis tuto rem meam collocans. In hoc tantum obnoxius erit *actioni* depositi, si per aliquem ipsius dolum res laesa sit: unde ea subrepta, quum non conveniatur ob rei restitutionem, quia ejus nihil interest rem servari, non instituet adversus furem furti *actionem*, sed ea domino competet.

§ 18. In summa neque hoc absurdum *erit* scire, fuisse quaestionem, anne impubes alienam rem subripiens furti obligetur? quia talis aetas mali expers est animi, ac potius quasi per lasciviam lusumque, quam per dolum abstulisse

19 (21). Furti actio, sive dupli, sive quadrupli, tantum ad poenae persecutionem pertinet: nam ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando aut condicendo potest auferre. sed vindicatio [u]) quidem adversus possessorem est, sive fur ipse possidet, sive alius quilibet; condictio autem adversus ipsum furem heredemve eius, licet non possideat, competit.

TITULUS SECUNDUS.

DE VI BONORUM RAPTORUM [a]).

Qui res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti (quis enim magis alienam rem invito domino contractat, quam qui vi rapit? ideoque recte dictum est, eum improbum furem esse): sed tamen propriam actionem eius delicti nomine praetor introduxit, quae appellatur *vi bonorum rap-*

u) *rei v., in re v.*
a) *De bonis vi raptis.*

rem videtur. Sed placuit, tunc eum furti *actioni* obnoxium fieri, quando pubertati est proximus, et ob id novit se furantem delinquere.

§ 19. Furti *actio*, sive ad dupli sive ad quadrupli exactionem instituatur, poenae modo petitionem, non rei continet: rem autem extrinsecus dominus rei petet, vel per *actionem* in rem vel per condictionem. Sed in rem quidem *actio* adversus omnem possessorem ita dabitur, sive fur eam possideat, sive alius quis: condictio autem furtiva adversus solum furem aut ejus heredem dabitur, etiamsi rem subreptam non possideant.

DE VI BONORUM RAPTORUM.

TITULUS II.

Eos qui res alienas rapiunt, leges impunitos esse haud sinunt: tenentur enim furti; namque nemo rem alienam invito magis domino contrectat, nisi qui eam vi rapit: unde rectissime dicitur illud, impudentissimum furem esse raptorem. Sed et Praetor specialem hujus delicti nomine actionem invenit, *dictam* Vi bonorum raptorum.

Haec autem intra annum quidem, ex quo rapina facta fuit, in quadruplum, post annum vero in simplum instituetur. Porro etiam illi quoque utilis est, qui unius rei rapinam passus est: neque enim, quia nomen actionis plura-

torum, et est intra annum quadrupli, post annum simpli. quae actio utilis est etiam, si quis unam rem, licet minimam, rapuerit. quadruplum autem non totum poena est, et extra poenam rei persecutio b), sicut in actione furti manifesti diximus: sed in quadruplo inest et rei persecutio, ut poena tripli sit, sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non. ridiculum est enim, levioris esse condicionis eum, qui vi rapit, quam qui clam amovet.

§ 1. Quia tamen ita competit haec actio, si dolo malo quisque rapuerit: qui aliquo errore inductus, suam rem esse existimans c), et imprudens iuris, eo animo rapuit, quasi domino liceat rem suam etiam per vim auferre a possessoribus, absolvi debet. cui scilicet conveniens est, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitentur, inveniatur via, per quam raptores impune suam exerceant avaritiam: melius divalibus constitutionibus pro hac parte pro-

---

b) Def. *et e. p. r. p. — et non e. ..; sed e. p. .. —* c) *Ita tamen ..; .. quia qui ..; .. existimet.*

---

liter adpellatum est, in rapina unius rei non competet; datur enim nihilominus: nobis haud distinguentibus, utrum pretiosa an vilis *res* sit rapta.

Quadruplum vero in *actione* vi bonorum raptorum non totum in poena est, et extrinsecus rei persecutio, [*ut in actione furti manifesti diximus, sed in quadruplo inest et rei persecutio;*] ita ut hac ratione contingat poenam esse in triplo. Haec autem dicimus, sive comprehensus sit raptor in ipso delicto, sive non. Atqui inter ridicula est, levioris conditionis esse vi rapientem, eo qui clanculum aufert: sed si hoc ad *actionem* furti nec manifesti exigatur, falsum invenitur ratiocinium. Sed ad hoc *supra* de furto dictum fuit: si quidem fur deprehensus aut visus sit, est ea furti manifesti *actio*, habens poenam in quadruplum; sin autem non deprehensus aut non visus sit, tunc furti nec manifesti est *actio* in duplum: at qui rapinam fecit, in quadruplum tenetur, sive in ipso facto deprehensus sit, sive etiam latuerit. In universum igitur in furto modo duplum, modo quadruplum, in rapina autem indistincte triplum in poena erit, sive comprehendatur sive non, qui rapinam fecit: atque ideo videtur aut amplius quid habere, aut *certe* non minus.

§ 1. Vi bonorum raptorum actio instituitur, quum rapina dolo facta est: Hinc manifestum *est*, si quis deceptus et jus ignorans suam rem rapuit, suspicans licere domino rem suam etiam vi a possessoribus auferre, *eum* in judicio non debere vi bonorum raptorum condemnari: et dictis consequens est, neque furti eum obligari, qui erranti animo rapuit et non malitiose.

Sed ne peccare volentibus hujusmodi inveniatur via, per quam sua maleficia impune perpetrent, atque avaritiam foveant, optima ex sacris constitutionibus super his acta est cura, ut ne cui permittatur rem mobilem aut se

spectum est, ut nemini liceat vi rapere rem mobilem, vel se moventem, licet suam eandem rem existimet; sed si quis contra statuta fecerit, rei quidem suae dominio cadere, sin autem aliena sit, post restitutionem eius, etiam aestimationem eiusdem rei praestare. quod non solum in mobilibus rebus, quae rapi possunt, constitutiones obtinere censuerunt, sed etiam in invasionibus, quae circa res soli fiunt, ut ex hac causa omni rapina homines abstineant.

§ 2. Sane in hac [d]) actione non utique expectatur, rem in bonis actoris esse: nam sive in bonis sit, sive non sit, si tamen ex bonis sit, locum haec actio habebit. Quare sive commodata, sive locata, sive pignerata, sive etiam [e]) deposita sit apud Titium sic, ut intersit eius, eam non [f]) auferri, veluti si in re deposita culpam quoque promisit, sive bona fide possideat, sive usumfructum in ea quis habeat, vel quod aliud ius, ut intersit eius, non rapi: dicendum est, competere ei hanc actionem, ut non [g]) dominium accipiat, sed illud solum, quod ex bonis eius, qui

d) Def. *Sane*, def. *hac*. — e) *et pign. s.* — f) *per vim n.* — g) *n. ut.*

moventem, etsi propriam eam putavit, rapere et vi auferre: dictum est enim iisdem constitutionibus, ut aliquo tale quid delinquente, raptor, si quidem ut rem propriam id rapit, dominio rei excidat: si autem alienam putavit esse suam, restituat primo loco rem, et insuper rei quoque pretium det: quod non solum in rebus mobilibus, in quibus etiam rapina fieri potest, constitutiones sanxerunt, sed et in invasionibus, quas in rebus immobilibus, domibus nempe et agris, fieri contingit. Constituerunt autem haec, ut omni et rapina et invasione homines hoc modo continentiores *facti* abstineant.

§ 2. In *actione* vi bonorum raptorum non omnino exigimus, ut dominus rei sit raptae, qui illius rapinam passus est: sive enim *in bonis* ejus sit, id est ejus dominio subsit, sive non sit in ejus dominio, at tamen *ex bonis* ejus, id est non quidem in dominio ejus sed ex ejus substantia sit, locus fiet *actioni* vi bonorum raptorum. Haec autem sunt, quae non quidem in nostro dominio, sed ex bonis nostris sunt: veluti, utendum accepi a quoquam, aut servum conduxi, aut mutuum dans accepi pignus, aut etiam res apud me est deposita, ita ut mea intersit, hanc mihi rem non eripi. Hoc autem evenit, si depositum *ego* suscipiens, pactum feci, ut et ex negligentia tenerer; nam pacta facta contractuum naturas immutare solent: ecce enim ex pacto *actio* movebitur depositi, non modo ex dolo sed etiam ex diligentia.

Sed si bona fide quid possideo, aut usumfructum etiam in aliena re habeo, aut et aliud jus quoddam, velut usum, ut mea intersit illud non rapi, recte dicimus in his omnibus rapinam passo competere *actionem* vi bonorum raptorum. Haec autem dicta *sunto*, etsi in ejus dominio non sit, sed ex illius bonis. In his autem vi bonorum raptorum agens, non dominium *rerum* rap-

rapinam passus est, id est quod ex substantia eius ablatum esse proponatur. et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex hisdem causis omnes habere hanc actionem.

TITULUS TERTIUS.

DE LEGE AQUILIA.

Damni iniuriae actio constituitur per legem Aquiliam. cuius primo capite cautum est, ut, si quis hominem alienum, alienamve quadrupedem, quae pecudum numero sit, iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

§ 1. Quod autem non praecise de quadrupede, sed de ea tantum, quae pecudum numero est, cavetur, eo pertinet, ut neque de feris bestiis, neque de canibus cautum esse intellegamus, sed de his tantum,

---

tarum accipiet, (quî enim, quod non habebat?) sed illud solum, quod ex ejus bonis subreptum est, id est jus quod in re habebat, veluti usumfructum vel usum in re rapta habebat: quoniam quo per rapinam privatus fuit, id illi etiam restituitur.

Generaliter autem dicendum est, ex quibus causis furti *actio* datur, perpetrato furto nec manifesto, ex iisdem causis *actionem* vi bonorum raptorum omnes habebunt.

TITULUS III.

DE LEGE AQUILIA.

De damno alteri facto *Lex* Aquilia statuit, laedentem puniens. Hujus autem constitutio in tria dividitur capita. Disserit autem in primo capite de [*servo et de*] pecude sive pecore. Sic enim ait: Si quis alienum servum, aut alienam quadrupedem, quae in numero pecudum est, injuste occiderit, quanti res occisa plurimi fuit intra annum interitus, tantum is qui damnum dedit, domino dare damnator. Interpretemur autem verba legis, quae aliquantum obscura videntur. Et quod quidem dicitur, Si quis alienum servum injuste occiderit, inter confessa est.

Sed et dixit, *aut alienam quadrupedem;* neque eo contenta fuit, neque indistincte et abscisse de illa dixit, verum addidit, quae in pecudum numero est. Hoc autem eo spectat: nam si indefinite dixisset de Quadrupedibus, non adjungens ut eae in pecudum numero essent, futurum erat, ut primum Legis caput et ad feras bestias ad me pertinentes, et *ad* canes traheretur,

quae proprie [a]) pasci dicuntur, quales sunt equi, muli, asini, boves, oves, caprae. de suibus quoque idem placuit: nam et sues pecudum appellatione continentur, quia et hi gregatim pascuntur; sic denique et Homerus in Odyssea ait, sicut Aelius Marcianus in suis institutionibus refert:

Δήεις τόν γε σύεσσι παρήμενον· αἱ δὲ νέμονται
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

§ 2. Iniuria autem occidere intellegitur, qui nullo iure occidit. itaque latronem qui occidit, non tenetur, utique si aliter periculum effugere non potest.

§ 3. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui casu occidit, si modo culpa eius nulla inveniatur: nam alioquin non minus ex dolo, quam [b]) ex culpa quisque hac lege tenetur.

§ 4. Itaque si quis, dum iaculis ludit, vel exercitatur, transeuntem servum tuum traiecerit, distinguitur. nam si id a milite quidem [c]) in campo, eoque [d]), ubi solitum est exercitari, admissum est, nulla culpa

---

a) *gregatim p.* — b) *q. ex d.* — c) *qui*, def. — d) *c. eove; eo campo.*

---

si quis ea occidisset: sed de his nihil quidquam Lex dicere voluit: de his enim tantum disseruit, quae proprie pasci et gregatim pabulari solent: quales sunt equi, muli, boves, oves, caprae. Sed idem de suibus quoque placuit: nam et sues pecudum appellatione continentur, quia et hos gregatim pasci constat. Hoc enim et poëta Homerus in Odyssea docet, ut Aelius Martianus in suis ipsius Institutis refert, hos versus memorans:

Inveniens eum suibus adsidentem: hi autem pascuntur
Apud Corvi rupem; et ad fontem Arethusam:

Verborum vero *Homericum* νέμονται (*pascuntur*) significat gregatim pabulari.

§ 2. Quod autem *in* Lege dicitur, *injuria occiderit*, hoc intelligimus, inlicite interemerit, id est sine jure. Igitur si non inlicita sit caedes, periculi expers *erit* qui occidit, et huic legi nequaquam locus *est*: veluti si servum tuum latronem occidero, Aquilia haud teneor; sed tunc quando periculum ab eo mihi instans non aliter declinare potui, nisi per vulnus ipsi a me inflictum: nam si, quum effugere possem, eum occidi, teneor Aquilia.

§ 3. Aquiliae haud obnoxius est, qui ex casu fortuito occidit, quando culpa facto non inest: quoniam non minus quam dolum Lex eum ulciscitur, qui per culpam occidit.

§ 4. Ideo si quis inter ludendum aut etiam exercitandum jaculis, servum tuum praetereuntem percutiens occidit, si quidem miles fuit, qui hoc fecit in campo *Martio*, aut in eo loco, ubi militibus exerceri mos *est*, insons *erit*

eius intellegitur; si alius tale quid admiserit, culpae reus est. idem iuris est et de milite, si is in alio loco, quam qui exercitandis militibus destinatus est, id admisit.

§ 5. Item si putator, ex arbore deiecto ramo, servum tuum transeuntem occiderit, si prope viam publicam aut vicinalem id factum est, neque praeclamavit [e]), ut casus evitari possit, culpae reus est; si praeclamavit [e]), neque ille curavit cavere, extra culpam est putator. aeque extra culpam esse intellegitur, si seorsum a via forte, vel in medio fundo caedebat, licet non praeclamavit [e]), quia eo loco nulli extraneo ius fuerat versandi.

§ 6. Praeterea si medicus, qui servum tuum secuit, dereliquerit curationem, atque ob id mortuus fuerit servus, culpae reus est [f]).

§ 7. Imperitia quoque culpae annumeratur, veluti si medicus ideo servum tuum occiderit, quod eum male secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

§ 8. Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam reti-

---

e) *procl.* — f) *erit.*

---

percussor: si autem privatus fuit, atque in hoc loco peremit, quoniam privatus in armis exercitari non solet, percussor Aquiliae obnoxius erit. Idem dicimus, etsi miles in loco, ubi milites exerceri mos non *est*, simile *quid* peccavit: namque Aquiliae subjacebit.

§ 5. Si quis putator, ramo ex arbore delapso, servum meum praetereuntem percutiens occidit, Aquilia tenetur. Hoc autem dicimus, si factum id est, ubi via publica aut vicinalis subjacebat: exclamare enim debuit ut omnis praeteriens futurum rami lapsum caveret: hoc enim non faciens, negligentiae sive culpae nomine obnoxius erit Aquiliae. Quod si ipse quidem exclamavit, hujus autem clamorem servus neglexit, inculpatus *est* putator.

Et publica quidem via est, quae et militaris dicitur, et apud Graecos regia, qua omnes utuntur homines, ad diversa abeuntes loca: vicinalis autem, quae ad vicos ducit; vicus enim est *Graece* κώμη, (*vel villa vel pagus;*) namque per hanc incedit quisquis ad vicum abit. Si tamen procul a via, vel in medio forte agro *arborem* putabat, etiamsi non exclamaverit, dummodo in eo factum sit loco, in quo extraneorum nemini jus erat versandi, impunitus *erit* percussor.

§ 6. Medicus quis ubi servo meo venam secuit, reliquit eum sine curatione; mortuus est servus: competit Aquilia adversus medicum.

§ 7. Quia autem diximus, eum qui *sua* culpa peremit, Aquilia teneri; sciri oportet, imperitiam quoque ad culpam referri: veluti, medicum quis se esse dicens, praeter artem servum tuum occidit, aut medicamentum ei non indigenti dedit, aut tempore non conveniente.

§ 8. Sed et si mulio vehiculo insidens, mularum impetum prae imperitia

nere non potuerit, si servus tuus oppressus fuerit, culpae reus est mulio. sed et, si propter infirmitatem retinere eas non potuerit, cum alius firmior retinere potuisset, aeque culpa tenetur. eadem placuerunt de eo quoque, qui, cum equo veheretur, impetum eius aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam suam retinere non potuerit.

§ 9. His autem verbis legis, *quanti* g) *in eo anno plurimi fuerit*, illa sententia exprimitur, ut, si quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut luscus, aut mancus erit, occiderit, qui in eo anno integer aut h) pretiosus fuerit, non tanti teneatur, quanti is hodie erit, sed quanti in eo anno plurimi fuerit. qua ratione creditum est, poenalem esse huius legis actionem, quia non solum tanti quisque obligatur, quantum damni dederit, sed aliquando longe pluris: ideoque constat, in heredem eam actionem non transire, quae transitura fuisset, si ultra damnum numquam lis aestimaretur.

§ 10. Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit, non

---

g) *q. id, q. ea res.* — h) *et.*

---

sustinere non potuit, alienumque servum occidit, velut ex culpa Aquiliae obnoxius erit. Sed et si ex infirmitate mulas cohibere non valuit, fieri autem potuit, ut illae ab alio validiore cohiberentur, factum hoc ad mulionis culpam referetur, Aquiliaeque locus fiet. *Quae* de mulione dicta *sunt*, et ad equitem trahere possumus, si equi impetum vel propter infirmitatem vel propter ignorantiam cohibere non valens, alienum servum occidit.

§ 9. Interpretati sumus prima Legis verba, dicamus etiam de reliquis. Ait Lex: *quanti id in eo anno plurimi fuerit.* Quid haec verba volunt? et dicimus per illa *a* Lege dicta hunc absolvi intellectum, ut si quis alienum servum, qui claudus sit vel luscus vel altera manu mutilus, peremerit; sed hic forte in eodem anno, quo vulnus accepit, integer atque ideo pretiosior fuerit: judex retrorsum reflectens aestimationem ejus ineat. Et si forte servus occisus integer et sanus fuit ante novem aut decem aut undecim menses, atque idcirco pluris valebat, ad illud tempus aestimationem referens, condemnationem facit.

Exinde conficitur, poenalem esse Aquiliae actionem: nec enim solum in tantum quis condemnatur, in quantum nocuit, sed interdum etiam pluris. Unde constat, adversus heredes hanc actionem non transmitti, utpote poenalem: nam si quis in tantum obligaretur, in quantum nocuit, indubitate et hujus heres eidem subjiceretur actioni.

§ 10. Et haec quidem ex verbis *ipsis* comprehendere licet: ex interpretatione autem, quam ex mente legis confici evenit, placet non modo servi occisi aestimationem fieri secundum *jam* dicta, id est retro se referente judice; sed etiam, si quid aliud ex corporis interemtione nobis damnum accidit, et

solum perempti corporis aestimationem habendam esse, secundum ea, quae diximus, sed eo amplius, quicquid praeterea, perempto eo corpore, damni vobis allatum fuerit, veluti si servum tuum heredem ab aliquo institutum antea quis occiderit, quam is iussu tuo adiret: nam hereditatis quoque amissae rationem esse habendam constat. item, si ex pari mularum unam, vel ex quadriga equorum unum occiderit, vel ex comoedis unus servus fuerit occisus: non solum occisi fit aestimatio, sed eo amplius id quoque computatur, quanto depretiati sunt, qui supersunt.

§ 11. Liberum est autem ei, cuius servus fuerit occisus, et privato iudicio legis Aquiliae damnum persequi, et capitalis criminis eum reum facere.

§ 12. Caput secundum legis Aquiliae in usu non est.

§ 13. Capite tertio de omni cetero damno cavetur. Itaque si quis servum, vel eam quadrupedem, quae pecudum numero est, vulneraverit, sive eam quadrupedem, quae pecudum numero non est, veluti canem

---

hoc aestimandum est: veluti, servum meum moriens aliquis heredem instituit: hunc jubere poteram adire hereditatem, eamque mihi adquirere: prius vero quam hoc a me fieret, occidit quis hunc servum: quoniam evenit, ut mihi hereditas pereat, non modo condemnabitur illius percussor in aestimationem corporis, ut praedictum est, sed etiam in hereditatis, qua excidi.

Simile ex hac specie oxoritur: Habebat quis jugum mularum, quae pares inter se erant, atque ideo pluris valebant: et si quis ambas aestimasset, ad ducentos aureos earum pretium colligeretur; sin seorsim, quinquaginta aurei alterutrius pretium foret: si igitur harum unam peremerit, non modo peremtae pretium, sed et superstitis deminutionem pretii praestabit, sive centum aureos.

Idem et si quis quadrigas habuit, *ac* deinde alius principem ex iis occidit, qui has quadrigas pretiosiores reddebat: vel possidebat aliquis comoedum et hujus secundarium; sed comoedum secundarius condecorabat et admirabilem reddebat, in ludis ei adhaerens. Interemit aliquis hunc secundarium: in utraque specie occisor non modo pretium occisi, sed et superstitis deminutionem pretii praestabit.

§ 11. Peremti vero servi domino facultas datur, et privatum instituere judicium, *Legem* intelligo Aquiliam, et damnum sibi obveniens persequi; sed insuper etiam crimen publicum instituet, *Legem scil.* Corneliam de sicariis: neque enim instituta actio privata exstinguit publicam.

§ 12. Hucusque ergo primum pertinet caput: at secundum in usu non est.

§ 13. In tertio autem capite de omni reliqua quaestione Lex disserit. Ideo si quis servum meum, vel quadrupedem meam quae in pecudum numero est, vulneraverit, aut illam quadrupedem quae pecudibus haud connumeratur, velut canem, vel feram bestiam, ursos vel leones vel lupos, occiderit vel vulneraverit: tertio Legis capiti subjacet. Sed et in omnibus reliquis

aut feram bestiam, vulneraverit, aut occiderit, hoc capite actio constituitur in ceteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quae anima carent, damnum iniuria datum [i]) hac parte vindicatur. si quid enim ustum, aut ruptum, aut fractum fuerit, actio ex hoc capite constituitur; quamquam potuerit sola *rupti* appellatio in omnes istas causas sufficere: ruptum enim intellegitur, quod quoquo modo corruptum est. unde non solum usta, aut fracta, sed etiam scissa, et collisa, et effusa, et quoquo modo perempta atque deteriora facta hoc verbo continentur; denique responsum est, si quis in alienum vinum aut oleum id immiserit [k]), quo naturalis bonitas vini vel olei corrumperetur, ex hac parte legis eum teneri.

§ 14. Illud palam est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur, si dolo aut culpa eius homo aut quadrupes occisus occisave fuerit, ita ex hoc capite, ex dolo aut culpa, de cetero damno quemque teneri. Hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit.

§ 15. Ac ne *plurimi* quidem verbum adiicitur. sed Sabino recte pla-

---

i) *iniuriae.* — k) *immiscuerit, miscuerit.*

---

animalibus, ac similiter in *rebus* inanimatis, damnum domino contingens ex hoc capite resarcitur. Ait enim Lex: *quidquid enim ustum aut ruptum aut fractum fuerit*, ut actio ex capite tertio competat.

Ex abundanti autem Lex duabus dictionibus, Ustum et Fractum, usa est: nam Rupti adpellatio ad omnes has causas significandas sufficit. *Ruptum* enim dicimus quocumque modo corruptum: unde non tantum *quae* usta aut fracta *sunt*, sed etiam vestis scissa, et vasa collisa, sive ut dicere solent duplicata; (quid enim, si argentea erant?) aut vinum quoque effusum vel oleum, et quaecumque hujus generis, nec non quovis modo [corrupta: unde non modo] peremta aut deteriora facta *vocabulo* Rupti continentur.

Utique ergo si quis in vinum meum, quod optimum erat, aut in oleum quod principatum tenebat, tale quid injecerit, per quod ea disperderentur, incident ista in tertium caput.

§ 14. Illud autem inter confessa est, sicut ex primo capite aliquis Aquilia tunc tenetur, quum dolo aut culpa alienum servum vel pecudem interemerit, ita et ex tertio dolus aut culpa reum facit eum qui nocuit. Itaque in hoc duo capita inter se conveniunt: in illo autem differunt, quod primum quidem caput de servi vel pecudum interemtione loquatur, sed tertium olim, nunc secundum, de omni reliquo damno tractat: et non tantum in hoc, sed in illo quoque, quod in primo capite ad annum judex se reflectat, in iis vero quae ex tertio capite eveniunt, ad dies triginta.

§ 15. Et illic adjungitur *verbum plurimi*, hic autem omissum est: ut hinc

cuit, perinde habendam aestimationem, acsi etiam hac parte *plurimi* verbum adiectum fuisset: nam plebem Romanam, quae Aquilio tribuno rogante hanc legem tulit, contentam fuisse, quod prima parte eo verbo usa est.

§ 16. Ceterum placuit, ita demum ex hac lege l) actionem esse, si quis praecipue corpore suo m) damnum dederit. Ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles actiones dari solent: veluti si quis hominem alienum aut pecus ita incluserit, ut fame necaretur, aut iumentum tam vehementer egerit, ut rumperetur, aut pecus in tantum exagitaverit, ut praecipitatur, aut si quis alieno servo persuaserit, ut in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, et is ascendendo vel descendendo aut mortuus fuerit, aut aliqua parte corporis laesus, utilis in eum actio datur. sed si quis alienum servum de ponte aut ripa in flumen deiecerit, et is suffocatus fuerit, eo, quod proiecerit, corpore suo damnum dedisse non difficiliter intellegi poterit: ideoque ipsa lege Aquilia tenetur. Sed si non corpore damnum fuerit datum, neque cor-

---

l) *ex h. l. directam. d. ex h. l.* — m) def. *suo.*

---

judex facultatem habeat ad illum diem referre ex diebus triginta, quo minoris *res* erat pretii, et reo gratificari, aut ad *eum* quo plurimi erat, atque actori favere. Sed optime ait Sabinus, parem aestimationem esse faciendam, acsi et hic verbum Plurimi adjectum fuisset. Plebes enim Romana, tempore discordiae inter plebem ac senatum, Aquilio (Tribunus plebis hic erat) praesentem legem ferente, contenta fuit verbo Plurimi in capite primo.

§ 16. Ast generali regula comprehendendum est, quando directa *Lex* Aquilia competat, quando utilis: et primo sciendum est, Legem se ipsam dare, quum corpus laesum fuerit, si tamen a corpore damnum processerit, forte enim nudis meis manibus, aut ligno vel lapide, aut alio quo instrumento, percutiens occidi aut vulneravi, Aquilia directa competet. Si corpus quidem laesum, sed damnum a corpore non factum fuit, utilem Aquiliam dari oportet: veluti aliquis servum meum vel pecus meum tanto tempore inclusit, ut fame perimeretur; aut jumentum meum tam fortiter egit, ut longitudinem intervalli non ferret, sed rumperetur; aut ovem forte meam, vel bovem meum, aliquis ita turbavit, ut in praecipitium rueret et periret, vel in aliquo laederetur; aut si quis alieno servo persuaserit in arborem adscendere, vel in puteum descendere, sciens adscensum vel descensum esse difficillimum et periculosum, *ac* deinde servus adscendens vel descendens ceciderit, et vel mortuus vel aliqua parte corporis laesus fuerit. Quid autem, si quis alienum servum de ponte vel ripa in fluvium dejecerit, et is deinde prolapsus in aqua suffocatus fuerit? hic Aquilia directa est danda: qui enim servum detrusit, suo corpore interitum effecit.

pus laesum fuerit, sed alio modo damnum alicui contigerit, cum non sufficit neque directa, neque utilis Aquilia, placuit, eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri: veluti si quis, misericordia ductus, alienum servum compeditum solverit, ut fugeret.

TITULUS QUARTUS.

DE INIURIIS.

Generaliter iniuria dicitur omne, quod non iure fit; specialiter alias contumelia, quae a *contemnendo* dicta est, quam Graeci ὕβριν appellant, alias culpa, quam Graeci ἀδίκημα [a]) dicunt, sicut in lege Aquilia damnum iniuria [b]) accipitur, alias iniquitas et iniustitia, quam Graeci ἀδικίαν [c]) vocant. cum enim praetor vel iudex non iure contra quem pronuntiat, iniuriam accepisse dicitur.

§ 1. Iniuria autem committitur non solum, cum quis pugno, puta [d]),

---

a) ἔγκλημα. — b) *d. i. datum, d. iniuriae.* — c) ανομίαν καὶ ἀδ. — d) *pulsatus.*

Quod si quis neque corpore laesit, neque corpus laesum est, sed damnum mihi aliquod evenit, cessante directa, quia non a corpore *processit,* sed et utili, quia corpus non est laesum, placuit laedentem *actioni* in factum subjacere. Veluti, servum meum, ut qui quid deliquit, vinculis constrinxi: hunc alius misericordia et humanitate motus, fugiturum esse sciens, vinculis solutum dimisit.

DE INJURIIS.

TITULUS IV.

Injuriosos haud impunitos *esse* Leges sinunt. Generaliter vero *injuria* dicitur, quidquid non jure fit: specialiter autem dicitur *contumelia* a contemnendo, quam Graeci ΥΒΡΙΝ vocant. Sed et *culpa* dicitur, quod Graeci ΑΔΙΚΗΜΑ appellant, ut in *L.* Aquilia: namque dicimus Damnum injuria datum. Nonnunquam vero *iniquitas* et injustitia dicitur, quam Graeci ΑΔΙΚΙΑΝ vocitant: quando enim Praetor aut judex non jure adversus quem pronuntiat, dicimus laesum injuriam accepisse.

§ 1. Injuria autem non modo facto sed etiam verbo committitur. Et facto quidem, quando quis pugnis vel virgis vel loro caesus, vel convicium quis

aut fustibus caesus, vel etiam verberatus erit, sed etiam, si cui convicium factum fuerit, sive cuius bona, quasi debitoris [e]), possessa fuerint ab eo, qui intellegebat, nihil eum sibi debere, vel si quis ad infamiam alicuius libellum aut carmen [f]) scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, sive quis matremfamilias, aut praetextatum praetextatamve assectatus fuerit, sive cuius pudicitia attentata esse dicetur; et denique aliis pluribus modis admitti iniuriam, manifestum est.

§ 2. Patitur autem quis iniuriam non solum per semetipsum, sed etiam per liberos suos, quos in potestate habet; item per uxorem suam, id enim magis praevaluit, itaque si filiae alicuius, quae Titio nupta est, iniuriam feceris, non solum filiae nomine tecum iniuriarum agi potest, sed etiam patris quoque et mariti nomine. contra autem, si viro iniuria facta sit, uxor injuriarum agere non potest: defendi enim uxores

---

e) *d. qui nihil deberet.* — f) *c. aut historiam.*

---

passus fuerit. *Convicium* vero est, quum quis in loco urbis celebri injuriam mihi intulerit, ut et turba inde congregaretur. Facto porro fit injuria, et si quis sciens, me sibi nihil debere, in possessionem rerum mearum ierit, tamquam creditor. Verbo autem, si quis ad infamiam meam pedestrem scripsit orationem, vel metricum carmen, aut composuit adversus me, aut evulgavit, aut nihil horum commisit, sed dolo fecit, ut quid eorum fieret: nam quilibet horum injuriarum *actione* tenetur. Veluti Primus carmen injuriosum in me scripsit, Secundus composuit, Tertius hoc evulgavit, Quartus horum nihil commisit, sed dolo suo fecit, ut illa adversus me injuria vel scriberetur vel componeretur vel evulgaretur.

Sed et, si quis prodeunti matrifamilias, aut praetextato vel praetextatae prodeunti, id est adolescentulo vel adolescentulae: (namque aetatem minorem agentes praetexta utebantur; gestamen hoc erat Romanorum:) si igitur uni *personarum* memoratarum prodeunti aliquis continuo comitetur, nihil loquens, aut etiam dicens aliquid ad probos eorum mores corrumpendos, injuriarum tenetur. Sed et aliis *quam* plurimis modis injuriam committi, inter confessa est.

§ 2. Patitur vero aliquis injuriam, non solum per se, sed etiam per liberos suos, quos in potestate habet, et per uxorem: hoc enim placuit, etsi quidam adversabantur. Itaque filiofamilias meo injuria adfecto, injuriarum mihi *actio* datur, aut uxore etiam [*adfecta, datur viro injuriarum actio.*] Quare si filiafamilias mea Titio sit nupta, tu autem injuria eam adficias, et ipsa injuriam passa, et Titius vir ejus, et ego ejusdem pater habebimus adversus te injuriarum *actionem.*

E contrario, si vir injuria adficiatur, uxor injuriarum agere non potest:

a viris, non viros ab uxoribus, aequum est. sed et socer nurus nomine, cuius vir in potestate est, iniuriarum agere potest.

§ 3. Servis autem ipsis quidem nulla iniuria fieri intellegitur, sed domino per eos fieri videtur: non tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos et uxores, sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit, et g) quod aperte ad contumeliam domini respicit. veluti si quis alienum servum verberaverit, et in hunc casum actio proponitur; at si quis servo convicium fecerit, vel pugno eum percusserit, nulla in eum actio domino competit.

§ 4. Si communi servo inuria facta sit, aequum est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, aestimationem iniuriae fieri, sed ex dominorum persona, quia ipsis fit iniuria.

§ 5. Quodsi ususfructus in servo Titii est, proprietas Maevii est, magis Maevio iniuria fieri intellegitur.

§ 6. Sed si libero, qui tibi bona fide servit, iniuria facta sit, nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit; nisi in contumeliam tuam pulsatus sit, tunc enim competit et tibi iniuriarum actio.

---

g) Def. *et.*

---

namque mulieres defendi a viris, non vero viros a mulieribus, aequum est. Sed et socer nomine nurus, filiofamilias suo nuptae, sine obstaculo injuriarum aget.

§ 3. Si servus meus injuriam patiatur, nulla ei actio competit: sed dum ille injuria adficitur, ego dominus injuriam pati videor. At non, qui modi filio aut uxore injuria adfectis *actionem* mihi injuriarum dant, iidem et in servo *obtinent.* In servo enim tunc injuriam pati videor, si quid atrox adversus eum peccatum est, quodque manifeste ad contumeliam domini spectat: veluti, si quis servum meum flagellaverit; competit enim in hoc casu injuriasum actio: sed si quis servo meo convicium fecerit, vel pugno eum percusserit, nulla mihi datur actio.

§ 4. Communem cum Titio servum habebam; verberasti eum: et mihi et Titio injuriarum *actio* datur. Neque *vero* pro qua parte servi sum dominus, injuriae fit aestimatio: sed ex qualitate personae unius cujusque dominorum *causa* injuriae judicatur. Quid enim, si alter dominorum sit Senator, alter privatus?

§ 5. Ejusdem servi Titius usumfructum, Maevius proprietatem habebat. Hunc *tu* injuria adficiens, soli Maevio injuriarum teneberis.

§ 6. Liber aliquis bona fide tibi serviebat; hunc ego injuria adfeci: non competet tibi injuriarum actio, sed ipsi bona fide servienti dabitur, ita ut ipse suo nomine eam instituat. Haec autem dico, nisi forte manifesto ob ontumeliam tui injuriose eum tractaverim: tunc enim et tibi injuriarum

idem ergo est et in servo alieno bona fide tibi serviente. ut totiens admittatur iniuriarum actio, quotiens in tuam contumeliam iniuria ei facta sit.

§ 7. Poena autem iniuriarum ex lege duodecim tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat; propter ossum [h]) vero fractum nummariae poenae erant constitutae, quasi in magna veterum paupertate. Sed postea praetores permittebant ipsis, qui iniuriam passi sunt, eam aestimare: ut iudex vel tanti condemnet, quanti iniuriam passus aestimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed poena quidem iniuriae, quae ex lege duodecim tabularum introducta est, in desuetudinem abiit; quam autem praetores introduxerunt, quae etiam *honoraria* appellatur, in iudiciis frequentatur. nam secundum gradum dignitatis vitaeque honestatem crescit aut minuitur aestimatio iniuriae; qui gradus condemnationis et in servili persona non immerito servatur, ut aliud in servo actore, aliud in medii actus homine, aliud in vilissimo vel compedito constituatur.

---

h) *os.*

---

actio dabitur. Idem quoque dicimus, si alienus servus bona fide tibi serviebat: namque eo injuriam passo, tunc tibi injuriarum *actio* dabitur, quum probaveris ob contumeliam tui haec facta esse.

§ 7. Poena autem injuriarum ex Lege XII Tabularum, si quidem membrum cujus ruptum esset, talio erat; idem enim patiebatur, qui membrum cujus rupisset: sed si os fregisset, condemnationes in pecuniam fiebant. Atque hoc gravissimum erat veteribus propter paupertatem illorum. Sed postea Praetores, sublata *hac* poena ex *L.* XII Tab. inventa, injuriam passis permittebant aestimare injuriam, quam subierant, quanta vellent summa: et forte ipse injuria adfectus dicebat, Injuriam, quam passus sum, centum aureis aestimo: atque judex injuriarum aliquando in tantum condemnabat, id est in centum; interdum in minorem summam faciebat condemnationem, prout aequum ei videbatur.

At poena per *L.* XII Tab. introducta in desuetudinem abiit: a praetoribus autem inventa in judiciis frequens est. Nam pro gradu dignitatis et gravitate vitae injuriam passi modo augescit, modo minuitur injuriae aestimatio. Nonnunquam enim eadem injuria ab eodem et senatorio viro, et privato honeste [*aut etiam minus honeste*] viventi infertur: Senatorii *quidem* viri injuria, exempli gratia, centum quinquaginta aestimabitur aureis; privati autem honesti centum; atque inhonesti quinquaginta. Hi aestimationum gradus etiam in servis injuriam passis servantur: aliter enim aestimabitur injuria, si servum actorem omnis mei patrimonii injuria adfeceris; et aliter, si servum meum, cui unam commisi curam, forte administratorem eum faciens

§ 8. Sed et lex Cornelia de iniuriis loquitur, et iniuriarum actionem introduxit. quae competit ob eam rem, quod se pulsatum quis verberatumve, domumve suam vi introitum [i]) esse dicat. domum autem accipimus, sive in propria domo quis habitat, sive in conducta, vel gratis, sive hospitio receptus sit.

§ 9. Atrox iniuria aestimatur vel ex facto (veluti si quis ab aliquo vulneratus fuerit, vel fustibus caesus), vel ex loco (veluti si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu praetoris iniuria facta sit), vel ex persona (veluti si magistratus iniuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili iniuria facta sit, aut parenti patronoque fiat a liberis vel libertis: aliter enim senatoris et parentis patronique, aliter extranei et humilis personae iniuria aestimatur), nonnumquam et locus vulneris atrocem iniuriam facit (veluti si in oculo quis percussus sit [k])); parvi autem refert, utrum patrifamilias, an filiofamilias talis iniuria facta sit: nam et haec atrox aestimabitur.

§ 10. In summa sciendum est, de omni iniuria eum, qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel civiliter. et, si quidem civiliter agatur, aestimatione facta, secundum quod dictum est, poena imponi-

---

i) *introitam.* — k) *p. fuerit; percussit; percusserit.*

---

possessionum mearum in illo loco sitarum; et aliter in servo vilissimo atque in vinculis habito.

§ 8. Neque Lex Cornelia de injuria neglexit loqui: nam et ipsa injuriarum *actionem* invenit; quae competit, si *homo* liber se dicat pulsatum verberatumve esse, vel vi aliquem introiisse domum suam. Suam autem domum intelligimus, sive in propria domo habitarit, sive mercede, sive gratis, sive ut hospes receptus fuerit.

§ 9. Atrox autem injuria judicatur vel ex re vel ex loco vel ex persona, *ex re*, velut si quis ab aliquo vulnera acceperit, aut fustibus caesus sit. *Ex loco*, veluti si quis in theatro vel in foro vel in conspectu Praetoris, id est magistratus, injuriam passus sit. *Ex persona*, veluti si magistratus injuria fuerit adfectus, vel si qui Senator a vili *homine* injuriam acceperit; aut liberi adscendentes, vel liberti patronos injuria adfecerint: aliter *enim* Senatoris et parentis et patroni, aliter extraneae ac vilis personae injuria aestimatur. Nonnunquam et locus vulneratus atrocem facit injuriam: veluti si quis *in* oculo percussus fuerit. Non autem distinguo, utrum patrifamilias an filiofamilias haec injuria illata sit: namque in omnibus atrox censebitur injuria.

§ 10. Velut in summa autem sciendum *est*, licentiam dari passo injuriam, num criminaliter, an pecuniarie sive civiliter instituere velit injuriarum *actionem*. Et si quidem civiliter eam instituerit, et aestimatio injuriae secundum *jam* dicta fiet, et condemnatio in tantum decernetur: sin autem criminaliter,

tur. sin autem criminaliter, officio iudicis extraordinaria poena reo irrogatur: hoc videlicet observando, quod Zenoniana constitutio introduxit, ut viri illustres, quique supra eos sunt, et per procuratorem possint actionem iniuriarum criminaliter vel persequi, vel suscipere, secundum eius tenorem, qui ex ipsa manifestius apparebit.

§ 11. Non solum autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, hoc est qui percussit; verum ille quoque continebitur [l]), qui dolo fecit, vel qui curavit, ut cui mala pugno percuteretur.

§ 12. Haec actio dissimulatione aboletur: et ideo, si quis iniuriam dereliquerit, hoc est statim passus [m]), ad animum suum non revocaverit, postea, ex poenitentia, remissam iniuriam non poterit recolere.

---

l) *tenebitur.* — m) *s. ut p.; s. ut p. est.*

---

judicis officium erit, ut extra ordinem, quam velit, poenam infligat ei qui injuriam fecit, forte exilium, aut publicationem pro parte.

Sed custodiatur ubique quod per constitutionem divi Zenonis introductum est: ut illustribus et dignitate majoribus liceat per procuratorem injuriarum *actionem* criminaliter exercere, etsi quis prohibetur per procuratorem crimen movere. Sed et per procuratorem liceat dictis *viris* injuriarum *actionem* suscipere, prout eadem continetur constitutione. Clarius autem omnia discere potest, qui hanc constitutionem legerit.

§ 11. Non vero *is* solum qui me verberavit, injuriarum tenetur, sed ille etiam cujus dolo hoc factum est, vel qui procuravit ut verberaret.

§ 12. Injuriarum *actio* dissimulatione tollitur. Unde si quis injuriam patiens factum contemserit, id est ob factum non indignatus fuerit, neque illud ut grave acceperit apud animum suum, simul atque injuria adfectus est, tunc ex poenitentia injuriam remissam instituere non poterit.

TITULUS QUINTUS.

DE OBLIGATIONIBUS, QUAE QUASI EX DELICTO NASCUNTUR.

Si iudex litem suam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus videtur. sed quia neque ex contractu [a]) obligatus est, et utique peccasse aliquid intellegitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri, et in quantum de ea re aequum religioni iudicantis videbitur, poenam sustinebit.

§ 1. Item is, ex cuius coenaculo, vel proprio ipsius, vel conducto [b]), vel in quo gratis habitabat, deiectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceretur [c]), quasi ex maleficio obligatus intellegitur: ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intellegitur, quia plerumque ob alterius

---

a) *neque ex maleficio n. ex c.* — b) def. *v. cond.* — c) *noceret.*

DE OBLIGATIONIBUS, QUAE QUASI EX DELICTO NASCUNTUR.

TITULUS V.

Postquam actiones e delictis diximus, dicamus etiam illas quasi ex delictis. Inter me et Titium judicabat Maevius: injuriam mihi fecit: forte enim nihil me debentem condemnavit, et quod ab jureconsultis dicitur, litem suam fecit, id est judicium adversus se excitavit. Consideremus, num hujusmodi *factum*, contractus sit an quasi contractus, an *vero* delictum? Et primo contractus non est: nam contractus duorum requirit consensum; non autem de consensu meo judex injuriam mihi fecit: neque quasi contractus; nam quasi contractus, etsi duorum consensum haud requirit, attamen licentiam, ut fiat, ex legibus habere debet, qualis est in negotiorum gestorum *actione:* at hic talis ratio cessat; nulla enim judici data est licentia, quem litigantium velit, injuria adficiendi. Sed neque delictum illud est: nonnunquam enim ex imperitia judicandi, non malo animo, id fecit: unde quia judex quid peccavit, tamquam ex quasi delicto tenetur, et in tantum condemnatur, in quantum is qui ipsi et injuriam passo jus dicit, censuerit, cum debere *alteri* poenae loco exsolvere: namque laeso *actio* in factum competit.

§ 1. Ad quasi delictum refertur quoque haec species: habitabam ego in domo quadam, cujus dominus eram, aut etiam mercede eam habebam vel gratis: inde quis lapidem dejecit vel tegulam, aut aquam effudit, et praetereuntium alicui nocitum est: ego *actione* in factum conveniar. Ideo autem hoc non proprie delictum est, quia ut plurimum propter alterius culpam, servi

culpam tenetur, aut servi, aut liberi. Cui similis est is, qui ea parte, qua vulgo iter fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest, si ceciderit, alicui nocere: quo casu poena decem aureorum constituta est. De eo vero, quod deiectum effusumve est, dupli, quanti damnum [d]) datum sit, constituta est actio. Ob hominem vero liberum occisum quinquaginta aureorum poena constituitur; si vero vivet, nocitumque ei esse dicetur, quantum ob eam rem aequum iudici videtur, actio datur: iudex enim computare debet mercedes medicis praestitas, ceteraque impendia, quae in curatione facta sunt, praeterea operarum [e]), quibus caruit, aut cariturus est ob id, quod inutilis factus est.

§ 2. Si filiusfamilias seorsum a patre habitaverit, et quid ex coenaculo eius deiectum effusumve sit, sive quid positum suspensumve habuerit, cuius casus periculosus est: Iuliano placuit, in patrem nullam esse actionem, sed cum ipso filio agendum. quod et in filiofamilias iudice observandum est, qui litem suam fecerit.

§ 3. Item exercitor navis, aut cauponae, aut stabuli, de dolo [f]) aut

---

d) *quanti damni; .. tum .. ni; .. tum .. num.* — e) *operas.* — f) *damno.*

---

forte aut liberi *hominis* mecum habitantis atque haec facientis, ego teneor.

Similis est huic speciei et illa: Ego in domo illa habitabam; at fenestrae meae spectabant in locum publicum, per quem volentibus licebat transire; in mea fenestra aliquid positum aut suspensum est, quod decidens praetereuntem laedere posset. Est autem poena in hac specie decem aureorum: at in priori, ubi quid dejectum effusumve fuit, duplum damni, quod laesus subiit. Quod si *homo* liber praeteriens inde peremtus sit, in quinquaginta aureos fit condemnatio: si vivat quidem, sed laesus sit, in tantum qui in domo habitat, unde hoc factum est, condemnabitur, in quantum judex *aequum* censuerit eum condemnari oportere. Debet autem judex computare mercedem medicis praebitam, et reliquas impensas, quae in curationem facta sunt: item et quibus praeteriens privatus fuit; forte enim faber erat, *ac* deinde vulneratus manum operari interim non potuit: *itaque* consideramus, quantum accepturus fuerat, per illos dies operans, per quos ob vulnus operari non potuit. Sed et, si inutilis factus est, non modo operas praeteriti temporis, sed et futuri, aestimamus.

§ 2. Filius meus familias habitabat in domo separatim a suo patre, nempe me: ex coenaculo ejus dejectum quid est vel effusum, aut ex ejus fenestra suspensum est aut positum quoque, cujus casus periculosus *est* praetereuntibus: placuit Juliano adversus patrem nullam esse actionem, sed adversus ipsum filium. Eadem dicimus, et quum filius meus familias jus dicens injuriam tibi fecit: namque adversus eum in factum *actionem* habebis, non adversus me patrem.

§ 3. Exercitor navis quis erat, aut cauponam habebat aut diversorium.

furto, quod in nave, aut in caupona, aut in stabulo factum erit, quasi ex maleficio teneri videtur, si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicuius eorum, quorum opera navem aut cauponam aut stabulum exerceret: cum enim neque ex contractu sit g) adversus eum constituta haec actio, et aliquatenus culpae reus est, quod opera malorum hominum uteretur, ideo quasi ex maleficio teneri videtur. h) in his autem casibus in factum actio competit, quae heredi quidem datur, adversus heredem autem non competit.

TITULUS SEXTUS.

DE ACTIONIBUS.

Superest, ut de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud est, quam ius persequendi iudicio, quod sibi debetur.

---

g) *s. neque ex maleficio.* — h) Hic paragraphum nonnulli signant.

Si in caupona vel in navi vel diversorio per dolum alicujus vel per furem ego damnum patiar, ipse *actione* in factum tenebitur, tamquam ex quasi delicto: duntaxat si nullum ipse maleficium commisit, sed unus operariorum vel mercenariorum, per quos navis navigabat, aut caupona vel diversorium exercebatur. Namque ex contractu dicere non licet, obligatum *esse* ipsum dominum navis vel cauponae vel diversorii: neque enim contractus cum eo factus est. Sed quia aliqua ejus culpa arguitur, quatenus malos homines habet ministrantes, ea propter quasi ex delicto tenebitur.

Haec autem in factum actio heredibus quidem injuriam passi dabitur, sed adversus heredes exercitoris non competet.

DE ACTIONIBUS.

TITULUS VI.

Loquuti de obligationibus, deveniamus ad actiones. Hoc enim ex promissis reliquum est: namque in prima Institutione diximus, Jus Romanum versari circa personas, circa res, circa actiones. Quum igitur personarum divisionem diximus in prima Institutione, atque de rebus docuimus in secunda ac parte tertiae, nec non obligationum meminimus, dicamus etiam de actionibus.

Scire autem debes, quas Athenienses vocabant *dicas*, eas Romanos vocare *actiones*. Dictae autem sunt actiones ab agendis in judicium *debitoribus* improbis.

Sed definiamus, quid sit actio: *actio* est jus petendi in judicio, quod sibi debetur.

§ 1. Omnium actionum, quibus inter aliquos apud iudices arbitrosve de quacumque re quaeritur, summa divisio in duo genera deducitur: aut enim in rem sunt, aut in personam. Namque agit unusquisque aut cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio (quo casu proditae actiones in personam sunt, per quas intendit, adversarium ei dare facere oportere, et aliis quibusdam modis); aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus est, movet tamen alicui de aliqua re controversiam. Quo casu proditae actiones in rem sunt. Veluti si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet, et possessor dominum se esse dicat: nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est.

§ 2. Aeque si agat, ius sibi esse de[a]) fundo forte vel aedibus utendi fruendi, vel per fundum vicini eundi agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi, in rem actio est. eiusdem generis est actio de iure praediorum urbanorum, veluti si agat, ius sibi esse altius aedes suas tollendi, pro-

---

a) *in*, def.

---

§ 1. Porro actionum, quas adversus aliquem movemus apud judices, aut apud arbitros, de aliqua re, summa divisio in duo haec genera deducitur: namque actionum aliae in rem sunt, aliae in personam. Agit enim unusquisque adversus eum, quem habet obligatum, aut ex contractu aut ex maleficio: et dicuntur personales, quoniam adversus personam contrahentis vel delinquentis moventur. Et actor haec dicit verba: Si paret, adversarium dare facere oportere, condemna eum, Judex. Sed et aliis modis actio potest institui.

Aut agimus etiam adversus eum, qui nobis obligatus non est, sed de re aliqua corporali, quae in ejus exsistit detentione, quaestionem ei movemus. Hic autem actio in rem inventa est. Nam si agrum aut domum possideas, quae ego mei esse dico dominii, tu vero eadem dicas, dominum te praedicans, *actionem* in rem adversus te instituam, dicens: Si paret rem illam mei esse dominii, condemna o Judex adversarium.

§ 2. In rem autem ago aut de *rebus* corporalibus aut de incorporalibus, et vel confessorie vel negatorie. Et corporalia quidem sunt, *velut* ager, domus: incorporalia autem, velut ususfructus, servitus. Verum in corporalibus confessorie tantum ago, sed in incorporalibus et confessorie et negatorie. Et confessorie quidem ago in corporalibus, quum dico: Si paret, hunc agrum mei esse dominii: confessorie autem in incorporalibus, velut usufructu, tam fundi quam aedium, dicens: Si adparet usumfructum fundi aut aedium meum esse: ast in servitute rustica dico: Si adparet licere mihi ire per agrum vicini, vel aquam inde ducere: aut etiam in servitute aedium, velut si ago dicens, jus mihi competere in altum tollendi aedes meas; aut jus mihi esse in tuum despiciendi, aut menianum protendendi supra atrium tuum vel supra aedes tuas: aut trabium mearum onera in tuos vicini parietes imponendi. Negatorie autem in rem agimus, quum dico in incorporalibus: Si apparet,

spiciendive, vel proiiciendi aliquid vel immittendi b) in vicini aedes. contra quoque de usufructu et de servitutibus praediorum rusticorum, item praediorum urbanorum invicem quoque proditae sunt actiones, ut, si quis intendat, ius non esse adversario utendi fruendi, eundi agendi, aquamve ducendi, item altius tollendi, prospiciendi, proiiciendi, immittendi, istae quoque actiones in rem sunt, sed negativae. quod genus actionis in controversiis rerum corporalium proditum non est: nam in his is agit, qui non possidet; ei vero, qui possidet, non est actio prodita,

b) *i. tignum.*

illum non habere jus utendi fruendi in aedibus meis aut in fundo meo; aut jumenta agendi per agrum meum, vel aquam inde ducendi; aut in altum tollendi aedificia sua; aut despiciendi in meum; aut menianum protendendi supra aedes meas vel atria mea; aut onera imponendi in parietes meos.

Omnes autem hae in rem *actiones* negatorie instituuntur, locum non habentes in corporalibus: namque in corporalibus is solus agit in rem, qui non possidet: possidenti enim actio in rem non datur, neque dicere possum: Si apparet, agrum illius non esse. In uno autem solo casu possessor *actionem* in rem movere potest, qui et possidet et actoris locum obtinet, sicut in latioribus Digestorum libris commode adparebit. Itaque (breviter enim dicendum est) in rem agitur et in corporalibus et incorporalibus: in corporalibus quidem confessorie tantum: (confessoria autem actio est, ubi quis jus sibi competens profitetur, dicens: Si adparet, agrum mei esse dominii:) in incorporalibus vero et confessorie et negatorie: confessorie quidem, quum dico: Si adparet, usumfructum meum esse: negatorie autem, quando nego hoc jus competere adversario, dicens: Si adparet, adversarium non habere usumfructum in agro meo. Itaque in incorporalibus idem non agit et confessorie et negatorie: sed confessorie quidem, qui dicit *jus* sibi incorporale competere, velut usumfructum aut servitutem in alieno dominio; negatorie autem in rem agit fundi aut aedium dominus, contendens adversarium non habere usumfructum vel jus servitutis in sua domo aut in suo agro.

Et quamobrem confessorie possumus agere, non vero negatorie quoque in corporalibus? Atqui haec est ratio: Quisquis agit, victoriam sibi parare debet ex *juribus* ipsi suppetentibus; veluti, Si adparet hunc agrum mei esse dominii: non autem dicere debet actor, Si adparet hunc agrum non esse in dominio adversarii. Nam si actor sic intendat, adversarius ei dicet: primo quidem, meus est ager; si autem meus non est, ut tu dicis, non idcirco tuus, sed alterius est: nec enim semper, *quod* non *est* meum, tuum continuo est. Quod si neque meus neque tuus est ager, *tamen* vincere te debeo in praesenti judicio propter regulam dictitantem: *in pari caussa melior est conditio possidentis.*

Sed haec quidem in *rebus* corporalibus: ast in incorporalibus recte in rem agimus confessorie; sed et negatorie agimus. Et quare non etiam hic, ubi

per quam neget, rem auctoris [c]) esse. sane uno [d]) casu qui possidet, nihilominus actoris partes obtinet, sicut in latioribus digestorum libris opportunius apparebit.

§ 3. Sed istae quidem actiones, quarum mentionem habuimus, et si quae sunt similes, ex legitimis et civilibus causis descendunt. Aliae autem sunt, quas praetor ex sua iurisdictione comparatas habet, tam in rem, quam in personam, quas et ipsas necessarium est exemplis ostendere. Ecce plerumque ita permittit [e]) in rem agere, ut vel actor diceret, se quasi usu cepisse, quod usu non ceperit, vel ex diverso possessor [f]) diceret, adversarium suum usu non cepisse, quod usu ceperit.

§ 4. Namque si cui ex iusta causa res aliqua tradita fuerit (veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum), necdum eius rei dominus effectus est, si eius rei casu [g]) possessionem amiserit, nullam habet directam in rem actionem ad eam rem persequendam:

---

c) *alterius; actoris.* — d) *hoc u.; eo.; u. quoque; non u.* — e) *p. praetor; .. itur.* — f) *possessorem.* — g) def. *casu.*

---

quis negatorie agit in rem, dicimus eum male agere? Non enim ex *jure* ipsi suppetente, sed ex vitioso adversarii *jure* victoriam sibi parare adnititur: ait enim, Si adparet, illum non habere usumfructum. Verum responsio haec est: in negatoria incorporalium actione, etsi verbis in rem negatorie agimus, attamen *ipso* effectu confessoria est: nam quia in confesso est, me esse dominum agri aut aedium, in quibus adversarius sibi usumfructum vel servitutem ait competere; ego dicens, Si adparet, illum non habere usumfructum aut servitutem in meo agro, reipsa haec dicere videor: Si adparet, liberum servitute vel liberum usufructu meum esse agrum: atque sic actio in rem intelligitur esse confessoria, licet negatorie enuntietur.

§ 3. Hae autem in rem *actiones*, quarum mentionem fecimus, atque his similes, ex legitimis et civilibus causis ortum habent. Sunt vero et aliae in rem, item et personales, quas Praetor propria motus sententia invenit. Necesse *est* autem eas per exempla ostendere: veluti, licet nobis nonnunquam in rem agere, licet haud usuceperimus, ac dicere, Si paret hoc meum esse, quasi a me usucaptum: aut e contrario adversus eum qui *rem* meam usucepit ac possidet, agere possum et dicere, Si paret, hanc rem meam esse, quasi eam adversarius meus non usuceperit.

§ 4. Et primo dicamus, ubi quis, qui non usucepit, se fingat usucepisse: veluti, ex justa causa alienam mihi rem bona fide accipienti tradidisti, vel vendens eam, vel donans, aut etiam in dotem mihi dans, vel legans; triennio mihi opus erat ad rem illam usucapiendam; possedi eam duos forte annos; excidi eadem per aliquem casum: directam in rem *actionem* adversus possidentem movere non possum: qui enim, quum non usuceperim? namque in rem *actiones* excogitatae sunt, ut competens sibi dominium quisque per eas

quippe ita proditae sunt iure civili actiones, ut quis dominium suum vindicet. sed quia sane durum erat, eo casu deficere actionem, inventa est a praetore actio, in qua dicit is, qui possessionem amisit, eam rem se usu cepisse, et ita vindicat, suam esse. quae actio Publiciana appellatur, quoniam primum a Publicio praetore in edicto proposita est.

§ 5. Rursus ex diverso, si quis, cum reipublicae causa abesset, vel in hostium potestate esset, rem eius, qui in civitate esset, usu ceperit, permittitur domino, si possessor reipublicae causa abesse desierit, tunc intra annum, rescissa usucapione, eam petere, id est ita petere, ut dicat, possessorem usu non cepisse, et ob id suam esse rem. quod genus actionis quibusdam et [h]) aliis, simili aequitate motus, praetor accommodat, sicut ex latiore digestorum seu pandectarum volumine intellegere licet.

§ 6. Item si quis in fraudem creditorum rem suam alicui tradiderit, bonis eius a creditoribus ex sententia praesidis possessis, permittitur ipsis creditoribus, rescissa traditione, eam rem petere, id est dicere, eam rem traditam non esse, et ob id in bonis debitoris mansisse.

---

h) Def. *et*.

---

vindicet. Sed quoniam inhumanum *foret*, in hac specie actionem non dari homini bona fide possidenti et per casum orbato: Praetor invenit actionem in rem, quam instituens dico, (quoniam hanc rem ex justa causa, veluti venditione, donatione aut dote, bona fide possedi, et mihi usucapio currebat, atque interea ante usucapionis consummationem excidi) quasi usuceperim: Si adparet, hanc rem mei esse dominii. Haec autem in rem actio vocatur Publiciana: quia Publicius praetor eam primus adinvenit.

§ 5. Est etiam in rem *actio*, quae ex contrario instituitur. Nam si quis, rem meam bona fide possidens, interim reipublicae causa peregrinetur, velut propter legationem, aut in hostium potestatem venerit, atque interim, dum ille peregrinatur, aut hic apud hostes est, tempus usucapionis finitum fuerit, et *ambo* reverterint, alter ex peregrinatione, alter elapsus hostibus: licet mihi domino, intra annum post eorum reditum, replicata sive rescissa usucapione, in rem agere: dico enim, quasi adversarius rem meam haud usuceperit, Si adparet, eam mei esse dominii. Hujuscemodi vero genus *actionis* in rem aliis quoque Praetor permisit, simili motus aequitate: sicut ex latioribus Digestorum libris sive Pandecte deprehendere licet.

§ 6. Est sane et alia in rem *actio*, a Praetore inventa, velut in hac specie: multis aliquis debebat; quasdam rerum suarum alienavit, et *ut* dominus scilicet per traditionem dominium in accipientem transtulit: licet creditoribus, ex Praesidis sententia bona debitoris possidentibus, quandoquidem alienatio in fraudem eorum facta est, in rem agere adversus possidentem, quae *actio* dicitur Pauliana: in qua haec dicunt, quasi illa res a debitore tradita non sit, Si adparet eam in dominio debitoris mansisse.

§ 7. Item Serviana et quasi Serviana, quae etiam hypothecaria vocatur, ex ipsius praetoris iurisdictione substantiam capit. Serviana autem experitur quis de rebus coloni, quae pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenentur; quasi Serviana autem, qua creditores pignora hypothecasve persequuntur. inter pignus autem et hypothecam, quantum ad actionem hypothecariam [i]), nihil interest: nam de qua re inter creditorem et debitorem convenerit, ut sit pro debito obligata, utraque hac appellatione continetur. sed in aliis differentia est: nam *pignoris* appellatione eam proprie contineri dicimus, quae simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit; at eam, quae sine traditione nuda conventione tenetur, proprie *hypothecae* appellatione contineri dicimus.

§ 8. In personam quoque actiones ex sua iurisdictione propositas habet praetor. Veluti de pecunia constituta, cui similis videbatur re-

---

i) *h. pertinet; h. attinet.*

---

§ 7. Serviana quoque et quasi Serviana in rem *actio* (quae hypothecaria adpellatur) ex Praetoris est jurisdictione, et ipsa eamdem habens substantiam. Utitur autem quis Serviana in hac specie: agrum a me conduxisti, et factus mihi fuisti colonus, ad praestandos mihi mercedis nomine in singulum annum centum solidos: induxisti autem in eum agrum res aliquas, velut equos, boves, servos, vestem, argentum, pactus ut haec mihi mercedis nomine supposita sint: si contingat te in mercede *praestanda* cessare, possum adversus quemlibet, qui rem *aliquam* possidet de inlatis in meum agrum, Servianam instituere, si mercedem non accipio.

Quasi autem Serviana locum habet in hac specie: mutuos a me sumsisti decem aureos; quasdam mihi res dedisti pignoris nomine, aut supposuisti etiam mihi res tuas, dicens etiam suppono tibi propter hoc debitum hanc rem et illam: te cessante in solutione debiti, adversus omnem possessorem detinentem res mihi pignori datas aut suppositas, recte quasi Servianam instituo, *eas*que aufero, si debitum mihi non solvatur.

Inter pignus autem et hypothecam, quantum quidem *ad id* ut quasi Servianam instituam, nulla est differentia: sive enim pignori dederis sive supposueris mihi res tuas tu debitor, pro iis quae mutua sumsisti, recte agam quasi Serviana. Sed in aliis est differentia: Pignus enim proprie dicitur id quod creditori traditur, maxime quum est mobile: quod vero sine traditione nudo pacto supponitur, illud proprie hypotheca nominatur.

§ 8. Non solum autem in rem, ut dictum est, sed etiam personalem *actionem* Praetor invenit, velut constitutae pecuniae; haec enim civilis non est: locum autem habet in hac specie: debebas mihi centum aureos; incidi in te, eos*que* a te petii; tu adpellatus et praesentem molestiam evitare cupiens, respondisti dicens: decimo hujus mensis *die* eos tibi exsolvam; constituto tempore elapso flagitabam te; dicebas tu, actionum fines artificiose captans,

ceptitia: sed ex nostra constitutione (cum et, si quid plenius habebat, hoc in pecuniam constitutam [k]) transfusum est) et [l]) ea, quasi supervacua, iussa est cum sua auctoritate a nostris legibus recedere. Item praetor proposuit [m]) de peculio servorum filiorumque familias, et ex qua quaeritur, an actor iuraverit, et alias complures.

§ 9. De pecunia autem constituta cum omnibus agitur, quicumque vel pro se vel pro alio soluturum se constituerit, nulla scilicet stipulatione interposita. nam alioquin, si stipulanti promiserit, iure civili tenetur.

---

k) *actionem pecuniae constitutae.* — l) def. *et.* — m) *p. actionem.*

---

neutiquam te esse obligatum: neque enim stipulatio facta fuit, ut *actio* ex stipulatu adversus te instituatur; neque mandatum subsecutum, ut mandati *actio* competat: videns igitur tergiversationem tuam Praetor, utpote contrariam, quia *cum* tuis ipsius promissis pugnabas, constituit pecuniae constitutae *actionem.*

Erat autem olim huic pecuniae constitutae actioni similis etiam *actio* receptitia, quae competit argentario respondente et *constituente.* Et receptitiae quidem *actionis* ac pecuniae constitutae convenientia haec est, quatenus utraque ex constituendo nascitur: differentia autem, quod pecuniae quidem constitutae *actio* in quovis alio constituente locum habeat, receptitia autem in solo argentario. Et altera *est* differentia, quod pecuniae quidem constitutae *actio* locum habeat, quando constituuntur, *quae* pondere, numero, mensura *constant;* sed receptitia, qualecumque quod debetur fuerit, sive mobile sive immobile, constituente argentario, institui potest. Itaque pecuniae constitutae *actio* personis quidem ampliatur, namque quilibet constituit; sed rebus coarctatur, sola enim, *quae sunt* ponderis, numeri, mensurae, constituuntur: receptitia autem e diverso coarctatur personis, nam solus argentarius ea tenetur; sed ampliatur rebus, quaelibet enim debita in se recipit.

Verum haec olim: facta est autem constitutio Imperatoris nostri, quae solam pecuniae constitutae *actionem* et adversus argentarium et quemvis alium constituentem moveri jussit, tollens receptitiam. Rerum vero ampliationem, quam in se habebat receptitia, transtulit in *actionem* pec. const., ita ut hodie pecuniae const. *actio* locum habeat adversus omnem constituentem, et in omni re debita.

Reperit etiam Praetor de peculio, *actionem* adversus patrem aut adversus dominum, contractuum cum servis aut filiisfamilias celebratorum nomine.

Sed et in factum *actionem* invenit, quae competit in hac specie: si debitum te poscam, tu vero neges *te* id debere, *ac* postea jusjurandum mihi injunxeris, atque ego juravero *mihi* deberi, ex ipso hoc jurejurando *actio* mihi in factum dabitur. Sed et alias complures actiones invenit Praetor.

§ 9. *Actio* autem pecuniae constitutae (ad eam enim denuo recurramus) adversus omnem constituentem movetur, sive pro se sive pro alio *se* soluturum quis promiserit, nulla scilicet stipulatione interposita: hac enim subsecuta, *jus* civile *actionem* ex stipulatu dat.

§ 10. Actiones autem de peculio ideo adversus patrem dominumve comparavit praetor, quia, licet ex contractu filiorum servorumve ipso iure non teneantur, aequum tamen est, peculio tenus, quod veluti patrimonium est filiorum filiarumque, item servorum, condemnari eos.

§ 11. Item si quis postulante adversario iuraverit, deberi sibi pecuniam, quam peteret, neque ei solvatur, iustissime accommodat ei talem actionem, per quam non illud quaeritur, an ei pecunia debeatur, sed an iuraverit.

§ 12. Poenales quoque actiones bene n) multas ex sua iurisdictione introduxit: veluti adversus eum, qui quid ex albo eius corrupisset; et in eum, qui patronum vel parentem in ius vocasset, cum id non impetrasset; item adversus eum, qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur, cuiusve dolo alius exemerit; et alias innumerabiles.

---

n) *paene*, def.

---

§ 10. Actionem vero de peculio idcirco excogitavit Praetor adversus patrem aut adversus dominum, quoniam, quamvis maxime ex contractibus cum *hominibus* alienae potestatis ipso jure domini aut patres non teneantur, (hoc enim civili legislationi incognitum est:) tamen propter naturalem aequitatem usque ad peculii quantitatem condemnantur: quod peculium liberorum in potestate *constitutorum*, masculorum puta et feminarum, patrimonium est, quin et similiter servorum: ita ut domini aut patres usque in tantam condemnentur quantitatem.

§ 11. Sed *actio* in factum ex jurejurando (latius enim de illa disserendum est:) locum habet, uti dictum est, quando me poscente a te debitum, delato mihi jurejurando, juravero te tantam debere summam, quam quoque posco. Nam si eam non solveris, dabitur mihi in factum *actio:* quam *ego* instituens ostendere non cogor, utrum mihi quid debeatur an non debeatur, sed hoc solum me probante, quod juraverim, necesse *est* te condemnari.

§ 12. Porro et poenales actiones invenit Praetor: veluti, edictum Praetor proposuit; veniens autem quis illud dirupit aut abstulit: adversus hunc actio est in factum *albi corrupti*. Album vero dicitur edictum, propterea quod albis scriberetur litteris.

Magnus patronis nec non patribus quoque debetur honos a liberis et libertis: pars autem honoris et illud est, quod eos non possint in judicium vocare sine veniae petitione: sed finge filium emancipatum, ut judicium consistere possit. Si igitur filius patrem vel libertus patronum sine veniae petitione in judicium vocaverit, *actione* in factum tenetur, atque in certam pecuniae summam condemnatur.

Eum qui obligatus mihi erat, in jus vocatum, vi aliquis exemit, aut per dolum non permisit in judicium venire, condemnabitur *actione* in factum, et tantum ab eo exigetur, quantum ego ab illo in jus vocato exigebam. Sunt autem et aliae innumerae in factum *actiones* poenales.

§ 13. Praeiudiciales actiones in rem esse videntur, quales sunt, per quas quaeritur, an aliquis liber, vel libertus sit, vel de partu agnoscendo. ex quibus fere una illa legitimam causam habet, per quam quaeritur, an aliquis liber sit; ceterae ex ipsius praetoris iurisdictione substantiam capiunt.

§ 14. Sic itaque discretis actionibus, certum est, non posse actorem rem suam ita ab aliquo petere, *si paret, eum dare oportere:* nec enim, quod actoris est, id ei dare oportet, quia scilicet dari cuiquam id intellegitur, quod ita datur, ut eius fiat; nec res, quae iam actoris est, magis eius fieri potest. plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut, extra poenam dupli aut quadrupli, rei recipiendae nomine fures etiam hac actione teneantur, *si paret, eos dare oportere*, quamvis sit adversus eos etiam haec in rem actio, per quam rem suam quis esse petit.

§ 15. Appellamus autem in rem quidem actiones *vindicationes;* in

---

§ 13. Sunt vero et actiones praejudiciales, quae in diversis moventur casibus. Praejudicium autem est formula ex sola constans intentione, neque enim condemnationem in se habet. In rem vero hoc est judicium, veluti in hac specie: contendebat quis adversus dominum suum, dicens se illius servum non esse; aut libertus meus proclamabat ad ingenuitatem: potest in unoquoque horum casuum praejudicialiter in rem agi; namque ad libertatem proclamans potest agere dicens, Si adparet me liberum esse, nec insuper addere, Condemna judex.

Talis etiam est actio in rem praejudicialis de partu agnoscendo, sive de partus agnitione: veluti, habebam ego uxorem; praegnans ex me facta est; solutum est repudio matrimonium; natus est puer; nolebam hunc alere; potest agere mecum mulier, coactura me ut hunc puerum alam: et coget me, siquidem se probaverit ex me factam fuisse praegnantem. Tres igitur diximus actiones praejudiciales, quarum duas quidem invenit Praetor, una autem ex *jure* civili descendit, ubi quis dicit, Si adparet me esse liberum.

§ 14. Diximus, actionum alias esse in rem, alias personales: his itaque discretis multumque inter se distantibus, illud manifestum est, non posse actorem rem, cujus dominus sit, per actionem personalem petere ac dicere, Si adparet adversarium hanc rem mihi dare oportere: neque enim, quod sub alicujus dominio est, hoc ei dari potest: (nam dare est dominum facere; actor autem rei suae amplius dominus fieri haud potest:) excipe mihi condictionem furtivam, quam adversus furem instituere possumus, ipsius rei surreptae nomine: namque odio furum, ut multis teneantur actionibus, negligimus hic regulas: per furti enim *actionem* duplum vel quadruplum consequimur, ipsam autem *rem* subreptam repetimus, aut secundum regulam per *actionem* in rem, aut praeter regulam per condictionem furtivam, dicentes: Si adparet, illum dare oportere.

§ 15. Omnes autem in rem *actiones* in genere vocantur Vendicationes,

personam vero actiones, quibus dare facere oportere intenditur, *condictiones*. *condicere* enim est *denuntiare* prisca lingua; nunc vero abusive dicimus, condictionem actionem in personam esse, qua actor intendit, dari sibi oportere. nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit.

§ 16. Sequens illa divisio est, quod quaedam actiones rei persequendae gratia comparatae sunt, quaedam poenae persequendae, quaedam mixtae sunt.

§ 17. Rei persequendae causa comparatae sunt omnes in rem actiones. Earum vero actionum, quae in personam sunt, hae quidem, quae ex contractu nascuntur, fere omnes rei persequendae causa comparatae videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor, item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto vendito, locato conducto. plane, si depositi agetur eo nomine, quod tumultus, incendii, ruinae, naufragii causa depositum sit, in duplum actionem praetor reddit, si modo cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum herede eius ex dolo ipsius agetur: quo casu mixta est actio.

§ 18. Ex maleficiis vero proditae actiones aliae tantum poenae per-

---

sicut et omnes personales Condictiones adpellantur. Atqui unde Condictio nominetur, necesse *est* dicere: *condicere* secundum antiquam linguam est denuntiare: olim enim, qui cum aliquo litem habebat, denuntiabat ei, Venito illa die, ut judicium mecum subeas: hodie autem abusive condictio dicitur illa actio, quam actor instituens dicit, Si adparet, illum dare oportere; quoniam secundum id quod nunc obtinet, nulla adversario fit denuntiatio; nec enim actor ei denuntiat, oportere eum venire illa die ac judicium subire.

§ 16. Altera actionum divisio haec *est*, quod quasdam actiones instituimus ad rei persequutionem, id est nudam rem petentes, quasdam ad poenae exactionem: nonnullae autem sunt mixtae, quae et rei persequutionem habent, et poenales quoque sunt.

§ 17. Et ad rei quidem persequutionem inventae sunt omnes in rem actiones: de personalibus autem, quotquot ex contractibus oriuntur, fere omnes ad rei persequutionem solam habent condemnationem: veluti mutui condictio, *actio* ex stipulatu, commodati, depositi, pro socio, ex emto, ex vendito, locati, conducti. Quoniam vero dixi, *actionem* depositi solam rei habere persequutionem, scire debes, si publico exorto tumultu, aut minante incendio vel ruina, aut instante naufragio, rem apud Titium deposuerim, et ille postea conventus restituere cessaverit; fore ut, instituta adversus ipsum Titium aut etiam adversus ejus heredes *actione* depositi, dummodo dolus probetur ab herede commissus, condemnetur non solum ad rem sed et alterum tantum solvendum: et *actio* depositi in duplum connumerabitur, licet ex contractibus nata, perinde ac mixtis adnumerata, quae et poenae et rei exactionem habent.

§ 18. Natae autem ex delicto actiones, aliquando solius poenae habent

sequendae causa comparatae sunt, aliae tam o) poenae, quam rei persequendae, et ob id mixtae sunt. Poenam tantum persequitur quis actione furti: sive enim manifesti agatur quadrupli, sive nec manifesti dupli, de sola poena agitur: nam ipsam rem propria actione persequitur quis, id est suam esse petens, sive fur ipse eam rem possideat, sive alius quilibet; eo amplius adversus furem etiam condictio est rei.

§ 19. Vi autem bonorum raptorum actio mixta est, quia in quadruplum rei persecutio continetur, poena autem tripli est. Sed et legis Aquiliae actio de damno p) mixta est, non solum, si adversus infitiantem in duplum agatur, sed interdum et, si in simplum quisque agit. veluti si quis hominem claudum aut luscum occiderit, qui in eo anno integer et magni pretii fuerit: tanti enim damnatur, quanti is homo in eo anno plurimi fuerit q), secundum iam traditam divisionem. Item mixta est actio contra eos, qui relicta sacrosanctis ecclesiis vel aliis venerabilibus locis legati vel fideicommissi nomine dare distule-

---

o) *a. rei, a.. t.* — p) *de d. iniuriae; de d. iniuria dato;* def. — q) *p. et magni pretii f.;* def. *tanti .. pl. fuerit.*

---

exactionem, aliquando tam poenae quam rei ipsius, ita ut sint mixtae. Solam poenam exigimus per *actionem* furti, sive manifesti agatur ad quadruplum, sive nec manifesti ad duplum: ipsam enim rem subreptam per propriam petimus actionem, vel per *actionem* in rem, sive eam fur, sive quis alius possidet, vel per condictionem furtivam, quam adversus furem ipsum instituere possumus.

§ 19. Vi autem bonorum raptorum *actio* mixta est: nam in quadruplo etiam rei exactio est. Quadruplum igitur in mera poena non est.

Sed et actio ex *L.* Aquilia mixta est: non solum quando adversus infitiantem in duplum movetur, sed interdum etiam, quando in simplum format intentionem. Nam si quis servum meum, qui claudus erat vel luscus, occiderit; at is in eo anno integer fuerat, septem forte aut octo aut novem etiam mensibus ante caedem: scis judicem retro se referre ad totum annum, quando primum *Legis* Aquiliae caput tractatur, et quocumque tempore servum occisum plurimi fuisse invenerit, ad illius diei aestimationem facere condemnationem, secundum jam traditam divisionem. Ecce hic, etsi in simplum instituitur *actio*, tamen et poenae habet exactionem: interdum enim, quum servus peremtus caedis tempore valeret X solidis, condemnatio fit in C quia tanti fuerat dignus eo tempore, quo incolumis erat.

Similiter vero mixta est actio in hac specie: moriens quis legatum vel fideicommissum reliquit ecclesiae aut monasterio aut oratorio aut alii ejusmodi venerabili loco; deinde is qui legatum vel fideicommissum debebat,

rint usque adeo, ut etiam in iudicium vocarentur: tunc etenim et ipsam rem vel pecuniam, quae relicta est, dare compelluntur, et aliud tantum pro poena, et ideo in duplum eius fit condemnatio.

§ 20. Quaedam actiones mixtam causam obtinere videntur, tam in rem, quam in personam. qualis est familiae erciscundae actio, quae competit coheredibus de dividenda hereditate; item communi dividundo, quae [r]) inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, ut id dividatur; item finium regundorum, quae inter eos agitur, qui confines agros habent. in quibus tribus iudiciis permittitur iudici, rem alicui ex litigatoribus ex bono et aequo adiudicare, et si, unius pars praegravare videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare.

§ 21. Omnes autem actiones vel in simplum conceptae sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum: ulterius autem nulla actio extenditur.

---

r) *qua.*

---

eousque cessavit praestare solutionem, donec in judicium vocatus adesset: tunc enim et ipsam rem relictam, aut pecuniae summam, dare cogitur, et alterum tantum poenae nomine: ut inde adpareat, *actionem hanc* in duplum habere condemnationem.

§ 20. Sunt quaedam actiones, quae et *actionis* in rem et *actionis* personalis naturam in se habent. Tale est familiae erciscundae *judicium*, quod inter coheredes competit de divisione rerum hereditariarum. Habet enim et in rem actionis proprietatem, quatenus de rebus instituitur: (namque omnis coheres ex parte dominus est:) et vero habet personalis *actionis* effecta; in hoc enim *judicio* exquiruntur et in condemnationem veniunt capita, quae *actionis* personalis, non autem realis propria sunt: sicuti in *libris* de Judiciis cum Deo docebimur.

Idem quoque dicendum est et in *judicio* Communi dividundo, quod moveri solet inter eos, qui res ex quacumque causa communes habent, ad illas dividendas.

Praedictis actionibus etiam adnumeratur finium regundorum *judicium*, quod inter confines exercetur, qui de finibus inter se controversiam habent.

In his autem tribus judiciis permissum est judici, prout justum atque optimum ei videatur, rem communem uni litigantium addicere, atque alteri alteram adjudicare; veluti et huic C solidis dignam, et illi C solidis dignam. Ideo enim haec judicia constituuntur, ut communio cesset et nascens inde discordia. Quod si eveniat, ut uni ager mille solidis dignus adsignetur, alteri domus octingentorum solidorum, condemnabitur qui agrum M solidorum accepit, eo quod portio illius major est, dare ei qui domum DCCC solidorum accepit, C solidos, ut quisque eorum nongentenos habeat solidos.

§ 21. Tertia actionum divisio haec est: namque omnis actio aut in sim-

§ 22. In simplum agitur, veluti ex stipulatione, ex mutui datione, ex empto vendito, locato conducto, mandato, et denique ex aliis compluribus causis.

§ 23. In duplum agimus, veluti furti nec manifesti, damni iniuriae ex lege Aquilia, depositi ex quibusdam casibus [s]). item servi corrupti, quae competit in eum, cuius hortatu consiliove servus alienus fugerit, aut contumax adversus dominum factus est, aut luxuriose vivere coeperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit: in qua actione etiam earum rerum, quas fugiendo servus abstulit, aestimatio deducitur. item ex legato, quod venerabilibus locis relictum est, secundum ea, quae supra diximus.

§ 24. Tripli vero, cum quidam maiorem verae aestimationis quantitatem in libello conventionis inseruit, ut [t]) ex hac causa viatores, id est executores litium, ampliorem summam sportularum nomine exegerint: tunc enim id [u]), quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, in [u]) triplum ab actore consequetur, ut in hoc triplo et

---

s) *causis.* — t) *et.* — u) def. *id;* loco *in, id.*

---

plum, aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum habet condemnationem: ultra quadruplum autem nulla invenitur.

§ 22. Atque in simplum quidem condemnationem habent, velut actio ex stipulatu, ex mutuo, ex emto, ex vendito, locati, conducti, mandati, aliaeque ex compluribus causis nascentes actiones.

§ 23. In duplum vero, velut furti nec manifesti, ac *Legis* Aquiliae ex infitiatione, et depositi nonnunquam, veluti quum non redditur, *quod* tumultus aut incendii causa depositum *fuit.* Item et servi corrupti, quae adversus eum competit, qui servo meo suadet consiliumve dedit, ut fugeret, aut ut contumax adversus me fieret, aut luxuriose viveret, aut simpliciter mores suos quomodocumque pejores faceret: instituta autem hac servi corrupti *actione,* convenietur etiam in rerum ab illo subreptarum aestimationem.

In duplum condemnationem, ut dictum est, habet etiam legatum vel fideicommissum, venerabilibus locis relictum, neque ante in jus ventionem persolutum.

§ 24. In triplum fit condemnatio in hac specie. Constitutio est Imperatoris nostri, quae litium exsequutoribus sportularum nomine certum quid dari jussit, pro quantitate libello conventionis inserta: ut exempli causa, ad centum usque solidos constituit dandum esse dimidium solidi; si vero major sit quantitas, et sportulas fore majores. Ego igitur adversarium meum volens damno adficere, majorique sportularum damnationi subjicere, quum mihi ab eo centum solidi deberentur, misi illi libellum in mille solidos, et necesse igitur fuit reo, utpote magna quantitate libello inserta, majores dare sportulas: petitione ergo excussa, compertum est centum mihi solidos deberi: et

simplum, in quo damnum passus est, connumeretur. quod nostra constitutio induxit, quae in nostro codice fulget, ex qua v) dubio procul est, ex lege condicticiam w) emanare.

§ 25. Quadrupli, veluti furti manifesti, item de eo, quod metus causa factum sit, deque ea pecunia, quae in hoc data sit, ut is, cui datur, calumniae causa negotium alicui faceret, vel non faceret, item ex lege condicticia, a x) nostra constitutione oritur, in quadruplum condemnationem imponens his executoribus litium, qui contra nostrae constitutionis normam a reis quicquam exegerint.

§ 26. Sed furti quidem nec manifesti actio, et servi corrupti a ceteris, de quibus simul locuti sumus, eo differt, quod hae actiones omnimodo dupli sunt; at illae, id est damni iniuriae ex lege Aquilia et

---

v) *quam.* — w) *condicticia.* — x) *quae a;* def.

---

quoniam plura, quam eum ex vero dare oportebat, dedit, verbi gratia alios sex aureos, nascetur contra me actorem ex dicta constitutione Condictio ex lege, conveniens me in solidos XVIII tum ipsos ex superfluo datos sex solidos, tum alios XII; namque ex lege condictionem sine controversia ex constitutione nasci convenit.

§ 25. In quadruplum condemnationem habent *actiones* furti manifesti, item et metus causa: nam si cui metum incussero, atque effecero ut propriam mihi rem traderet, habebit adversus me metus causa *actionem*, eique in quadruplum condemnabor.

Sunt etiam duae in factum *actiones*, condemnationem in quadruplum habentes, velut in hac specie: centum tibi aureos dedi, ut litem adversus Titium moveres, nec sinas eum sine molestia degere: potest Titius contra te actionem in factum movere, quadringentos te poscens aureos. Vel volebat etiam quis, nullam habens adversus me actionem, per calumniam in jus me trahere: ego mihi metuens propter suppetentem a negotiis quietem, dedi illi centum aureos, ut intentata mihi evitarem judicia: possum regressus adversus eum instituere in factum *actionem*, atque aureorum a me datorum quadruplum ipsum reposcere.

Est etiam ex lege Condictio ex Imperatoris nostri constitutione, condemnationem habens in quadruplum, velut in casu hujusmodi: in judicium vocavi adversarium meum; misi eidem libellum debitae mihi ex vero quantitatis; oportebat exactorem nomine sportularum accipere duos solidos; accepit solidos octo: instituetur adversus eum ex lege condictio, in quadruplum octo solidorum ipsum conveniens.

§ 26. Diximus condemnationem in duplum habere furti manifesti *actionem*, et servi corrupti, et *L.* Aquiliam, et *actionem* depositi: interdum et petitionem legati vel fideicommissi, quod venerabilibus locis relictum est. Differentia autem inter illas actiones haec *est:* quod furti nec manifesti et servi corrupti *actiones*

interdum y) depositi, infitiatione duplicantur, in confitentem autem in simplum dantur; sed illa, quae de his competit, quae relicta venerabilibus locis sunt, non solum infitiatione duplicatur, sed et, si distulerit relicti solutionem, usque quo iussu magistratuum nostrorum conveniatur, in confitentem vero, et z) ante, quam iussu magistratuum conveniatur, solventem, simpli a) redditur.

§ 27 Item actio de eo, quod metus causa factum sit, a ceteris, de quibus simul locuti sumus, eo differt, quod eius natura tacite continetur, ut, qui iudicis iussu ipsam rem actori restituat, absolvatur. quod in ceteris casibus non ita est, sed omnimodo quisque in quadruplum condemnatur, quod est et in furti manifesti actione.

§ 28. Actionum autem quaedam bonae fidei sunt, quaedam stricti iuris. Bonae fidei sunt hae: ex empto vendito, locato conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio tutelae, commodati, pigneraticia, familiae erciscundae, communi dividundo, praescriptis verbis, quae de aestimato proponitur, et ea, quae ex permutatione competit, et hereditatis petitio. quamvis enim usque adhuc incertum erat,

---

y) *et de dolo i.; et de dolo i. et.* — z) *et* def. — a) *in simplum; simplum.*

---

omni modo in duplum habent condemnationem, sive quis neget sive confiteatur; *L.* vero Aquilia et depositi *actio* in dictis casibus duplicantur quidem adversus negantes, sed adversus confitentes in simplum faciunt condemnationem. In legato autem ecclesiis relicto, vel aliis etiam locis venerabilibus, non modo si quis infitietur, condemnatio adversus eum est in duplum, sed etiam si cesset relicti solutionem facere, donec jussu competentium magistratuum interpelletur: namque adversus confitentem et ante jussum magistratuum exsolventem, in simplum est solutio.

§ 27. In iis vero quae in quadruplum habent condemnationem, haec est differentia: nam metus causa *actio* differt a ceteris eo, quod tacite ejus naturam consequitur; si *quis* enim ea conventus, jussu judicis, rem per vim raptam actori restituerit, absolvitur: quod in ceteris actionibus ita *se* non habet; in illis enim omni modo unus quisque in quadruplum condemnatur, velut in duabus in factum *actionibus* et *in* condictione ex lege, quae adversus exsequutorem, majores legitimis sportulas accipientem, competit, sicut et in furti manifesti *actione.*

§ 28. Actionum aliae sunt bonae fidei, aliae *sunt* strictae. Bonae fidei sunt hae: ex emto, ex vendito, locati, conducti, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelae, commodati, pigneratitia, familiae erciscundae, communi dividundo, praescriptis verbis aestimatoria dicta: locus autem illi est, si rem aestimatam, velut ornamentum vel aliud quid tale, tradidero tibi ut vendas, dicens: aut refer mihi centum solidos, aut ipsam rem: et altera praescriptis verbis, quae in permutatione competit: hereditas petitio: quamvis

sive inter bonae fidei iudicia connumeranda sit [b]), sive non, nostra tamen constitutio aperte eam esse bonae fidei disposuit.

§ 29. Fuerat antea et rei uxoriae actio ex bonae fidei iudiciis: sed cum pleniorem esse ex stipulatu actionem invenientes, omne ius, quod res uxoria ante habebat, cum multis divisionibus, in ex stipulatu actionem, quae de dotibus exigendis proponitur, transtulimus, merito, rei uxoriae actione sublata, ex stipulatu, quae pro ea introducta est, naturam bonae fidei iudicii tantum in exactione dotis meruit, ut bonae fidei sit. sed et tacitam ei dedimus hypothecam: praeferri autem aliis creditoribus in hypothecis tunc censuimus, cum ipsa mulier de dote sua experiatur, cuius solius providentia hoc induximus.

§ 30. In bonae fidei autem iudiciis libera potestas permitti videtur iudici ex bono et aequo aestimandi, quantum actori restitui debeat. In quo et illud continetur, ut, si quid invicem actorem praestare oporteat, eo compensato, in reliquum ei is, cum quo actum est, condemnari

---

b) *s. hereditatis petitio.*

---

enim vel maxime hoc controvertebatur, incertumque erat, utrum bonae fidei judiciis adnumeraretur, an non adnumeraretur; tamen Imperatoris nostri constitutio aperte eam ex bonae fidei *judiciis* esse jussit.

§ 29. Et olim rei uxoriae *actio:* haec autem competebat post matrimonii dissolutionem mulieri adversus maritum suum ad rerum dotalium receptionem, eratque ex *actionibus* bonae fidei. Sed Imperatoris nostri constitutio eam tollens, ad dotis recuperationem dedit ex stipulatu *actionem*, tamquam latiorem, omneque *actionis* rei uxoriae jus in eam transtulit, atque in hac specie *actionem* ex stipulatu bonae fidei effecit: aliasque multas divisiones inveniens, ipsi ex stipulatu *actioni*, ad repetitionem dotis competenti, tacitam quoque hypothecam dedit [*actioni* ex stipulatu ad dotis repetitionem], et praelationem ante quemvis creditorem, etsi tempore veterior est; sed tunc, quum mulier ipsas *rei* a se datas dotis nomine vult recipere: itaque in repetitione donationis antenuptialis, vel donationis propter nuptias factae, si *actione* ex stipulatu velit uti, haud eadem consequetur privilegia.

§ 30. In bonae fidei judiciis jus dicenti potestas data est ex bono et aequo judicandi, quantum actori reum restituere oporteat. Pars autem liberae hujus potestatis judicis et haec est: nam si quis adversus me bonae fidei actionem movet, decem me solidos poscens, sed contra mihi quinque solidos debet, compensans judex, quae ille mihi contra debet, non in decem solidos, sed in quinque me condemnabit. Compensatio autem est mutua computatio, id est debita inter se *conferre* et computare.

Haec ergo vult natura judiciorum bonae fidei: in strictis autem, quia ipsius rigoris habetur ratio, si quis adversus me agens forte de solidis decem,

debeat. sed et in strictis iudiciis ex rescripto divi Marci, opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur. sed nostra constitutio eas compensationes, quae iure aperto nituntur, latius introduxit, ut actiones ipso iure minuant, sive in rem, sive personales, sive alias quascumque, excepta sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi, satis impium esse credidimus c), ne, sub praetextu compensationis, depositarum rerum quis exactione defraudetur.

§ 31. Praeterea quasdam actiones *arbitrarias*, id est *ex arbitrio iudicis pendentes*, appellamus, in quibus, nisi arbitrio iudicis is, cum quo agitur, actori satisfaciat, veluti rem restituat, vel exhibeat, vel solvat, vel ex noxali causa servum dedat, condemnari debeat. Sed istae actiones tam in rem, quam in personam inveniuntur. in rem: veluti

---

c) *credimus*.

---

etsi invicem quinque debet, nihilominus in decem condemnabor. Atque haec, quantum ex ipso rigore: sed facta est constitutio Marci Imperatoris, quae ait, me stricta actione conventum de solidis X, cum mihi deberentur V, posse actioni opponere exceptionem doli: atque hac opposita exceptione, judici occasio datur admittendi compensationem, et in solos V solidos condemnandi.

Haec igitur ex constitutionibus veterioribus: at Imperatoris nostri constitutio jubet, manifestas et indubias compensationes ipso jure minuere actionem, sive in rem sit sive personalis, velut: habet quis adversus me actionem, sive strictam sive bonae fidei, de solidis X, sed contra mihi debet solidos III, ipso jure, simulac *aliquid* contra debetur, actio adversus me minuitur solidis tribus, ut haud amplius X sed VII tantum solidos debeam. Haec vero dixi locum habere in omni *actione* in rem et personam, sola depositi excepta: si quis enim decem solidos apud me deposuerit, et mihi contra tres debeat, sed adversus me depositi agat, solidos decem persequetur: namque absurdissimum putavit sanctissimus Imperator noster, compensationem opponi, atque hujus praetexto rerum depositarum repetitionem in solidum haud fieri.

§ 31. Sunt actiones quaedam, quas arbitrarias appellamus, quia ex judicis arbitrio pendent: in quibus, nisi interventione ac jussu judicis reus restituat, aut in medium proferat, aut solvat, aut in noxam dedat, servum aut rem actori, omnino condemnatur: hoc autem si faciat ac restituat, vel unum e dictis peragat, effugit condemnationem, quia haec actionibus proprie inhaerent.

Hae autem sunt aliae in rem, aliae personales. In rem, veluti Publiciana: instituo autem eam, si *re* bona fide possessa atque usucapienda interim excidi. Et Serviana talis quoque est, quam in res coloni moveo, qui pro mercede fundi res ab eo illuc illatas mihi oppigneravit. Est etiam quasi Serviana, quae hypothecaria nominatur, cuilibet creditori data ad rerum oppignerarum vindicationem: una enim harum mota, si reus jussui judicis parens, rem ante condemnationem restituerit, absolutionem consequetur.

Publiciana, Serviana de rebus coloni, quasi Serviana, quae etiam [d]) hypothecaria vocatur. in personam: veluti quibus de eo agitur, quod aut [e]) metus causa, aut dolo malo factum est, item qua [f]) id, quod certo loco promissum est, petitur. ad exhibendum quoque actio ex arbitrio iudicis pendet. In his enim actionibus et ceteris similibus permittitur iudici ex bono et aequo, secundum cuiusque rei, de qua actum est, naturam aestimare, quemadmodum actori satisfieri oporteat.

§ 32. Curare autem debet iudex, ut omnimodo, quantum possibile ei sit, certae pecuniae vel rei sententiam ferat, etiamsi de incerta quantitate apud eum actum est.

§ 33. Si quis agens in intentione sua plus complexus fuerit, quam ad eum pertineret, causa cadebat, id est rem amittebat, nec facile in integrum a praetore restituebatur, nisi minor erat vigintiquinque annis. huic enim sicut in aliis causis causa cognita succurrebatur, si lapsus

---

d) Def. *etiam.* — e) *vi a.* — f) *cum.*

Personales vero arbitrariae sunt, metus causa et de dolo *actiones.* Metus autem causa est, quam adversus te instituo, rem mihi vi ereptam a te petens: si enim judici parens rem mihi restituas, condemnationem quadrupli effugis. Etiam de dolo *actio* talis *est*: velut induxisti me, forte inebrians aut alitercumque decipiens, atque effecisti ut meam ego rem tibi traderem: tandem ego me ipse recuperans, *actionem* de dolo adversus te moveo: et si ante condemnationem rem mihi restituas, effugis condemnationem et consequentem inde infamiam.

Sed et ad exhibendum actio, arbitraria est: nam si rem, quam celas, restitueris, haud amplius condemnaberis. In omnibus ergo his ac similibus actionibus permissum est judici, ex bono et aequo, secundum uniuscujusque actionis naturam, aestimare et judicare quemadmodum satis fieri actori debeat.

§ 32. Ed adhortamur judicem, ut, quantum ei *est* possible, in certam quantitatem aut in certam rem faciat condemnationem, etiamsi incerta sit, quae apud eum instituitur actio; et dicat, Condemno hunc in C solidos, aut, Condemno hunc in illam rem: non autem pronuntiet, Quantum compertus fuerit debere: namque ejusmodi condemnatio non reperietur finis exsistere controversiae, sed alterius controversiae ac litis principium.

§ 33. Actorem vero adhortor, ut intentionem atque actionem ad verum debitum redigat: nam si majorem quantitatem, quam quae ei debetur, proposuerit, velut, quum decem ei solidi deberentur, de XV *actionem* movit, non modo superfluos quinque non capiet, sed et decem vere ipsi debitis excidit. Haec autem definitio *est* plus petitionis, veritati admiscere mendacium: ac neque adjuvatur, neque facile in integrum restitutione fruetur, nisi forte XXV annis minor sit: namque adulto, ut et in aliis multis causis, Praetor causa cognita, id est causam cognoscens, et comperiens eum propter juvenilem aeta-

iuventute fuerat, ita et in hac causa succurri solitum erat. sane, si tam magna causa iusti erroris interveniebat, ut etiam constantissimus quisque labi posset, etiam maiori vigintiquinque annis succurrebatur: veluti si quis totum legatum petierit, post deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta sit, aut quibusdam aliis legata data sint, quae efficiebant, ut plus petisse videretur petitor, quam dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata minuebantur. Plus autem quatuor modis petitur: re, tempore, loco, causa. Re: veluti si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit, aut si is, cuius ex parte res est, totam eam, vel maiore ex parte suam esse intenderit. Tempore: veluti si quis ante diem vel ante condicionem petierit. qua ratione enim, qui tardius solvit, quam solvere deberet, minus solvere intellegitur, eadem ratione, qui praemature petit, plus petere videtur. Loco plus petitur: veluti cum quis id, quod certo loco sibi stipulatus est, alio loco petit, sine com-

---

tem sese decepisse, succurrit; ita et hic simili eum de more dignatur auxilio.

Nonnunquam autem et majoribus dat restitutionem, ubi maxima et justa causa occasionem errori praebuit, ut vel maxime prudens falli *potuisset*, veluti in hac specii: moriens quis et habens solidorum CCCC patrimonium, heredem me instituit; legavit Primo solidos C et secundo C supervivens testamenti confectioni scripsit codicillum, in quo codicillo Tertio ac Quarto centenos singulis solidos reliquit. Scire autem debes, *Legem* Falcidiam ipso jure minuere, *quod* legatum *est* ultra dodrantem, eoque redigere, ut illud nec relictum esse videatur. Si ergo post testatoris obitum testamentum apertum sit, sed codicilli lateant, ac nemo legatariorum sciat, eos esse factos; post meam vero aditionem veniat Primus, sciens patrimonium esse solidorum CCCC, ratusque solos CC legatos esse, et me non modo quadrantem habere, sed et ultra quadrantem, atque adversus me de solidis C agat, id est, integrum petens legatum: codicilli autem interea compareant, in quibus Tertio et Quarto solidi CC relicti fuerunt, aut pars etiam eorum, qui Primo legati fuerant, ademta; atque inde pateat, Primum plus quam ipsi vere debebantur, petiisse: propter justissimam causam et ignoscetur ei, et solidos LXXV accipiet, nec quidquam damni faciet, licet, quum de LXXV agere deberet, de C egerit.

Plus autem petitio quatuor committitur modis, Re, Tempore, Loco, Causa. *Re*, velut si quis pro X solidis ipsi debitis, XX petierit: aut etiam, si fundum, cujus pro dimidio dominus eram, a te detentum per *actionem* in rem petiero, dicens, mei esse dominii totum fundum, aut pro parte bessali. *Tempore* plus peto, velut si in diem vel sub conditione debitum ante diem vel ante conditionis eventum petiero: sicut enim tarde, id est post tempus solvens, minus videtur solvere, ita et ante tempus petens, plus petere *videtur*.

Loco plus petitio committitur, velut si, quod mihi debetur in certo loco solvendum, in alio loco petiero, non facta mentione loci, in quo mihi debi-

memoratione illius loci, in quo sibi dari stipulatus fuerit; verbi gratia, si is, qui ita stipulatus est, *Ephesi dare spondes?* Romae pure intendat dari sibi oportere. ideo autem plus petere intellegitur, quia utilitatem, quam habuit promissor, si Ephesi solveret, adimit ei pura intentione: propter quam causam alio loco petenti arbitraria actio proponitur, in qua scilicet ratio habetur utilitatis, quae promissori competitura fuisset, si illo loco solveret g). quae utilitas plerumque in mercibus maxima invenitur, veluti vino, oleo, frumento, quae per singulas regiones diversa habent pretia: sed et pecuniae numeratae non in omnibus regionibus sub iisdem usuris fenerantur. si quis tamen Ephesi petat, id est eo loco petat, quo ut sibi detur, stipulatus est, pura actione recte agit: idque etiam praetor monstrat, scilicet quia utilitas solvendi salva est promissori. Huic autem, qui loco plus petere intel-

g) *l. s., quo se soluturum spopondit.*

tum solvendum erat: velut in *hujusmodi* specie; sic a te stipulatus fui, Spondesne mihi dare Ephesi solidos C? quantum ex jure civili non possum a te alio loco petere, nisi in ipsa *urbe* Epheso: namque extra Ephesum a te petens, loco plus peto. Si enim Romae inveniaris, *egoque* pure tecum agam, id est mentionem Ephesi haud faciens, introducitur plus petitio. Sed quoniam evenire *poterat*, ut nunquam a te petere liceret, eo quod Ephesum non venires, atque *ego* te convenire nequirem, neque Ephesi, quia ibi non invenireris, neque extra Ephesum propter plus petitionem, idcirco Praetor hujusmodi agendi rationem excogitavit: nam mihi facultatem dedit etiam extra Ephesum degenti adversus te agere, dum tamen mentionem Ephesi faciam, et plus petitionem effugiam. Si enim Romae tecum agam, dicens: Si adpareat, adversarium mihi dare oportere Ephesi solidos C non videor plus petere; si autem pure, id est mentione Ephesi non facta, plus petitio introducitur: namque id quod interest, et lucrum quod promissor adepturus erat, si Ephesi solvisset, *illi* adimo: fortassis enim facilis ei erat Ephesi pecuniae solutio, difficillima autem extra Ephesum: neque eum extra Ephesum in C solidos condemnari oportet: nam deducendum est tantum ex C solidis, quantum damni facit extra Ephesum solvens. Forte enim Romae debitum solvere coactus, viginti impendit solidos ad comparandam sibi summam, quam mihi dari oportuit: ideoque non in C sed in LXXX condemnatur: quum vero Ephesi mentionem nullam facio in lite, agens extra Ephesum, quoniam *id* ago ut in C condemnetur solidos, (namque pura intentio explorationem ejus quod interest, tollit) ea propter plus peto.

Id autem quod interest, ut plurimum, in vendendis mercibus maximam recipit differentiam, velut *in* vino, frumento, oleo, quae pro quaque regione diversam aestimationem habent. Nam si Romae centum solidos poscar, mer-

legitur, proximus est is, qui causa plus petit: ut ecce, si quis ita a te stipulatus sit, *hominem Stichum aut decem aureos dare spondes?* deinde alterutrum petat, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantum. ideo autem plus petere intellegitur, quia in eo genere stipulationis promissoris est electio, utrum pecuniam an hominem solvere malit: qui igitur pecuniam tantum, vel hominem tantum sibi dare oportere intendit, eripit electionem adversario, et eo modo suam quidem meliorem condicionem facit, adversarii vero sui deteriorem. qua de causa talis in ea re prodita est actio, ut quis [h]) intendat, hominem Stichum aut aureos decem sibi dari oportere, id est ut eodem modo peteret, quo sibi stipulatus est. praeterea si quis generaliter hominem stipulatus sit, et specialiter Stichum petat, aut generaliter vinum stipulatus, specialiter Campanum petat, aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde spe-

---

h) *siquis.*

---

cesque mihi suppetentes divendere cogar, pro iis forte centum tantummodo solidos accipiam: si autem Ephesi easdem divenderem, CXX solidos acciperem. Sed non tantum in his, verum in ipsis etiam nummis, ex regionibus differentia (*aut in quod interest*) inducitur; neque enim in omni regione eaedem usurae exiguntur: nam Romae, quum multi sint feneratores, forte ab eo qui mihi *pecuniam* credit, quartam centesimae partam poscar, quae in tres aureos excurrit; in provincia autem, quia pauci sunt feneratores, ego mutuum sumens, ut tibi solvam, usurarum nomine poscar centesimae semissem, id est aureos sex: itaque et in usurarum quantitate differentiam faciunt regiones. Eapropter ergo necesse *est*, me Ephesi mentionem facere, si extra Ephesum intendam actionem, ut quod interest, spectari possit. Si autem eveniat, ut tu promissor Ephesi inveniaris, pura adversus te actio institui debet: namque Ephesi agens loci mentionem facere non debet; quoniam actio in aliquo loco instituta aequipollet mentioni nominis *ejus* loci: et manifestum *est*, constituto Ephesi judicio, etiam id quod interest, ex loco spectatum iri.

Loco plus petenti similis est et qui *causa* plus petit. Et quomodo plus petitio fiet causa? Hoc in alternatione accidit. Alternatio autem Graece est *επαμφοτερισμος*: veluti, Stipulatus sum a te, Sponden dare mihi Stichum servum, aut solidos decem? et postea *te con*veni, decem solidos simpliciter petens: causa plus peto, quoniam tibi electionem adimo, quam natura stipulationis tibi praebebat. Nam qui sic interrogatus fuit, Sponden dare mihi decem solidos, aut Stichum servum? licentiam habet solvendi quod vult: qui igitur decem solidos petit, aut solum servum, electionem debiti adimit; atque inde suam quidem conditionem facit meliorem, sed *rei* conventi deteriorem: nonnunquam enim solutio decem solidorum reo est difficilior, quam servi, atque ita laeditur, electionem non habens. Itaque intentionem oportet

cialiter Tyriam petat: plus petere intellegitur, quia electionem adversario tollit, cui stipulationis iure liberum fuit, aliud solvere, quam quod peteretur. quinetiam, licet vilissimum sit, quod quis petat, nihilominus plus petere intellegitur: quia saepe accidit, ut promissori facilius sit illud solvere, quod maioris pretii est. — Sed haec quidem antea in usu fuerant; postea autem lex Zenoniana et nostra rem coartavit [i]). et si quidem tempore plus fuerit petitum, quid statui oportet [k]), Zenonis divae memoriae loquitur constitutio; sin autem quantitate vel alio modo plus fuerit petitum, omne, si quid forte damnum [l]) ex hac causa acciderit ei, contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione, sicut supra diximus, puniatur.

§ 34. Si minus in intentione complexus fuerit actor, quam ad eum pertineret, veluti si, cum ei decem deberentur, quinque sibi dare oportere intenderit, aut, cum totus fundus eius esset, partem dimidiam suam esse petierit, sine periculo agit: in reliquum enim nihilominus iudex

---

i) *coërcuit.* — k) *s. o., quod.* — l) *d., ut in sportulis.*

---

similem esse stipulationi, ut sic dicam: Si adparet, adversarium dare oportere Stichum aut solidos decem.

Sed et si quis generaliter servum stipulatus sit, et *in jus* venerit specialiter Stichum petens, vel generaliter vinum stipulatus, postea specialiter vinum Campanum petat, vel generaliter purpuram stipulatus, postea specialiter Tyriam petat, plus petit; namque *reo* convento electionem adimit, quam natura stipulationis ei dat: qui enim generaliter servum vel vinum vel purpuram promisit, potestatem habet, ex quo velit loco id petitum solvere. Plus dico, etsi vilissimum sit quod petitur, nihilominus et sic actor plus petit: fit enim interdum, ut quod putetur esse vile, reo ad solvendum difficile fiat; velut exempli causa, omnium vinorum pessimum est Campanum, si generaliter stipulatus, specialiter Campanum petam, idcirco plus peto, quia *reus* conventus aliquando facilius dat vinum melius quam Campanum, quoniam eo caret.

Verum haec quidem plus petitionum *jura* olim in usu erant: sed postea Zenonis divae memoriae, nec non et edictum Imperatoris nostri haec plus petitionum *jura* coarctavit: et, si quidem tempore quis plus petierit aliquid, judicem oportet definire, ut constitutio Zenonis docet: si autem et circa quantitatem, aut alio quo modo plus petitio committatur, et aliquod inde damnum reo eveniat, veluti majorum sportularum datio, (ut ante diximus) in triplum eorum, quibus ultra aequum reus laesus fuerit, actor condemnabitur.

§ 34. Quidam judicium adversus me movens, minus petiit: nam quum decem ei deberentur, de quinque egit: aut quum ex toto dominus esset agri a me detenti, de *parte* dimidia actionem instituit: nullum ei inde periculum

adversarium in eodem iudicio ei [m]) condemnat, ex constitutione divae memoriae Zenonis.

§ 35. Si quis aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari placet, sed in eodem iudicio, cognita veritate, errorem suum corrigere permittimus [n]), veluti si is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit, aut si quis ex testamento sibi dari oportere intenderit, quod ex stipulatu debetur.

§ 36. Sunt praeterea quaedam actiones, quibus non [o]) solidum, quod debetur nobis, persequimur, sed modo solidum consequimur, modo minus. Ut ecce, si in peculium filii servive agamus. nam si non minus in peculio sit, quam persequimur, in solidum pater dominusve condemnatur; si vero minus inveniatur, hactenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit. quemadmodum autem peculium intellegi debeat, suo ordine proponemus.

§ 37. Item si de dote iudicio [p]) mulier agat, placet, hactenus maritum condemnari debere, quatenus facere possit, id est quatenus facultates eius patiuntur. itaque si dotis quantitati concurrant facultates

---

m) Def. *ei.* — n) *ei p.; permittitur.* — o) *n. semper.* — p) *in iudicium;* def.

---

eveniet: namque in reliquam quantitatem judex me nihilominus in eodem judicio condemnat, ut dicta Zenonis vult constitutio.

§ 35. Si quis aliud pro alio *petens* erraverit, non erit ei error damnosus: veritate enim in eodem judicio cognita, error correctionem recipit. Aliud autem pro alio duobus modis delinquitur, aut re aut causa. *re* quidem, veluti cui Stichus servus debebatur, venit Erotem petens: *causa* vero, veluti si aliam pro alia actionem intendit: nam quum ex testamento agere deberet, ex stipulatu egit, aut etiam ex contrario.

§ 36. Est et alia actionum divisio. Sunt enim quaedam actiones, per quas non totum, quod debetur, capimus, sed aliquando integrum, aliquando minus: veluti, si adversus te agam de peculio, ob filium tuum vel servum tuum, in X aureos: nam si peculium locuples est, accipiam X aureos, sed si res in peculio aureis V dignae sunt, in solos V pater aut dominus condemnatur. Quo autem modo peculium intelligendum sit, procedentes docebimur.

§ 37. Est autem praeter *actionem* de peculio et alia actio, non semper in solidum habens condemnationem. Nam si ego dotem ab uxore mea accepero, *ac* deinde matrimonium constans solutum postea fuerit, *illa* adversus me ex stipulatu agens ad repetitionem dotis, haud semper consequetur solidum, sed in quantum bonorum meorum quantitas sufficit: et, si quidem meorum bonorum quantitas quantitati dotis concurrat, mulier totum accipiet; si autem, quum centum solidorum dos esset, *meum* patrimonium ad quinquaginta excurrat, in quinquaginta condemnabor, quia eo usque locuples sum.

eius, in solidum damnatur; si minus, in tantum, quantum facere potest. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur: nam ob impensas in res dotales factas marito retentio q) concessa est, quia ipso iure necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus digestorum libris cognoscere liceat.

§ 38. Sed et, si quis cum parente suo patronove agat, item si socius cum socio iudicio societatis agat, non plus actor consequitur, quam adversarius eius facere potest. idem est, si quis ex donatione sua conveniatur.

§ 39. Compensationes quoque oppositae plerumque efficiunt, ut minus quisque consequatur, quam ei debebatur: namque ex bono et aequo, habita ratione eius, quod invicem actorem ex eadem causa praestare oporteret r), in reliquum eum, cum quo actum est, condemnare s), sicut iam dictum est.

§ 40. Eum quoque, qui creditoribus suis bonis cessit, si postea ali-

---

q) *quasi r.* — r) *oportet.* — s) *condemnat.*

Interdum quoque, licet ego locuples sim, uxor mea non semper totam recipiet dotem, propter oppositam ei retentionem, quae dotis quantitatem minuit. Nam si mihi bona ad mille solidos valentia in dotem data fuerint, *ego* autem centum solidos in ea impendero, et dissoluto matrimonio summam mille solidorum poscar, opponere possum ac dicere, centum me solidos impendisse in agros vel domos, dotis nomine mihi traditas: et quia ipso jure impensae hujusmodi dotem minuunt, non in mille solidos, sed in solos nongentos condemnabor; si facta est impensa necessaria, id est ex necessitate erogata: forte enim futurum erat, ut domus corrueret, nisi in renovationem ejus centum solidi impensi fuissent: idcirco hac retentione utar, quae dicitur ob necessarias impensas. Haec vero omnia perfectius e Digestis discere licet.

§ 38. Si quis adversus patrem suum, emancipatus scilicet, aut libertus adversus patronum suum, qualemcumque actionem moverit, vel si socius adversus socium *actionem* pro socio instituerit, reus haud *in* amplius condemnabitur adversario, quam in quantum illius patrimonium solvendo est. Idem est, et si donandi animo promisero dare cui solidos C, neque enim *in* amplius condemnari ei debeo, quam in quantum sum locuples.

§ 39. Oppositae quoque compensationes ut plurimum efficiunt, ut actor non consequatur solidum, quod petere tentat. Si enim mecum de solidis X agat, vicissim mihi debens solidos III, condemnabor in septem, prout jam praedictum fuit. Ideo autem dixi Ut plurimum: quia, si contingat non liquidum esse debitum, quod in compensationem opponitur, actor nihilominus integrum debitum repetet.

§ 40. Titius diversis creditoribus magnam auri summam debebat: instantibus creditoribus ac debita postulantibus, cessit suis bonis, *quod* horum so-

quid acquisierit, quod idoneum emolumentum habeat, ex integro in id, quod facere potest, creditores cum eo experiuntur [1]): inhumanum enim erat, spoliatum fortunis suis in solidum damnari.

TITULUS SEPTIMUS.

QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICETUR [a]).

Quia tamen superius mentionem habuimus de actione, quae [b]) in peculium filiorumfamilias servorumve agitur: opus est, ut de hac actione, et de ceteris, quae eorundem nomine in parentes dominosve dari solent, diligentius admoneamus. Et quia, sive cum servis negotium gestum sit, sive cum his, qui in potestate parentis sunt, fere eadem iura servantur, ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonem in personam servi dominique, idem intellecturi de liberis quoque et paren-

---

t) *cum eo quoque qui cr. .. exp.*
a) *Q. c. eo contractum q. in a. p. est.* — b) *qua.*

---

lutioni impar *esset.* Si eveniat ut idem Titius post tempus alia bona adquirat, ad idoneam summam excurrentia: possunt creditores, utpote quibus debitum exsolvi non potuit, reliquam ab eo quantitatem petere: et condemnabitur iis, non in solidum, sed in quantum locuples est: namque inhumanum visum est, ipsum suo nudatum patrimonio in totum debitum condemnari.

QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICETUR.

TITULUS VII.

In superioribus mentionem fecimus *actionis* de peculio, quae intenditur occasione peculii servi aut filiifam. adversus patrem aut dominum: oportet ergo de ea dicere; ad hoc enim tempus distulimus ejus doctrinam tradere. Sed et de aliis actionibus, quae eorundem in aliena potestate *hominum* causa adversus patrem aut dominum moventur, diligentius disserendum est. Sed quia facto contractu, sive cum servo sive cum filiofam. eadem paene sunt jura, et ne loquax et verbosus videar, infinitis utens disputationibus, sermonem faciam de solis contractibus cum servo initis, deque *sola* adversus dominum actione: eadem enim et de filio intelligemus, item et de parte filium

tibus, quorum in potestate sunt. nam si quid in his proprie observatur, separatim ostendemus.

§ 1. Si igitur iussu domini cum servo negotium gestum erit, in solidum praetor adversus dominum actionem pollicetur, scilicet quia, qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur.

§ 2. Eadem ratione praetor duas alias in solidum actiones pollicetur, quarum altera *exercitoria*, altera *institoria* appellatur. Exercitoria tunc locum habet, cum quis servum suum magistrum navis [c]) praeposuerit, et quid cum eo eius rei gratia, cui praepositus erit, contractum fuerit. ideo autem *exercitoria* vocatur, quia *exercitor* appellatur is, ad quem cotidianus navis quaestus pertinet. Institoria tunc locum habet, cum quis tabernae forte aut cuilibet negotiationi servum praeposuerit, et quid cum eo eius rei causa, cui praepositus erit, contractum fuerit. ideo autem *institoria* appellatur, quia, qui negotiationibus praeponuntur, *institores* vocantur. Istas tamen duas actiones praetor reddit, etsi liberum quis hominem, aut alienum servum navi

---

c) *navi.*

---

habente in potestate. Si vero quid speciale in iis servatur, separatim id ostendemus.

§ 1. Est igitur adversus dominum actio Quod jussu, quae occasione contractuum cum servo *celebratorum* movetur. Nam si jussu domini mecum contraxerit, mihique obligatus fuerit, adversus ipsum dominum *actionem* habebo Quod jussu: quodammodo enim cum ipso contrahere et fidem ejus sequi videor, propter jussum ab eo profectum. Haec autem Quod jussu *actio* in solidum habet condemnationem.

§ 2. Ad imitationem *actionis* Quod jussu, et alias duas actiones, in solidum condemnationem habentes, Praetor promisit: quarum una exercitoria, altera institoria adpellatur.

Et exercitoria quidem tunc locum habet, quum quis servum suum propriae navi magistrum praeposuit, et aliquis cum praeposito ejus rei gratia, cui et praepositus fuit, contractus est initus: in hac enim specie adversus dominum *actionem* exercitoriam in solidum habebo. Ideo autem exercitoria dicta est, quoniam exercitor is vocatur, ad quem quotidianus navis quaestus recurrit.

Sed institoria tunc locum habet, quum quis cauponae forte, vel cuicumque negotiationi, servum suum praeposuit: namque si cum eo aliquis contractus fiat, ob eam causam cui et praepositus est, dominus *actione* institoria in solidum convenietur. Ideo autem institoria adpellatur, quoniam qui negotiis praeponuntur, institores vocantur.

Locus autem est huic *actioni* institoriae atque exercitoriae, etsi liberum *hominem* aut servum alienum navi aut cauponae vel cuicumque negotiationi

aut tabernae aut cuilibet negotiationi praeposuerit, scilicet quia eadem aequitatis ratio etiam eo casu interveniebat.

§ 3. Introduxit et aliam actionem praetor, quae *tributoria* vocatur. Namque, si servus in peculiari merce, sciente domino, negotietur, et quid cum eo eius rei causa contractum erit, ita praetor ius dicit, ut, quicquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, et ceteros creditores pro rata portione distribuatur. Et d) quia ipsi domino distributionem permittit e), si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei *tributum* sit, quam oportuerit, hanc ei actionem accommodat, quae *tributoria* appellatur.

§ 4. Praeterea introducta est actio de peculio deque eo, quod in rem domini versum erit, ut, quamvis sine voluntate domini negotium gestum erit, tamen, sive quid in rem eius versum fuerit, id totum

d) *Et ideo tributoria vocatur.* — e) *praetor p.*

praeposuit; nam et inde ipsa aequitatis ratio adversus praeponentem dat *actionem* exercitoriam aut institoriam: qui enim aliquem praeponit, clara voce dicere videtur: Hunc ego praeposui; qui volet, cum eo contrahito.

§ 3. Excogitavit et aliam Praetor actionem, quae tributoria vocatur. Nam si servus meus circa peculiares merces suas negotiatus fuerit, neque jussu meo, neque me cum praeponente, attamen sciente et non contradicente, cumque eo contractus sit celebratus, Praetor sic de eo jus reddit: nam si evenerit, ut diversis debeat personis, sed et mihi domino debeat, (quod autem debere *eum* dixi, naturaliter intelligendum, non legitime) ac servus advenerit, merces secum habens: creditores Praetorem adeunt, et *is* cogit dominum merces in medium proferre, et si quid ex mercibus divenditum ac pecunia *inde* redacta fuerit, etiam hanc pro rata inter se et reliquos creditores distribuere. Sin autem ipse dominus, cui mercium distributio permissa est, quasdam ex iis subtraxerit, neque omnes in medium protulerit, et creditorum aliquis veniat querens ac dicens, pauciores merces, quam quae a servo ex *illa* negotiatione adlatae fuerint, in medium venisse, dabitur ei adversus dominum *actio* tributoria: per quam cogetur, quamcumque mercem occultaverit, in medium proferre. Dicitur autem tributoria (sive divisoria) a *verbo* distribuere, quod est dividere.

§ 4. Praeter dictas actiones excogitavit quoque *actionem* de peculio aut de in rem verso, id est de iis quae in rebus patris aut etiam domini versa sive impensa sunt: ut, licet praeter domini voluntatem aliquis contractus cum servo factus sit, tamen sive quid circa domini substantiam impensum fuerit, id est in rem versum, in id omne dominus condemnetur: sive versum non fuerit, in id usque ad peculii quantitatem condemnetur.

In rem vero domini versum fuisse videtur, si quid propter necesssitatem circa ejus res impensum sit: velut, servus meus mutuatus, creditoribus meis

praestare debeat, sive quid non sit in rem eius versum, id eatenus praestare debeat, quatenus peculium patitur. In rem autem domini versum intellegitur, quicquid necessario in rem eius impenderit servus, veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius eam [f]) solverit, aut aedificia ruentia fulserit, aut familiae frumentum emerit, vel etiam fundum aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus fuerit. Itaque si ex decem ut puta aureis, quos servus tuus a Titio mutuos accepit, creditori tuo quinque aureos solverit, reliquos vero quinque quolibet modo consumpserit, pro quinque quidem in solidum damnari debes, pro ceteris vero quinque eatenus, quatenus in peculio sit: ex quo scilicet apparet, si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint, totos decem aureos Titium

---

f) Def. *eam*.

---

satisfecit, aut domum meam ruituram erexit, aut familiae meae frumentum emit, aut agrum, aliamve quamlibet rem necessariam, mihi emit: si igitur decem a te solidos mutuos sumsit, et quinque creditori meo exsolvit, alios vero quinque quomodocumque impendit; pro quinque quidem *in rem meam* versis in solidum condemnor, pro *aliis* in me non impensis eo usque tenebor, quosque peculii quantitas excurrit: hinc itaque manifestum *est*, si omnes decem solidos in meam rem impenderit, creditorem non quinque, sed totos decem solidos, a me petiturum. Haec enim de peculio actio, una quidem est, sed duplicem habet condemnationem; nam aut in peculium aut in versum intentio fit et condemnatio.

Judex ergo, de peculio *actionem* dijudicans, prius cognoscere solet, numquid circa rem domini versum sit; et si quid versum fuit, in hanc omnino quantitatem condemnat dominum: alioquin enim ad quaestionem quantitatis peculii transibit, an nihil *eorum* quae servus mutuatus est, in propriam rem domini impensum sit, an vero non omnia sint depensa.

Quum diximus de *actione* de peculio, dicamus quid sit peculium. Definitio *peculii* haec est: Bona naturalia adsignata ei, qui in potestate est, pro voluntate patris vel domini, exemtis debitis naturalibus, paternis scilicet ac dominicis, iisque quae debentur his qui in ejusdem sunt potestate. *Bona* dixi naturalia, quoniam alienae potestatis *homo* secundum leges bona habere nequit: *adsignata* ei, qui in potestate est, pro voluntate patris vel domini dixi, quoniam illud est peculium. quod pater vel dominus scit; nam si quid praeter eorum voluntatem habent, id peculio haud connumerabitur: *exemtis* debitis naturalibus addidi, quoniam illud est peculium, quod relinquitur post naturalium debitorum exemtionem: veluti, qui in tua potestate est, mihi centum debet aureos, habetque peculium, quod prima facie trecentorum aureorum *esse* putatur: sed quia patri vel domino centum aureos debet, itemque debet ei, qui in ejusdem potestate est, veluti conservo aut fratri suo, (vel

consequi posse. licet enim una est actio, qua de peculio deque eo, quod in rem domini versum sit, agitur, tamen duas habet condemnationes. itaque iudex, apud quem de [g]) ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem domini versum sit, nec aliter ad peculii aestimationem transit, quam si aut nihil in rem domini versum intellegatur, aut non totum. Cum autem quaeritur, quantum in peculio sit, ante deducitur, quicquid servus domino, quive [h]) in potestate eius sit, debet, et quod superest, id solum peculium intellegitur. aliquando tamen id, quod ei debet servus, qui in potestate domini sit, non deducitur ex peculio, veluti si is in huius ipsius peculio sit. quod eo pertinet, ut, si quid vicario suo servus debeat, id ex peculio eius non deducatur.

---

g) Def. *de.* — h) *cive, qui.*

---

filius tuus debet servo tuo, aut servus tuus debet filio tuo familias) centum et quinquaginta aureos, purum censetur peculium quinquaginta aurei.

Est etiam ubi debitum, quod ei qui in potestate est, debetur, non eximitur, instituta de peculio *actione:* velut in hac specie, servus tuus habebat servum in peculio suo; juris autem periti priorem servum vocant ordinarium, sed servi servum nominant vicarium, quia vicem ipsius obtinet, id est, sicuti ordinarius est servus, ita et vicarius; itaque in ejusdem sunt potestate. Debebat ergo mihi servus tuus centum aureos, habebatque peculium centum et quinquaginta *aureorum,* namque rerum in peculio *inventarum* aestimatio ad tantam excurrebat quantitatem: erat autem et vicarius in *illa* aestimatione: sed et ordinarius centum solidos vicario debebat. Tu igitur a me conventus de peculio *actione,* dicere non potes, peculium servi tui solos esse quinquaginta aureos, teque in solos quinquaginta condemnari debere, quia ordinarius, pro quo conveniris de peculio, vicario centum debeat aureos: hoc enim debitum non eximitur.

Et quaenam sit ratio, necesse *est* dicere. Ratio haec est: quum servi ordinarii peculium cognoscere volumus, calculatis aliarum rerum pretiis, adjicimus et vicarii aestimationem, atque ita pronuntiamus dicentes, tantae esse quantitatis peculium. Hoc quum ita se habeat, non potest vicarius, cujus aestimatio auxit peculium, ipse etiam illud minuere per ea quae illi debentur, ut ne eadem persona inveniatur duo faciens contraria, et augens et deminuens peculium in eadem causa. Idem est, et si filius tuus familias in peculio suo servum habeat, qui servus peculiaris dicitur; et centum mihi aureos debeat, peculii autem ejus aestimatio ad C aureos excurrat; et peculiari quoque servo suo C solidos debeat: hic dicimus, non eximi illud debitum, ut ne servus peculiaris per suam quidem aestimationem augeat filii tui peculium, sed per ea quae ipsi naturaliter debentur, minuat; eademque persona reperiatur duo faciens contraria in eodem judicio, et augens et minuens peculium.

§ 5. Ceterum dubium non est, quin is quoque, qui iussu domini contraxerit, cuique institoria vel exercitoria actio competit, de peculio, deque eo, quod in rem domini versum est, agere possit: sed erit stultissimus, si, omissa actione, qua facillime solidum ex contractu consequi possit, se ad difficultatem perducat probandi, in rem domini versum esse, vel habere servum peculium, et tantum habere, ut solidum sibi solvi possit. Is quoque, cui tributoria actio competit, aeque de peculio et in rem verso agere potest: sed sane huic modo tributoria expedit agere, modo de peculio et in rem verso [i]), tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini condicio praecipua non est, id est, quod domino debetur, non deducitur, sed eiusdem iuris est dominus, cuius et ceteri creditores: at in actione de peculio ante deducitur, quod domino debetur, et in id, quod reliquum est, creditori dominus condem-

---

i) *de in.*

---

§ 5. Ex dictis patuit, multas esse actiones, quae adversus dominum nomine eorum, quae a servo debentur, intenduntur. Est enim *actio* Quod jussu, *est* institoria, exercitoria, tributoria; est etiam *actio* de peculio. Licet autem alicui, *actionem* Quod jussu vel exercitoriam vel institoriam omittenti, venire ad *actionem* de peculio: haec enim de peculio quum sit generalis, pro omnibus institui potest; (illae enim *sunt* speciales, haec autem est generalis:) ast demens is est, qui illas omittit, quae ad demonstrandum sunt faciles, et *ad* solidum actori comparandum, atque ad *actionem* de peculio decurrit. Primo enim difficile est probare, quantum sit peculium; namque res peculii extraneis non sunt manifestae: sed licet multa laborans probaverit, quantum sit peculium, tunc opponi potest naturale debitum, quod deminuit peculium: porro difficile quoque est probare, quantum ex iis, quae ille mutua sumsit, in rem domini verterit.

Est etiam, ubi haec de peculio *actio* et ut species et ut genus instituitur. Et quando hoc fit? veluti, contraxi cum servo tuo, neque tuo jussu neque illo praeposito negotiationi terrestri vel maritimae: hic de peculio actio et ut species est, et ut genus. Sin autem tributoria tibi competit, potes ea omissa devenire ad *actionem* de peculio aut de in rem verso. Hic vero non semper reprehendimus eum, qui tributoriam omittit, atque ad *actionem* de peculio transit: namque de peculio actio nonnunquam melior invenitur tributoria, nonnunquam autem minus efficit quam tributoria; et tunc melior *est* tributoria: veluti, quum multa sunt debita naturalia. Instituta enim tributoria, nullum naturale excipietur debitum; nam aequale est et domini et creditorum debitum, neque ullam in ea praelationem dominus habet, neque eximitur quod ei debetur: sed *actione* de peculio mota, melior *est* domini conditio; nam debitum naturale deducitur, id est quod domino debe-

natur. rursus de peculio ideo expedit agere, quod in hac actione totius peculii ratio habetur; at in tributoria eius tantum, quod [k]) negotiatur, et potest quisque tertia forte parte peculii aut quarta vel etiam minima negotiari, maiorem autem partem in praediis et mancipiis, aut fenebri pecunia habere. prout ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem vel illam eligere debet: certe, qui potest probare, in rem domini versum esse, de in rem verso agere debet.

§ 6. Quae diximus de servo et domino, eadem intellegimus et de filio et filia aut nepote et nepte, et patre avove, cuius in potestate sunt.

§ 7. Illud proprie servatur in eorum persona, quod senatusconsultum Macedonianum prohibuit, mutuas pecunias dari eis, qui in parentis erunt potestate; et ei, qui crediderit, denegatur actio, tam adversus ipsum filium filiamve nepotem neptemve (sive adhuc in potestate sunt, sive morte parentis vel emancipatione suae potestatis esse coeperint),

---

k) *quo; in quo.*

---

tur: atque ita in reliquam quantitatem creditori servi dominus condemnatur. Melior autem est intentio *actionis* de peculio quam tributoriae in eo, quod mota de peculio *actione*, omnis peculii ratio habetur; instituta autem tributoria, ea pars peculii solum in judicio spectatur, in qua servus negotiatur, tertia forte vel quarta vel sexta etiam peculii parte: et neque istam totam aufert peculii partem, in qua servus negotiatur, instituta tributoria, sed illud quod a domino in distributione mercium subtractum fuit; itaque partis partem fert: reliqui autem peculii, quod in possessionibus et mancipiis atque iis consistit quae ab aliis servo debentur, qui forte quibusdam mutuavit, non habetur ratio. Ita ut quis*que*, considerans *quid* sibi *sit* utile, aut tributoriam aut de peculio actionem eligere debeat. Si quis autem probare potest, ea quae ipse *servo* credidit, in rem domini versa fuisse, potius *actionem* de peculio eligat, ut ex capite de in rem verso condemnatio fiat.

§ 6. *Quae* nobis dicta *sunt* de servo ac domino, eadem intelligimus et de filio et filia, et nepote et nepte, ac patre, nec non avo, quorum hi in potestate sunt.

§ 7. Illud autem specialiter in *personis* liberis in potestate *constitutis* spectatur, quod Senatusconsultum Macedonianum, exceptionis modo iis qui filiofamilias crediderunt, opponatur. Quid autem hoc sit, necesse est dicere. Macedo quidam sic dictus Romae fuit; qui in potestate quum esset sui patris, ab aliquo mutuatus est, sperans mortuo patre suo, fore ut debitum reddere posset. Multo tempore elapso, instabat creditor debitum repetens: Macedo non habens, unde redderet, quî enim, quum sub potestate esset? patrem suum occîdit. Innotuit hoc senatui; et ille quidem poenas dedit patricidii: factum est autem Senatusconsultum, Macedonianum dictum, quod statuit ne quis *homini* libero sub potestate *constituto* mutuatus debita repos-

quam adversus patrem avumve, sive habeat eos adhuc in potestate, sive emancipaverit, quae ideo senatus prospexit, qui saepe onerati aere alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitae parentum insidiabantur.

§ 8. Illud in summa admonendi sumus, id, quod iussu patris dominive contractum fuerit, quodque in rem eius versum erit, directo quoque posse a patre dominove condici, tamquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset. ei quoque, qui vel exercitoria vel institoria actione tenetur, directo posse condici placet, quia huius quoque iussu contractum intellegitur.

---

cat, ut hoc pacto quilibet sciens, se debitum reposcere non posse, mutuum illi dare caveat. Non tantum vero ipsum non reposcet filiumfam. vel filiamfam. aut nepotem vel neptem, in potestate adhuc constitutos, sed neque sui juris factos, morte forsitan patris vel emancipatos. Nec quidem adversus patrem vel avum *actionem* de peculio intendere potest, sive liberos in potestate etiam habeat, sive eos emancipaverit. Senatusconsultum autem haec sanciens ita legem fecit, quoniam filiifam. aere alieno saepe onerati, quod *aliunde* acceptum luxuriose prodegerant, suorum parentum vitae insidiabantur.

§ 8. Illud autem velut in summa scire debemus, si jussu patris vel domini contractus, cum eo qui in potestate est, celebratus fuerit, aut *quid* in rem ejus versum sit: potest aliquis, omissa *actione* de peculio vel de in rem verso, directe adversus patrem vel dominum condictionem intendere, tamquam si principaliter cum ipso domino vel patre contractum fecisset. Sed et qui exercitoriam vel institoriam *actionem* habet, condictionem adversus patrem vel dominum instituere potest, quia jussu ejus cum eo qui in potestate erat, contractum fuit: diximus enim in superioribus, eum qui aliquem terrestri vel maritimae negotiationi praeponit, omnibus praedicere videri, ut secure cum praeposito alienae potestatis *homine* contrahant.

TITULUS OCTAVUS.

DE NOXALIBUS ACTIONIBUS.

Ex maleficiis servorum (veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut iniuriam commiserint) noxales actiones proditae sunt, quibus domino damnato permittitur, aut litis aestimationem sufferre, aut hominem noxae dedere.

§ 1. *Noxa* autem est corpus [a]) quod *nocuit*, id est servus; *noxia* ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria.

§ 2. Summa autem ratione permissum est, noxae deditione defungi: namque erat iniquum, nequitiam eorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse.

§ 3. Dominus, noxali iudicio servi sui nomine conventus, servum actori noxae dedendo liberatur. nec minus perpetuum eius dominium a domino transfertur: si autem damnum ei, cui deditus est [b]), resar-

a) *ipsum c.* — b) *e. servus.*

DE NOXALIBUS ACTIONIBUS.

TITULUS VIII.

Sicuti ex contractibus *initis* cum alienae potestatis *hominibus* dominus convenitur: ita et ex *iis*, quae illi deliquerunt, domini obligantur. Si enim servus tuus meas res furatus fuerit vel rapuerit, aut damno me adfecerit aut injuria, noxalis mihi actio adversus te datur. Hac vero *actione* noxali condemnatus licentiam habes aut solvendi quod *mea* interest, aut servum in noxam dedendi.

§ 1. Noxa autem dicitur corpus ipsum quod nocuit, quoniam ipse servus nocuit: noxia vero ipsum maleficium vocatur, velut furtum, damnum, rapina, injuria.

§ 2. Optima autem ratione hoc excogitatum est, ut dominus noxali *actione* condemnatus servum ei dedere possit, in quem servus quid peccavit: absurdissimum enim visum est, servi ferocitatem dominis ultra ipsorum corpora damnosam esse. Itaque ego noxali *actione* pro servo condemnatus in nihil aliud invitus laedor, quam ut eum in noxam dedam: namque delicti aestimationem invitus haud exsolvo.

§ 3. Ubi autem servum qui deliquit, actori in noxam dediti, *actione* noxali liberor, transferens in perpetuum *servi* dominium in accipientem: neque enim dicimus, servum si per operas suas et ministerium aestimationem delicti ei, adversus quem deliquit, persolverit, aut aliunde etiam pecunia ditatus,

cierit quaesita pecunia, auxilio praetoris invito domino manumittetur.

§ 4. Sunt autem constitutae noxales actiones aut legibus aut edicto praetoris. legibus, veluti furti, lege duodecim tabularum; damni iniuriae, lege Aquilia. edicto praetoris, veluti iniuriarum et vi bonorum raptorum.

§ 5. Omnis autem noxalis actio caput sequitur. nam si servus tuus noxiam [c]) commiserit, quamdiu in tua potestate est, tecum est actio; si in alterius potestatem pervenerit, cum illo incipit actio esse, aut [d]), si manumissus fuerit, directo ipse tenetur, et extinguitur noxae deditio. ex diverso quoque directa actio noxalis esse incipit: nam si liber homo noxiam commiserit, et is servus tuus esse coeperit (quod casibus quibusdam effici, primo libro tradidimus), incipit tecum esse noxalis actio, quae ante directa fuisset.

§ 6. Si servus domino noxiam commiserit, actio nulla nascitur: namque inter dominum et eum, qui in eius potestate est, nulla obligatio nasci [e]) potest. ideoque et, si in alienam potestatem servus pervenerit, aut manumissus fuerit, neque cum ipso, neque cum eo, cuius

---

c) *noxam.* — d) *at.* — e) *esse.*

---

illi eam tradiderit, ad dominum reverti: sed adeat Praetorem, atque hoc ei probans, invito illo qui ipsum in noxam habet, a Praetore manumittitur.

§ 4. Inventae sunt autem noxales actiones aut a legibus, aut ex edicto Praetoris: a legibus, velut furti; namque hanc *Lex* XII Tabb. invenit: item et noxalis damni Aquiliani; hanc enim introduxit *Lex* Aquilia: ex edicto Praetoris noxalis injuriarum, et noxalis vi bonorum raptorum.

§ 5. Regula ab antiquis est tradita dictitans, Noxa caput sequitur. Illa autem spectatur in hujusmodi casibus: servus tuus meas res furatus est; quamdiu in tua est potestate, habeo adversus te noxalem furti *actionem*: si vero ad alium translatus sit dominum, noxalis adversus eum intendetur: quod si manumissus fuerit, directam furti *actionem* cum ipso habebo, et noxalis exstinguitur. Et e contrario directa potest fieri noxalis: nam si quis *homo* liber res meas furatus sit, sed idem post illa servus fiat, veluti (quod in prima Institutione diximus) quum se ad pretium participandum vendi passus fuerit, fiatque servus tuus, directa olim furti *actio*, nunc fiet noxalis.

§ 6. Servus meus meas res furatus est: nulla nascitur actio; nam dominum inter et eum qui in potestate illius est, nulla nasci potest obligatio. Quod si servus in alterius potestatem pervenit, vel manumissus quoque fuit, neque adversus manumissum, neque adversus praesentem illius dominum, actionem movere possum. Actio enim non nata, *utpote* quae ex ipso delicto non nascebatur, quia fur meus erat servus, ea postea nasci non potest ex eo quod fur mea potestate exierit.

nunc in potestate sit, agi potest. unde, si alienus servus noxiam tibi commiserit, et is postea in potestate tua esse coeperit, intercidit [f]) actio, quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuerit; ideoque, licet exierit de tua potestate, agere non potes, quemadmodum, si dominus in servum suum aliquid commiserit, nec, si manumissus vel alienatus fuerit servus, ullam actionem contra dominum habere potest.

§ 7. Sed veteres quidem haec et in filiisfamilias masculis et feminis admiserunt. Nova autem hominum conversatio huiusmodi asperitatem recte respuendam esse existimavit, et ab usu communi haec [g]) penitus recessit: quis enim patietur, filium suum et maxime filiam in noxam alii dare, ut pene per corpus [h]) pater magis, quam filius periclitetur, cum in filiabus etiam pudicitiae favor hoc bene excludit? et ideo placuit, in servos tantummodo noxales actiones esse proponendas, cum apud veteres legum commentatores invenimus saepius dictum, *ipsos filiosfamilias pro suis delictis posse conveniri.*

---

f) *interciditur; interdicitur; interdicit.* — g) *hoc.* — h) *filii c.*

Hoc vero *adeo* verum est, inter servum ac dominum nullam posse obligationem consistere, ut, si alienus servus res tuas furatus fuerit, ut inde tibi furti *actio* nata sit, atque hic postea in tuum pervenerit dominium, furti actio jam nata exstinguatur, propter regulam dictitantem: Quum res in talem inciderit casum, a quo initium capere non potuit, exstinguitur. Quoniam autem tibi actio non nascebatur, si sub tuo erat dominio, quum furaretur, ideo te illum possidente, actio jam nata perimitur.

Ita autem exstinguitur, te post illa servum possidente, ut, licet potestatem tuam effugerit, actionem movere non possis: qui enim, quae jam sit exstincta? nam saepius jam dixi, dominum adversus servum nullam habere actionem: sicuti neque si dominus quid in servum peccarit, velut injuria vel verberibus eum adficiens, ulla tenebitur actione, nec si servus haec passus, manumissus aut dominii alterius factus fuerit.

§ 7. Has vero actiones noxales antiqui etiam in filiis ac filiabusfamilias recipiebant: sed posterior hominum conversatio civilisque vitae ratio hujusmodi asperitatem rejecit eamque sprevit, rectissime faciens, et communi omnino usu expulit. Quis enim sanae mentis sustineat, filium suum, et maxime filiam in noxam alteri tradere: ut paene pater in proprium *magis* corpus periclitetur, quam filius, qui talia patitur? In filiabus autem vel pudicitiae cura recte hoc ex usu civili expulit. Hujus *rei* gratia placuit in solis servis noxales competere actiones: quandoquidem et veteres legum commentatores hoc saepe dixerunt, *homines* liberos in potestate *constitutos* pro suis delictis posse conveniri et pecuniariter plecti, neque eos dedi *debere*, ut olim.

TITULUS NONUS.

SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICETUR.

Animalium nomine, quae ratione carent, si quidem [a]) lascivia aut fervore [b]) aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege duodecim tabularum prodita est (quae animalia, si noxae dedantur, proficiunt reo ad liberationem, quia ita lex duodecim tabularum scripta est); puta, si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus petierit [c]). Haec autem actio in his, quae contra naturam moventur, locum habet; ceterum, si genitalis sit feritas, cessat [d]). Denique, si ursus fugit a domino, et sic nocuit, non potest quondam dominus conveniri, quia desinit [e]) dominus esse, ubi fera evasit. Pauperies autem est damnum sine iniuria facientis datum: nec enim potest animal iniuriam fecisse dici, quod sensu caret. Haec, quod ad noxalem actionem pertinet [f]).

---

a) *qua.* — b) *pavore.* — c) *cornu p.* — d) *actio.* — e) *desiit.* — f) *Haec quidem .. pertinet; Haec sunt, quae .. pertinent.*

SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

TITULUS IX.

Etiam brutorum animalium causa, quae aliis nocuerunt, *actiones* noxales inventae sunt. Sed noxalis furti, aut vi bonorum raptorum, aut injuriarum, dici nequit in illis locum habere: an vero noxalis Aquiliana? et dicimus, nequaquam, quia damni injuriâ quaestionem habet, id est damni injuste facti: justum vero et injustum ex animo deliberato procedunt; ast animalia bruta ratione carent. Quid ergo? *Lex* XII Tabb. noxalem in illis introduxit: itaque adversus dominum noxalis *actio* ex XII Tabb. instituitur. Si igitur aut per lasciviam, aut per fervorem, aut *per* feritatem, brutum tuum animal pauperiem fecerit, id est nocuerit mihi, noxalis ex XII Tabb. *actio* movetur: et, si istud animal in noxam sit traditum, *reus* conventus liberatur: hoc enim ipsa *Lex* XII Tabb. dicit: veluti, equus erat calcitrosus, et calcem alicui impingens, eum laesit.

Locus autem est noxali ex XII Tabb. in iis animalibus, quae praeter naturam efferata alium laedunt: nam si naturalis illis inest feritas, cessat *Lex* XII Tab.; itaque si ursus fugerit aliumque laeserit, qui ejus dominus fuit, non tenetur *actione* noxali: idcirco autem dixi Qui fuit, quoniam ille fugiens in naturalem recucurrit libertatem, et desiit possideri.

Pauperies autem dicitur damnum, sine malitia factum, quod in animalibus brutis contingit: neque enim potest animal brutum, sensu carens, mali quidquam adversus quem meditari. Haec quidem quantum ad *actionem* noxalem.

§ 1. Ceterum sciendum est, aedilitio edicto prohiberi nos canem, verrem, aprum, ursum, leonem ibi habere, qua vulgo iter fit; et si adversus ea factum erit, et nocitum homini libero esse dicetur, quod bonum et aequum iudici videtur, tanti dominus condemnetur, ceterarum rerum, quanti g) damnum datum sit, dupli. Praeter has autem aedilitias actiones et de pauperie locum habebit. numquam enim actiones, praesertim poenales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

TITULUS DECIMUS.

DE HIS, PER QUOS AGERE POSSUMUS.

Nunc admonendi sumus, agere posse quemlibet hominem aut suo nomine, aut alieno. Alieno, veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cum olim in usu fuisset, alterius nomine agere non posse, nisi pro populo,

---

g) *quod.*

---

§ 1. Alioqui sciendum est, aediles in suo edicto interdicere omni homini, canem aut aprum aut ursum aut leonem in illo habere loco, per quem multitudo transit. Nam si quis contrarium quid fecerit, et *homo* liber inde laesus fuerit, dominus animalis noxii in tantum condemnabitur, in quantum jus dicenti bonum et aequum videbitur. Quod si aliud quid sit quod laesum fuit, velut servus meus, vel equus meus, vel aliud quodcumque animal, quod mei sit dominii, duplum damni facti bestiae dominus praestabit: veluti decem solidorum damno adfectus sum, viginti accipiam. Non vero aedilitiae tantum actiones, sed noxales quoque, in his casibus locum habent: nam regulariter scire debes, numquam actiones poenales, in eadem re concurrentes, invicem sese perimere.

DE IIS PER QUOS AGERE POSSUMUS.

TITULUS X.

Postquam diximus de actionibus, quae ex contractibus aut delictis, eorum nomine quos in potestate habemus, adversus nos institui possunt, nunc ad aliam contemplationem transeamus. Et scire oportet, nos actiones, quas in judiciis movemus, aut per nos ipsos movere, quod est suo nomine, aut per alios, quod est alieno nomine.

Et alieno nomine agimus, veluti, ut procuratores, vel tutores, vel curatores. Hoc vero prout hodie obtinet: namque olim in usu non erat, alieno

pro libertate, pro tutela. praeterea lege Hostilia [a]) permissum est, furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut reipublicae causa abessent, qui quaeve [b]) in eorum cuius tutela essent. et quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine neque agere, neque excipere actionem licebat, coeperunt homines per procuratores litigare: nam et morbus, et aetas, et necessaria perigrinatio, itemque aliae multae causae [c]) saepe hominibus [d]) impedimento sunt, quo minus rem suam ipsi exequi possint.

§ 1. Procurator neque certis verbis, neque praesente [e]) adversario, imo plerumque ignorante eo, constituitur: cuicumque enim permiseris, rem tuam agere aut defendere, is procurator [f]) intellegitur.

§ 2. Tutores et curatores quemadmodum constituuntur, primo libro expositum est.

---

a) *Attilia.* — b) def. *quae.* — c) *iustae c.* — d) def. *hominibus.* — e) *p. semper.* — f) *tuus p.*

---

nomine agere posse, nisi in certis causis: velut pro populo poterat quis judicium suscipere; aut pro libertate, nam quia, qui in possessione erat servitutis, et ad libertatem proclamabat, per se judicium ingredi non poterat, ut ne constituto judicio probaretur servus *esse,* atque ex eventu contingeret, ut servus cum domino litigaret, idcirco alius pro eo litem suscipiebat, qui et adsertor dicebatur. Itemque pro tutela: saepe enim pupillus indigebat tutoris, ac duo litigabant de eo uter tutor esse deberet: manifestum *est,* unum victorem fore: victus igitur inveniebatur alieno nomine egisse, id est de tutela litigasse, quae ad ipsum haud pertinebat, ut exitus litis docuit.

Lex Hostilia permittebat *cuicumque* volenti furti actionem instituere, si accideret, ut alicujus eorum, qui apud hostes essent, aut rei publicae causa abessent, res furto subriperentur. Quod si pupilli tutor essem, hic autem furtum passus sit, dum ego apud hostes eram, aut rei publicae causa aberam, similiter quisquis volebat, furti agebat. Sed quoniam hoc non minimum adferebat damnum, quod quis alieno nomine neque agere neque conveniri poterat, instituerunt homines per procuratores litigare. Nonnunquam enim aut morbus, aut senectus, aut necessaria peregrinatio, multaeque aliae causae, impedimento sunt, ne principalis *actor* per se in judicium venire possit.

§ 1. Procurator autem sic constituitur, si cui mando ut pro me litiget, quemadmodum et in mandato diximus, neque in hoc solemnibus verbis mihi opus est; nam per qualiacumque procuratorem possum constituere. Et indifferens est, sive adversarius meus absens sive praesens sit: ut plurimum enim, eo ignorante, procuratorem constituo. Quin simpliciter, cuicumque litem tuam movere aut te defendere permiseris, is procurator intelligitur.

§ 2. Tutores vero et curatores quem ad modum constituantur, diximus in prima Institutione.

TITULUS UNDECIMUS.

DE SATISDATIONIBUS.

Satisdationum modus alius antiquitati placuit; alium novitas per usum amplexa est.

Olim enim, si in rem agebatur, satisdare possessor compellebatur, ut, si victus esset [a]), nec rem ipsam restitueret nec litis aestimationem, potestas esset petitori aut cum eo agendi aut cum fideiussoribus eius. quae satisdatio appellatur *iudicatum solvi:* unde autem sic appellatur, facile est intellegere; namque stipulabatur [b]) quis, ut *solveretur* [c]) sibi, quod fuerit *iudicatum.* Multo magis is, qui in rem actione convenie-

---

a) Def. *esset.* — b) *stipulatur.* — c) *solvatur.*

Verum extrinsecus scire debes, procuratorem, si actor est, sic solere agere: si adparet, adversarium dare oportere Titio, cujus *ego* sum procurator, condemna eum, Judex: atque intentionem quidem, sive actionis initium, a domino capit; condemnationem autem in se convertit. Sed si quis ut procurator convenitur, actor sic debet dicere: Si adparet, Sejum dare oportere decem aureos, condemna Primum procuratorem ejus in decem aureos.

DE SATISDATIONIBUS.

TITULUS XI.

Nunc necesse est dicere de satisdationibus, quae motae litis causa praestantur, vel ab actore vel ab reo.

Primo autem in exordio scire debes, alium olim modum hujusmodi satisdationum fuisse, et alium nunc in usu esse. Olim enim instituta *actione* in rem, cogebatur reus satisdationem praestare, qua promittebat, si victus rem, de qua convenitur, non restitueret, neque litis aestimationem, actori licitum fore aut adversus ipsum agere ex stipulatu, aut adversus fidejussores ipsius: hujusmodi vero satisdatio adpellabatur Judicatum solvi. Unde autem hoc nominis nacta sit, facile est intellectu: namque actor sic interrogabat: Spondes solvere mihi, quodcumque judicatum erit? Et haec quidem, si quis suo nomine *actione* in rem conveniretur. Multo autem magis, si alieno nomine *actionem* in rem excepisset: etenim satisdare cogebatur Judicatum solvi, propter regulam dictitantem: *nemo sine satisdatione alienae rei defensor idoneus intelligitur.* Haec quidem de reo.

batur, satisdare cogebatur, si alieno nomine iudicium accipiebat. Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare non cogebatur. Procurator vero si in rem agebat, satisdare iubebatur, ratam rem dominum habiturum: periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiatur. tutores et curatores eodem modo, quo et procuratores, satisdare debere, verba edicti faciebant. sed aliquando his agentibus satisdatio remittebatur. Haec ita erant, si in rem agebatur.

§ 1. Sin vero in personam, ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quae diximus in actione, qua in rem agitur. Ab eius vero parte, cum quo agitur, si quidem alieno nomine aliquis interveniret [d]), omnimodo satisdaret [e]): quia nemo defensor in aliena re sine satisdatione idoneus esse creditur. quodsi proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in personam, iudicatum solvi satisdare non cogebatur.

§ 2. Sed haec hodie aliter observantur. Sive enim quis in rem actione convenitur, sive personali [f]), suo nomine: nullam satisdationem pro litis aestimatione dare compellitur, sed pro sua tantum persona,

---

d) *intervenerit.* — e) *satisdare cogebatur; satisdare.* — f) *in personam.*

In rem vero agens, si quidem suo nomine ageret, nullam poscebatur satisdationem: quomodo enim ab eo, qui dominus erat, exigi potuisset, ratam rem dominum habiturum? sin vero alieno nomine, oportebat eum satisdationem praestare, quae vocatur, Ratam rem dominum habiturum: in qua dicebat, dominum litis rata ac firma habiturum quae ab ipso fierent. Metus enim erat, ne forte dominus superveniens ac dicens, procuratorem non ex voluntate sua egisse, denuo de iisdem litigare inciperet, et *sic* aliquis inveniretur de eadem re iterum compellatus *esse.*

Et tutor et curator similiter satisdatione onerantur, ut verba edicti clamant. Sed iis interdum agentibus remittitur satisdatio: *hoc* autem intelligendum *est,* si eorum constitutio in confesso est, id est illum tutorem, hunc curatorem esse. Et haec quidem de *actione* in rem instituta.

§ 1. Quum vero personalis instituebatur, ex actoris quidem parte eadem obtinebant, quae et de *actione* in rem diximus: hoc est, dominus nullam praestabat satisdationem, sed procurator *satis* dabat Rem ratam: ac similiter tutores et curatores, si eorum constitutio in dubium veniret. Ex latere vero *rei* conventi, si quis alieno nomine personalem excipiebat, omni modo satis dabat, propter regulam supradictam, quae ait: Nemo sine satisdatione alienae rei defensor idoneus intelligitur: nam si suo nomine personalem excipiebat, non cogebatur *satis* dare Judicatum solvi.

§ 2. Verumenimvero haec apud veteres *observabantur,* sed hodie alia in his obtinet ratio. Nam sive quis *actione* in rem sive personali suo nomine convenitur, nullam praestat satisdationem pro litis aestimatione, sed solum fidejussorem dat pro sua persona, qui promittit reum in judicio ad finem

quod in iudicio permaneat usque ad terminum litis, vel committitur suae promissioni cum iureiurando (quam *iuratoriam* cautionem vocant), vel nudam promissionem, vel satisdationem, pro qualitate personae suae, dare compellitur.

§ 3. Sin autem per procuratorem lis vel infertur, vel suscipitur: in actoris quidem persona, si non mandatum actis insinuatum est, vel praesens dominus litis in iudicio procuratoris sui personam confirmaverit, ratam rem dominum habiturum, satisdationem procurator dare compellitur; eodem observando et, si tutor, vel curator, vel aliae tales personae, quae alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibusdam per alium inferunt.

§ 4. Sin vero aliquis convenitur: si quidem praesens procuratorem dare paratus est, potest vel ipse in iudicium venire, et sui procuratoris personam per iudicatum solvi satisdationis sollemnes stipulationes g) firmare, vel extra iudicium satisdationem exponere, per quam ipse sui procuratoris fideiussor existit pro omnibus iudicatum solvi satisdationis clausulis. ubi et de hypotheca suarum rerum convenire com-

---

g) *satisdationem sollemni stipulatione.*

---

usque litis permansurum. Interdum vero neque fidejussorem dat, sed propriae promissioni committitur, jurando se in judicio permansurum neque recessurum: quae vulgo etiam Latine juratoria cautio vocatur. Quin et saepe sine jurejurando nudam promissionem praestat. Sed haec omnia pro qualitate personae *rei* conventi procedere solent. Itaque *reus* suo nomine conventus, modo fidejussorem, modo juratoriam cautionem, modo nudam praestat promissionem.

§ 3. Sin autem procurator est, qui agit aut qui convenitur, ex latere quidem actoris cogitur *satis*dare Ratam rem dominum habiturum, nisi forte vel mandatum exhibeat, in se conceptum a domino, in actorum confectione insinuatum, vel praesens dominus litis in judicio personam procuratoris confirmaverit, dicens: Hunc ego constitui. Eadem obtinente forma, etsi tutor vel curator per alium agat, veluti per actorem *ita* dictum, aliasque his similes personas, quae alienarum rerum administrationem susceperunt. Multae autem sunt species curatorum, ut nosti ac *porro* doceberis. Haec quidem de actore.

§ 4. Sed quum aliquis convenitur, si quidem praesens procuratorem constituere paratus sit, hoc scilicet facere potest, aut ipse in judicium venire, et procuratoris sui personam confirmare, solitis stipulationibus interrogatus de *satisdatione* Judicatum solvi, quas qui eam praestant, promittere solent. Sed et extra judicium domino licet fidejussoriam promissionem exponere, in qua procuratoris sui fit fidejussor, omnia *cautionis* Judicatum solvi capita promittens, id est, procuratorem suum *in* judicio permansurum, et ad finem usque litigaturum, ac judicanda soluturum: oppignerans nimirum in hujus-

pellitur, sive in iudicio promiserit, sive extra iudicium caverit, ut tam ipse quam heredes sui obligentur; alia insuper cautela, vel satisdatione, propter personam ipsius exponenda, quod tempore sententiae recitandae in iudicio invenietur [h]), vel, si non venerit, omnia dabit fideiussor [i]), quae condemnatione continentur, nisi fuerit provocatum.

§ 5. Si vero reus praesto ex quacumque causa non fuerit, et alius velit defensionem subire, nulla differentia inter actiones in rem vel personales introducenda, potest hoc facere, ita tamen, ut satisdationem iudicatum solvi pro litis praestet aestimatione. nemo enim secundum veterem regulam (ut iam dictum est) alienae rei sine satisdatione defensor idoneus intellegitur.

§ 6. Quae omnia apertius et perfectissime a cotidiano iudiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent.

§ 7. Quam formam non solum in hac regia urbe, sed et in omnibus nostris provinciis, etsi propter imperitiam aliter forte celebrabantur [k]), obtinere censemus, cum necesse est, omnes provincias caput omnium nostrarum civitatium, id est hanc regiam urbem, eiusque observantiam sequi.

---

h) *veniet.* — i) def. *fidei.* — k) *celebrantur; ..atur; ..etur.*

---

modi promissione sua bona, sive in judicio haec exponat, sive extra judicium, ita ut et ipse et heredes ejus inde obligentur: alia scilicet promissione aut fidejussione exponenda pro ipsius rei persona, (namque pro se aut fidejussorem dat, aut promissionem exponit, secundum *ea quae* paullo ante dicta *sunt:*) cavens *adversario*, se tempore sententiae in judicio inventum iri: sin autem non venerit, omnia ipsum, aut ejus fidejussorem, praestaturum, quae sententia continentur: nisi forte sententiam adpellatio irritam fecerit.

§ 5. Quod si contingat, ipsum reum principalem non adesse propter quamlibet causam, alius autem quis volens absentis defensioni se substituat, nullo discrimine, utrum in rem *actio* an personalis adversus eum moveatur, sine impedimento admittetur defensoris loco: ita tamen, ut *satis*det Judicatum solvi, qua cavetur, *ipsum* omni modo judicanda persoluturum, propter veterem ac saepius memoratam regulam, quae ait: Nemo sine satisdatione alienae rei defensor idoneus intelligitur.

§ 6. Haec vero omnia clarius perfectiusque ex quotidiano hominum in judiciis usu, atque ex ipsis rebus aliquis addiscet.

§ 7. Hanc autem satisdationum aut promissionum formam non modo in hac regia urbe, sed et in omnibus suis provinciis Sanctissimus Imperator noster obtinere jubet; etiamsi forte ex imperitia aliter haec obtineant: necesse enim est, ut omnes provinciales sequantur omnium urbium caput, id est hanc urbem regnatricem.

TITULUS DUODECIMUS.

DE PERPETUIS ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, ET QUAE AD HEREDES VEL[a]) IN HEREDES TRANSEUNT.

Hoc loco admonendi sumus, eas quidem actiones, quae ex lege, senatusveconsulto, sive ex sacris constitutionibus proficiscuntur, perpetuo solere antiquitus competere, donec sacrae constitutiones tam in rem quam in personalibus actionibus certos fines dederunt; eas vero, quae ex propria praetoris iurisdictione pendent, plerumque[b]) intra annum vivere (nam et ipsius praetoris intra annum erat imperium). aliquando tamen et in perpetuum extenduntur, id est usque ad finem constitutionibus[c]) introductum; quales sunt hae, quas bonorum possessori ce-

---

a) *et.* — b) def. *plerumque.* — c) *a c.; ex c.*

DE PERPETUIS ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, ET QUAE AD HEREDES ET IN HEREDES TRANSEUNT.

TITULUS XII.

Actionum aliae ex civili descendunt Jure, aliae a Praetore inventae sunt. Quum autem dico Ex Jure Civili, intellige, sive ex Lege, sive ex Senatusconsulto aut ex Constitutione *Principis* proditae sint: hae autem perpetuo competere solent; hoc enim voluit jus vetustissimum: sed posteriores constitutiones certo tempore et in rem *actiones* et personales concluserunt: quaecumque vero a Praetore descendunt, ut plurimum annales sunt, quoniam et ipsum Praetoris edictum intra annum olim valebat.

Sunt tamen nonnullae actiones praetoriae, quae perpetuo competunt, id est ad tempora a constitutionibus definita. Hae autem sunt actiones, quas promittit bonorum possessori, et reliquis, qui heredis vicem obtinent. Scis enim bonorum possessorem, praetorium esse successorem, qui juri civili incognitus sit, quique (ut diximus in tertia Institutione) oblique agat et conveniatur: quoniam igitur actiones, quae successoribus civilibus, id est heredibus, dantur, perpetuae sunt; ast bonorum possessor, et omnis qui heredem imitatur, qualis est fideicommissarius Trebellianus, quoniam sibi per fictionem nomen heredis imponunt: ut per omnia fictio inveniatur vera, necessarium duxit *Praetor*, uti heredibus, ita et bonorum possessoribus competentes actiones, esse perpetuas.

Sed et furti manifesti actio, etsi ex Praetore descendit, tamen perpetua est: namque absurdissimum foret, anno eam circumcludi. Sed dicere quis possit, atqui furti actio *Legibus* XII Tabb. cognita est: quomodo igitur

terisque, qui heredis loco sunt, accommodat. furti quoque manifesti actio, quamvis ex ipsius praetoris iurisdictione proficiscatur, tamen perpetuo datur: absurdum enim esse existimavit, anno eam terminari.

§ 1. Non autem omnes actiones, quae in aliquem aut ipso iure competunt, aut a praetore dantur, et in heredem d) aeque competunt, aut dari solent. est enim certissima iuris regula, ex maleficiis poenales actiones in heredem non competere, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriae. sed heredibus huiusmodi actiones competunt, nec denegantur, excepta iniuriarum actione, et si qua alia similis inveniatur. aliquando tamen etiam ex contractu actio contra heredem non competit, cum testator dolose versatus sit e), et ad heredem eius nihil ex eo f) dolo pervenerit. poenales autem actiones, quas supra

---

d) *in h. rei.* — e) *s. in deposito.* — f) def. *eo.*

---

praetoriam eam vocas? Verum haec est responsio: *Lex* XII Tabb. furti *actionem* introducens, capitalem adversus furem statuit poenam, Praetor autem pecuniariam. Quoniam ergo propter asperitatem jus *Legis* XII Tabb. spretum fuit, et *jus* Praetorium in usu est; (aequum enim erat, eum qui in pecunia nocuisset, in pecunia plecti:) ideo praetoriam eam vocamus. Perpetua autem ideo facta est: absurdum enim credidit Praetor, per omnia subvenire furibus, si capitalem poenam faceret pecuniariam, et perpetuam annalem; itaque perpetuitatem in suo statu reliquit.

§ 1. Non omnis vero actio nobis competens, aut adversus nos data, sive ex *jure* civili, sive a Praetore, similiter datur heredibus aut adversus heredes. Quin simpliciter actionum aliae ex delictis sunt, aliae ex contractibus: ast e delictis adversus heredes haud transmittuntur: est enim regula certissima, quae dicit, poenales e delictis *actiones* non dari in heredes, velut furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, *Legis* Aquiliae: hae autem heredibus dantur, excepta injuriarum, et quae huic est similis, velut actio in factum, quae competit, ubi sine veniae petitione patronus in jus vocatus fuerit. Et manifesta est ratio: quum enim delictum commissum morituri patrimonium minuit, tunc heres quoque, utpote simul laesus, actionem movebit ex delicto: quod evenit in *actione* furti, et vi bonorum raptorum, ac *Legis* Aquiliae: ast in *actione* injuriarum, quoniam injuria mihi facta patrimonium non minuit, recte etiam heres meus, quippe simul haud laesus, eam non habebit: Idem et in *illa* in factum *actione, locum habet.* Sed ex contractibus actiones sine impedimento heredibus et in heredes dabuntur.

Nonnunquam tamen actio ex contractu adversus heredes non datur. Nam si rem apud te deposuerim, *eaque* postea per dolum tuum omnino perierit, aut deterior etiam facta sit, neque ullum inde lucrum ad tuum heredem pervenerit, non tenebitur *actione* depositi, licet depositum sit contractus.

diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatae, et heredibus dantur, et contra heredes transeunt.

§ 2. Superest, ut admoneamus, quod, si ante rem iudicatam is, cum quo actum est, satisfaciat actori, officio iudicis convenit, eum absolvere, licet iudicii accipiendi tempore in ea causa fuisset, ut damnari debeat; et hoc est, quod ante vulgo dicebatur, *omnia iudicia absolutoria esse.*

TITULUS DECIMUS TERTIUS.

DE EXCEPTIONIBUS.

Sequitur, ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatae sunt autem exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur: saepe enim accidit, ut, licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit, tamen iniqua sit adversus eum, cum quo agitur.

§ 1. Verbi gratia si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus stipulanti Titio promisisti, quod non debueras [a]), palam est, iure

a) *d. promittere.*

Actiones vero poenales, (quas diximus in superioribus adversus heredes non transmitti, nonnullas autem ad heredes non transire:) si vivis principalibus contestatae sint, sine impedimento etiam inter heredes exercebuntur.

§ 2. His quae de judiciis dicta sunt, necesse est et illud addere, si reus ante condemnationem, aequum agnoscens, actori satisfecerit, id est debitum reddiderit, aut rem de qua convenitur, non est necesse, ut condemnetur, quod sane lis cum eo contestata fuerit: sed succurrimus ejus bonae fidei, et absolutionem adipiscitur, etiamsi litis contestatae tempus eum dignum norit qui condemnetur. Et hoc est quod vulgo dicitur, omnia judicia esse absolutoria: id est, judici licet reum, qui ante condemnationem bonam fidem agnoscat, actione liberare.

DE EXCEPTIONIBUS.

TITULUS XIII.

Quum diximus de actionibus, consequens duximus, et de exceptionibus disserere, quae in auxilium reorum inventae sunt. Et quid est exceptio? Allegatio quaedam reo competens, adversus actionem lege quidem validam, sed vires natura iniquas exserentem.

§ 1. Veluti pro exemplo: metum tibi injeci, et feci ut promitteres, te centum mihi aureos daturum; aut induxi te, dolose te adgressus, ut promitteres; aut errans etiam opinatus es te debere, eaque promisisti, quae debere putasti,

civili te obligatum esse, et actio, qua intenditur, *dare te oportere*, efficax est: sed iniquum est, te condemnari; ideoque datur tibi exceptio, metus [b]) causa, aut doli mali, aut in factum composita, ad impugnandam actionem.

§ 2. Idem iuris est, si quis quasi credendi causa pecuniam stipulatus fuerit, neque numeraverit. nam eam pecuniam a te petere posse eum, certum est (dare enim te oportet [c]), cum ex stipulatu tenearis); sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari, placet, per exceptionem pecuniae non numeratae te defendi debere, cuius tempora nos (secundum quod iam superioribus libris scriptum est) constitutione nostra coartavimus.

§ 3. Praeterea debitor, si pactus fuerit cum creditore ne a se peteretur [d]), nihilominus obligatus manet, quia pacto convento obligationes non omnimodo dissolvuntur; qua de causa efficax est adversus eum actio, qua actor intendit, *si paret, eum dare oportere.* sed quia ini-

---

b) *quod m.* — c) *oportere.* — d) *pecunia p.*

---

licet stipulatio *vim* suam exseruerit, et obligationem verborum pepererit, natamque inde actionem, ita ut validam adversus te ex stipulatu *actionem* habeam, sive condictionem: sed quia absurdum est, te nihil debentem secundum leges postulari, idcirco mihi ex stipulatu agenti exceptionem oppones dicens, Si non per metum promisi: aut, Si non per dolum tibi obligatus fui: aut rursus, Si non per errorem tibi dare spopondi. Ecce actio jure valebat, sed quoniam ejus vis iniqua erat secundum aequitatem naturalem, inventa est defensio sive exceptio, per quam tibi ipsi subvenias. Haec autem de errore exceptio in factum dicitur, quoniam narrative eam quis opponit.

§ 2. Opponitur quoque exceptio in hac specie: Rogasti me, ut tibi centum aureos darem mutuos: promisi hoc facere: si igitur, priusquam ego solverem, cautionem tradas: ego illam accipiens, promisi postridie solutionem facere, sed non feci: postea tempus praeteriit. Ego sciens, stipulationem esse efficacem, condictionem adversus te instituo, tamquam ex stipulatu propter juris rigorem: sed quoniam iniquum est te condemnari, utpote solutione non facta, exceptio tibi dabitur, quam Jurisconsulti vocant Pecuniae non numeratae. Sed olim quidem ad quinquennium usque hujusmodi exceptio poterat opponi: hodie autem (uti diximus in tertia Institutione, Titulo XXI de *obligatione* litterarum disserentes) constitutio Imperatoris nostri eam ad biennium coangustavit: et si quidem intra biennium ago, exceptio mihi opponitur; illo autem elapso, reo denegabitur exceptio.

§ 3. Similis est et ille casus: mutuos tibi dedi centum aureos: post tempus aliquod pactum inii, me debitum non repetiturum: hoc pactum ipso jure condictionem haud tollit, quum stricta sit actio, sed jure etiam obnoxius manes. Quoniam igitur condictio adversus te valida est, et *ego* recte dico,

quum est, contra pactionem eum damnari, defenditur per exceptionem pacti conventi.

§ 4. Aeque si debitor deferente creditore iuraverit, nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet. sed quia iniquum est, de periurio quaeri [e]), defenditur tamen per exceptionem iurisurandi. In his quoque actionibus, quibus in rem agitur, aeque necessariae sunt exceptiones; veluti si petitore deferente possessor iuraverit, eam rem suam esse, et nihilominus eandem rem petitor vindicet. licet enim verum sit, quod intendit, id est rem eius esse, iniquum est tamen, possessorem condemnari.

§ 5. Item si iudicio tecum actum fuerit, sive in rem sive in personam, nihilominus obligatio durat, et ideo ipso iure postea de eadem re adversus te agi potest; sed debes per exceptionem rei iudicatae adiuvari.

§ 6. Haec exempli causa retulisse sufficiet. Alioquin, quam ex multis variisque causis exceptiones necessariae sint, ex latioribus digestorum seu pandectarum libris intellegi potest.

§ 7. Quarum quaedam ex legibus, vel ex his, quae legis vicem

---

e) *queri.*

---

si adparet, te dare oportere; sed injuriam *tibi* facio adversus aequitatem naturalem, meis ipsius pactionibus adversatus, *modo* remittens et modo petens, opponitur mihi pacti exceptio.

§ 4. Debebat mihi quis centum aureos: petii ab eo debitum: ille se debere negavit: jusjurandum ei detuli: juravit nihil *se* debere: nihilominus salva mihi est condictio. Sicut enim pactum, ita et jusjurandum ipso jure actionem non perimit. Sed quoniam absurdum est, me agentem ejus perjurium arguere, opponitur mihi jurisjurandi exceptio: dicit enim reus, si non juravi, *me* nihil tibi debere.

Non solum autem in personalibus, sed etiam in rem actionibus, opponi possunt exceptiones: veluti, detinebas rem ad meum dominium pertinentem: postulavi eam a te recipere: tu adfirmabas illam tui esse dominii: *ego* jusjurandum ea de *re tibi* detuli: jurasti te dominum esse. Si postea veniam adversus te agens in rem, (namque mihi nihilominus *actio* competit, neque enim jusjurandum exstinxit dominium mihi competens:) opponitur mihi propter aequitatem naturalem jurisjurandi exceptio.

§ 5. Competentem mihi adversus te *actionem* in rem vel personalem institui; victus fui aut ipse ego circumventus, aut judice male pronuntiante: actiones in sua validitate permanent. Si vero agere rursus tentem, expellor rei judicatae exceptione.

§ 6. Sufficit hactenus casus enumerasse, ex quibus nascuntur exceptiones. Multae autem aliae ac diversae sunt causae, quae exceptiones admittant: has vero e Digestis sive Pandecte plenius addiscemus.

§ 7. Hoc autem sciendum est, exceptionum alias ex legibus, alias ex

obtinent, vel ex ipsius praetoris iurisdictione substantiam capiunt.

§ 8 (7). Appellantur autem exceptiones aliae perpetuae et peremptoriae, aliae temporales et dilatoriae.

§ 9 (8). Perpetuae et *peremptoriae* sunt, quae semper agentibus obstant, et semper rem, de qua agitur, *perimunt;* qualis est exceptio doli mali, et *quod metus causa factum est*, et pacti conventi, cum ita convenerit, ne omnino pecunia peteretur.

§ 10 (9). *Temporales* atque *dilatoriae* sunt, quae ad *tempus* [f]) nocent, et *temporis dilationem* tribuunt; qualis est pacti conventi, cum convenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium. nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi. ergo hi, quibus intra tempus agere volentibus obiicitur exceptio aut pacti conventi, aut alia similis, *differre* debent actionem, et post tempus agere: ideo enim et *dilatoriae* istae exceptiones adpellantur. alioquin, si intra tempus egerint, obiectaque sit exceptio, neque eo judicio quicquam consequerentur propter exceptionem; nec post tempus olim agere poterant, cum temere rem in iudicium, deducebant et consumebant, qua

f) *certum t.*

his quae legis vicem obtinent, velut SCtis et constitutionibus, introductas esse: has vero Praetor ipse invenit.

§ 8. Exceptionum aliae sunt perpetuae, quae et peremtoriae vocantur: aliae temporales sive dilatoriae.

§ 9. Et peremtoriae sunt, quae actori perpetuo obstant, actionem ab eo motam semper perimentes, quoniam actionis vim resolvunt. Talis est exceptio doli, metus, pacti, quando *tecum* debitore pactus fui, me nunquam debitum a te petiturum.

§ 10. Temporales vero sunt, quae ad certum usque tempus opponuntur, velut pacti temporalis exceptio, si *tecum* debitore meo pactum fecero, me debitum a te haud petiturum ad annos quinque; nam intra hoc tempus exceptio mihi obstat: sed elapso quinquennio exstinguitur. Itaque, ut dictum est, volenti mihi intra *illud* tempus agere obstat exceptio dicti pacti, aut alia quaecumque similis: quare quinquennium morari ac deinde agere debeo: ideo enim dilatoria adpellatur, quia habet moram quamdam; namque mora dicitur dilatio. Sin autem intra quinquennium agere tentavero, hoc mecum cogitans, si quidem *judici* obrepere potero, jam nunc debitum exigo; si vero opponatur mihi temporalis pacti exceptio, ex necessitate post quinquennium petam. Haec cogitans, male sibi consulit: nam primo quidem repellitur; post quinquennium autem si agere tentet, oppositam habet rei judicatae exceptionem; quae peremtoria est. Regulam enim generalem *esse* scito, quod exceptio dilatoria opposita et probata, id est quae actorem ab judicio possit repellere, peremtoriam pariat exceptionem: hac igitur ratione actor lite cadit.

ratione rem amittebant. Hodie autem non ita stricte haec procedere volumus, sed eum, qui ante tempus pactionis vel obligationis litem inferre ausus est, Zenonianae constitutioni subiacere censemus, quam sacratissimus legislator de his, qui tempore plus petierunt, protulit, ut et inducias, quas ipse actor sponte indulserit, vel natura actionis continet, contempserat g), in duplum habeant hi, qui talem iniuriam passi sunt, et post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint, ut actores, tali poena perterriti, tempora litium doceantur observare.

§ 11 (10). Praeterea etiam ex persona dilatoriae sunt exceptiones; quales sunt procuratoriae, veluti si per militem aut mulierem agere quis velit: nam militibus nec pro patre vel matre vel uxore, nec ex sacro rescripto procuratorio nomine experiri conceditur; suis vero ne-

---

g) *si c.*

Sed haec olim: at hodie sanctissimus Imperator noster non vult, iniquum hunc rigorem habere locum, sed ait: Si quis stipulatus, Sponden post quinquennium mihi dare? aut etiam mutuum dans alicui, pactum postea cum eo fecerit, *dicens,* non petam a te mutuum ad quinque annos: sed intra quinquennium stipulationi aut factae pactioni insertum egerit, locum in illo habeto Zenonis constitutio, de iis loquens qui tempore plus petunt: quae sancit, ut qui tale quid committit et ante triennium forte, quam quinquennium pacto comprehensum, aut stipulationi etiam insertum, effluxerit, agit, nihil quidquam jam inde capiat, sed ut praescriptum tempus adversus eum duplicetur, et ipse sexennium exspectare cogatur: post sexennium vero agens tunc capiet, si impensas omnes praestiterit actor, quascumque reus ante tempus conventus impendit. Hoc enim modo creditores facti prudentiores tempus ab se constitutum haud negligent.

§ 11. Porro dilatoriarum exceptionum quaedam ex re, quaedam ex persona nascuntur. Et ex re quidem, veluti temporalis pacti exceptio: ex persona autem procuratoriae; velut si quis per militem vel mulierem agere voluerit, exceptione repellitur: nam miles, ut qui armis vacare debet, procuratorio nomine neque pro patre aut matre, neque pro uxore, etiamsi sacrum habeat rescriptum, agere permittitur; pro se autem agere non prohibetur: hoc enim legibus de militibus latis non adversatur.

Sunt vero et aliae exceptiones dilatoriae, ex personis orientes, quae procuratoribus ob infamiae rationem opponuntur. Sed quid hoc sit, necesse *est* dicere: habe autem haec in modum praeviae contemplationis. Si quis *actione* depositi aut injuriarum conventus condemnetur, infamis fit: infamis autem multas sustinet poenas; neque enim senator fieri potest neque decurio; nec militat nec patronum causarum agit; nec cujusquam fit procurator, neque agens procuratorem dare potest; ipse tamen per semet ipsum agere non

gotiis superesse sine offensa disciplinae [h]) possunt. eas vero exceptiones, quae olim procuratoribus propter infamiam vel dantis vel ipsius procuratoris opponebantur, cum in iudiciis frequentari nullo perspeximus modo, conquiescere sancimus [i]), ne, dum de his altercatur, ipsius negotii disceptatio proteletur.

TITULUS DECIMUS QUARTUS.

DE REPLICATIONIBUS.

Interdum evenit, ut exceptio, quae prima facie iusta videatur, inique [a]) noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adiuvandi

h) *militaris d.* — i) *sanximus.*
a) *tamen i.*

prohibetur. Postquam haec tibi sunt praecognita, vide reliquum argumentum: volebam adversus te litem movere: constitui procuratorem infamem, aut ipse quidem honestus *erat*, ego autem infamis: opponitur infamiae exceptio: namque reus ait: nisi vero tu procurator infamis es, aut ab infami datus: atque haec est exceptio dilatoria, ex persona oriens.

Atqui dilatorias exceptiones declinare possumus *hac* ratione: nam si reus dixerit, procuratorem esse infamem, possum ego illo mutato honestum constituere, aut per me ipsum litigare: sin autem dixerit, infamis est qui te constituit, devito eam, procuratorem quidem removens, per me ipsum autem agens: nam infamis, licet procuratorem non det, tamen per se agere potest. Si vero actor hujusmodi exceptionem contemnit, cogitans *secum*, aut obrepo *judici* et litem vinco, aut si opponatur exceptio, per me ipsum ago et debitum accipio, ipse se decipit: nam postmodo agere tentans, exceptione peremtoria rei judicatae repellitur, propter regulam tibi jam traditam, quae dicit, dilatoriam exceptionem, oppositam ac probatam, peremtoriam facere exceptionem.

Verum haec de infamia olim tractabantur: hodie autem, quoniam illa non frequenter in judiciis versantur, ne quidem fieri potest propter desuetudinem, ut quid tractetur de infamia, quae procuratorum nomine opponitur: absurdum enim, *nos* de personarum qualitate litigantes *ipsius* rei differre disquisitionem.

DE REPLICATIONIBUS.

TITULUS XIV.

Sicut actionibus jure quidem validis, sed naturali aequitate iniquis, exceptiones opponuntur, ita et exceptionibus, secundum veritatem quidem validis, sed natura iniquis visis, ab actoribus allegatio juris opponitur, quae *replica-*

actoris gratia, quae *replicatio* vocatur, quia per eam *replicatur* atque *resolvitur* vis [b]) exceptionis. veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat, deinde postea in contrarium pacti sunt, id est ut petere creditori liceat; si agat creditor, et excipiat debitor, ut ita demum condemnetur, *si non convenerit, ne eam pecuniam creditor petat,* nocet ei exceptio (convenit enim ita: namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sunt): sed quia iniquum est, creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto convento.

§ 1. Rursus interdum evenit, ut replicatio, quae prima facie iusta sit, inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adiuvandi rei gratia, quae duplicatio vocatur.

§ 2. Et si rursus ea prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam iniqui actori noceat, rursus allegatione alia opus est, qua actor adiuvetur, quae dicitur triplicatio.

§ 3. Quarum omnium exceptionum usum interdum ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introducit [c]); quas omnes apertius ex latiore digestorum volumine facile est cognoscere.

---

b) *ius.* — c) *introduxit.*

---

tio adpellatur. Hinc autem dicta est, quia per eam exceptionis vis replicatur ac resolvitur: nam replico est resolvo. Spectatur autem quod dictum est, in hac specie: cum debitore meo pactum feci, me ab eo debitum non petiturum; post tempus aliquod debitor auro locupletior factus, aut forte etiam a me vel ab alio contumelia adfectus, pactum fecit, quo mihi permisit debiti petitionem instituere: si adversus eum condictione agam, debitum petens post initum pactum secundum, sed ille poenitens mihi pacti exceptionem opponat, dicens: Nisi vero pactum fecisti de non petendo debito: prima fronte videtur pactum mihi obstare contra petitionem: conventum est enim revera, et nihilominus manet verum: nam pactum secundum ipso jure prius non fecit irritum: sed quia iniquum est, creditorem repelli, datur ei ex pacto secundo replicatio, in qua dicit: Nisi vero pactum secundum factum est, petitionem mihi permittens.

§ 1. Sicuti exceptioni opponitur replicatio, ita et replicationi, quae prima quidem fronte justa est, sed secundum naturalem aequitatem nocet, alia ab reo opponitur allegatio, quae duplicatio adpellatur. Veluti, tecum pactus sum, me debitum abs te non petiturum: tu autem alterum pactum fecisti, permittens mihi petitionem: ego tertium, remittens debitum.

§ 2. Quod si etiam duplicatio naturâ inveniatur injusta, utilis est actori in subsidium alia quoque allegatio, quae vocatur triplicatio.

§ 3. Harum vero exceptionum usum, ulterius quam diximus, negotiorum

§ 4. Exceptiones autem, quibus debitor defenditur, plerumque accommodari solent etiam fideiussoribus eius: et recte, quia, quod ab his petitur, id ab ipso debitore peti videtur, quia mandati iudicio redditurus est eis, quod hi pro eo solverint. qua ratione et, si de non [d]) petenda pecunia pactus qui cum reo fuerit, placuit, perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conventi illis quoque [e]), qui pro eo obligati essent, acsi et [f]) cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sane quaedam exceptiones non solent his accommodari. ecce enim debitor, si bonis suis cesserit, et cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem, *nisi* [g]) *bonis cesserit:* sed haec exceptio fideiussoribus non datur, scilicet ideo, quia, qui alios pro debitore obligat, hoc maxime prospicit, ut, cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab his, quos pro eo obligavit, suum consequi.

---

d) *non de.* — e) def. *quoque.* — f) def. *et.* — g) *si.*

---

varietas induxit: potest enim triplicationi quadruplicatio opponi. Sed haec omnia facile ex latiori Digestorum volumine cognoscere licet.

§ 4. Quibus autem exceptionibus debitor principalis uti potest, eas ut plurimum et fidejussor recte opponit: nam quod fidejussor poscitur, debitor posci videtur: solvens enim fidejussor, adversus eum mandati habet *actionem.* Unde, si cum debitore meo pactus fuero, de non petendo debito, pacti exceptio etiam iis dabitur, qui pro ipso sunt obligati, perinde acsi expresse dixissem, neque vos *ceteros* debitum poscam.

Sed sunt exceptiones quaedam, quibus una cum debitore non fruitur fidejussor: veluti, mutuum dedi Primo, et Secundum sumsi fidejussorem; Primus bonis suis cessit: nihil pretio dignum *post illa* nactus, et conventus a me, opponere potest exceptionem, ac dicere: Nisi vero *bonis* cessi; atque ab judicio me repellit. Verum haec exceptio fidejussores ejus non juvabit, propter hanc causam: quoniam qui a debitore suo fidejussorem accipit, ideo potissimum accipit, sui gerens curam, ut, si contingat debitorem non esse solvendo, adversus fidejussores agere possit: quod si *jam* cessionis exceptionem et fidejussori daremus, inutilis mihi foret et *ipsa illa* cura per fidejussorum acceptionem.

TITULUS DECIMUS QUINTUS.

DE INTERDICTIS.

Sequitur, ut dispiciamus de interdictis, seu actionibus, quae pro his exercentur. Erant autem interdicta formae atque conceptiones verborum, quibus praetor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat. quod tunc maxime faciebat [a]), cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contendebatur.

§ 1. Summa autem divisio interdictorum haec est, quod aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. *prohibitoria* sunt, quibus vetat [b]) aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidenti, vel mortuum in-

a) *fiebat.* — b) *praetor v.*

DE INTERDICTIS.

TITULUS XV.

Qui de actionibus et exceptionibus et replicationibus disseruit, consequens est *eum* et de interdictis disserere, sive *de* actionibus, quae interdictorum loco moventur: qui vero de interdictis disserit, *eum* necesse est scire, quando de possessione loquatur, et quando quasi de possessione. Atqui possessio est, rei corporalis detentio: quasi autem possessio est, incorporalis rei usus. Et corporale quidem est, veluti ager, domus, et quaecumque hujusmodi; incorporale autem est, velut ususfructus, ac servitus, et his similia, Quando igitur de possessione aut quasi possessione inter duos aliquos controversia oritur, ad Praetorem abeunt, hoc ei exponentes; quia saepe accidit, ut caedes committantur, et vulnera infligantur, et plagae inferantur in hujusmodi controversiis, et factum Praetori enarrant: is autem inter illos quaedam verba dicit, non dirimens quaestionem, sed ipsos remittens ad judicem pedaneum, cogniturum de controversia inter eos. Oportet igitur *haec* colligentem definire ac dicere, quid sit interdictum. *Interdictum* est Praetoris dictum inter duos aliquos de possessione aut quasi possessione litigantes pronuntiatum, quaestionem non dirimens, sed judicem instruens, quomodo de quaestione judicare oporteat. Dicit autem Praetor haec verba, sive ut prohibens quid fieri, sive ut jubens. Maxime vero in possessione locus *est* interdictis. Ideo autem dixi Maxime, quoniam aliquando et possessionis non subest causa, et *tamen* interdictum competit.

§ 1. Summa autem interdictorum divisio haec est, quod interdictorum alia sint Prohibitoria sive vetantia, alia Exhibitoria sive praesentantia, alia Restitutoria sive reparantia.

Et prohibitoria quidem sunt, quibus quid fieri vetat: veluti, minabatur aliquis irruere et possessionem mihi suppetentem turbare; ego Praetorem

ferenti, quo ei ius erat inferendi, vel in loco sacro aedificari, vel in flumine publico ripave eius aliquid fieri, quo peius navigetur. *restitutoria* sunt, quibus *restitui* aliquid iubet, veluti cum c) bonorum possessori possessionem eorum, quae quis pro herede, aut pro possessore possidet ex ea hereditate, aut cum iubet ei, qui vi d) possessione e) fundi deiectus sit, *restitui* possessionem. *exhibitoria* sunt, per quae iubet *exhiberi*, veluti eum, cuius de libertate agitur, aut libertum, cui patronus operas indicere velit, aut parenti liberos, qui in potestate eius sunt. Sunt tamen, qui putant, proprie *interdicta* ea vocari, quae prohibitoria sunt, quia *interdicere* est *denuntiare* et *prohibere;* restitutoria autem et exhibitoria proprie *decreta* vocari: sed tamen obtinuit, omnia *interdicta* appellari, quia *inter duos dicuntur.*

§ 2. Sequens divisio interdictorum haec est, quod quaedam adipiscendae possessionis causa comparata sunt, quaedam retinendae, quaedam reciperandae.

---

c) Def. *cum.* — d) def. *vi.* — e) *de p.; ex p.; a p.*

---

adii, minas exponens adversarii, at me ipsum sine vitio possidere dixi: et Praetor pronuntiabat ita dicens: *sine vitio possidenti vim fieri veto.* Aut forte etiam aliquis mortuum ad se pertinentem volebat inferre ac deponere in loco, ubi jus ei erat deponendi: dabitur huic interdictum prohibitorium adversus eum qui prohibere ipsum voluerit. Aut volebat etiam quis in loco sacro aedificare, aut in publico flumine vel ripa ejus aliquid moliri, per quod *opus* deteriorem facturus erat fluminis navigationem: et hic interdictum dabitur prohibitorium.

Restitutoria autem sunt, per quae restituere quid jubet: veluti bonorum possessori, ut reddatur possessio rerum, quas alius quis pro herede vel pro possessore adprehendit. Quid autem sit pro herede vel pro possessore, pergentes docebimur. Aut si agri possessionem mihi jubebit restitui, unde vi dejectus fui.

Exhibitoria autem sunt, quibus quid jubet in medium proferri: veluti, occultas fratrem meum, dicens eum esse servum tuum, me volente de libertate ejus litigare: aut libertum meum occultas, cui operas injungere volo: aut saepe filium quoque meum vel nepotem in *mea* potestate *constitutum* occultas, hosque *ego* in medium produci volo.

Nonnulli tamen dicunt, interdicta proprie illa vocari, quibus quid fieri prohibet; quoniam interdicere sit denuntiare ac prohibere: restitutoria vero et exhibitoria non adpellari interdicta, sed decreta, a decernere, quod sit censere et *statuere.* Attamen placuit omnia vocari *interdicta, quia inter duos dicuntur.*

§ 2. Altera interdictorum divisio haec est, quod interdictorum alia vim adipiscendi sive adquirendi habeant; haec enim postulamus, quum possessionem adquirere volumus: alia retinendi seu servandi: alia recuperandi sive recipiendi.

§ 3. Adipiscendae possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur *quorum bonorum*, eiusque vis et potestas haec est, ut, quod ex his bonis quisque, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideat, id ei, cui bonorum possessio data est, restituere debeat (pro herede autem possidere videtur, qui putat, se heredem esse; pro possessore is possidet, qui nullo iure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem, sciens, ad se non pertinere, possidet). ideo autem *adipiscendae possessionis* vocatur interdictum, quia ei tantum utile est, qui nunc primum conatur *adipisci* rei *possessionem:* itaque si quis, adeptus possessionem, amiserit eam, hoc interdictum ei inutile est. Interdictum quoque, quod appellatur *Salvianum*, adipiscendae possessionis causa comparatum est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.

---

§ 3. Et adipiscendi quidem vim seu facultatem habet interdictum Quorum bonorum, quod bonorum possessori datur; velut in hac specie: decessit cognatus meus; petii in hujus bonis possessionem Unde cognati; aliqua ex his bonis quidam tenebant; possum per interdictum Quorum bonorum in eorum possessionem venire: sed non adversus quemlibet possessorem interdictum mihi dabitur, verum adversus duos tantum, adversus eum qui pro herede et adversus eum qui pro possessore *possidet.*

Et quis est *pro herede?* Qui putat se esse heredem. Quare autem sic dicatur, necesse *est* dicere: multae adquisitionum sunt causae; et quot sunt causae adquisitionum, totidem *sunt* et tituli. *Titulus* autem est possessionis ratio: veluti, rogo te, unde hanc rem possides? et dicis, quoniam mihi donata est; et Titulus est pro donato: aut, quoniam emi; et Titulus est pro emto: aut, in dotem mihi data fuit; et Titulus est pro dote: aut, legata mihi est; et Titulus est pro legato. Heic ergo interrogatus dicit, quoniam me heredem esse puto; et dicitur pro herede.

Quis vero est *pro possessore?* Pro possessore est ac dicitur, violentus raptor, nullam habens justam detentionis causam, qui interrogatus, unde possideat, ait, Quia possideo; atque interrogationem in responsionem convertit: hic igitur dicitur pro possessore: haud distinguentibus nobis, utrum omnem possideat hereditatem, an rem unam.

Ideo autem interdictum Quorum bonorum ad vim *possessionis* adipiscendae refertur, quoniam ei est utile, qui possessionem *nunc* primum adipisci cupit.

Hujusmodi est interdictum Salvianum, quod domino fundi datur adversus colonum qui pactus fuit, ut bona omnia ab ipso in fundum invecta pro mercede sint oppignerata. Nam si solvere cessaverit, adversus quemlibet bona coloni possidentem Salviano interdicto agetur.

Si quis igitur possessionem *nunc* primum volet adprehendere, necessaria ei sunt interdicta adipiscendae possessionis: sed si adeptus eam amiserit, tunc eum transire oportet ad interdicta, quae vim recuperandae habent.

§ 4. Retinendae possessionis causa comparata sunt interdicta *uti possidetis,* et *utrubi,* cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei controversia sit, et ante quaeritur, uter ex litigatoribus possidere, et uter petere debeat. namque nisi ante exploratum fuerit, utrius eorum possessio sit, non potest petitoria f) actio institui, quia et civilis et naturalis ratio facit, ut alius possideat, alius a possidente petat. et quia longe commodius est, possidere potius, quam petere, ideo plerumque et fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. commodum autem possidendi in eo est, quod, etiamsi eius res non sit, qui possidet, si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet suo loco possessio; propter quam causam, cum obscura sint utriusque iura, contra petitorem iudicari solet. Sed interdicto quidem uti possidetis de fundi vel aedium possessione contenditur, utrubi vero interdicto de rerum mobilium possessione. quorum vis et potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat: nam uti possidetis interdicto is vincebat, qui interdicti tempore possidebat, si modo nec vi, nec clam, nec

f) *petitoris.*

§ 4. Quum diximus *interdicta,* quae adipiscendae *possessionis* vi pollent, dicamus ea quae retinendae. Tale est *interdictum* Uti possidetis, et *interdictum* Utrubi. Locum autem habet in hac specie: evênit, ut servum aliquem adprehenderem, te praesente; atque me dicente, hunc meum esse servum, adfirmabas temet esse dominum; et uterque nostrum ad se dominium transferebat; ego tandem dicebam, si te dominum esse putas, ecce ego servum possideo, institue adversus me *actionem* in rem; sed tu quoque eadem dicebas, *quin* ego possideo, et tu potius adversus me *actionem* in rem institue. Postquam vero de dominio prius coepimus, veniamus *nunc* ad sermonem de possessione. Dijudicandum ergo est et dignoscendum, quis reus sit, quis actor: siquidem neque *jure* civili neque ratione naturali procedet judicium, nisi noverimus, quis sit actor, quis vero reus. Potior autem in judiciis reus *est* actore: eaque propter ut plurimum magnae oriuntur controversiae de possessione ipsa, apud quem ea sit. Commodum enim possidendi in eo consistit, quod, etiamsi res ipsius possidentis non sit, reus nonnunquam lite vincat, quando actor probare non potest, dominium sibi competere: quare quando incertum est, utrum actor an reus sit dominus, pro reo sententia fertur: namque imbecillitas probationum actoris (is enim probationibus gravari solet) victoriam reo semper parat.

Haec igitur duo interdicta retinendae *possessionis* vim habent: differentia autem inter illa *haec* est, quod quidem Uti possidetis in immobilibus, velut agro ac domo, locum habeat; Utrubi in mobilibus.

Verum interdicto Uti possidetis ille vincit, qui fundum eo tempore, quo Praetor interdictum reddebat, sine vitio possidet, id est nec vi ingressus,

precario nactus fuerat ab adversario possessionem, etiamsi alium vi expulerat, aut clam abripuerat g) alienam possessionem, aut precario rogaverat aliquem, ut sibi possidere liceret; utrubi vero interdicto is vincebat, qui maiore parte eius anni nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidebat. hodie tamen aliter observatur: nam utriusque interdicti potestas, quantum ad possessionem pertinet, exaequata est, ut ille vincat et in re soli et in re mobili, qui possessionem nec vi, nec clam, nec precario ab adversario litis contestationis tempore detinet.

§ 5. Possidere autem videtur quisque non solum, si ipse possideat, sed et, si eius nomine aliquis in possessione sit, licet is eius iuri subiectus non sit, qualis est colonus et inquilinus; per eos quoque, apud quos deposuerit quis, aut quibus commodaverit, ipse possidere videtur: et hoc est, quod dicetur, *retinere possessionem posse aliquem per quemlibet, qui eius nomine sit in possessione.* quinetiam animo quoque retineri possessionem placet, id est ut, quamvis neque ipse sit in possessione,

---

g) *arripuerat; subrip..; erip..; rap...*

---

nec clam nactus *ab adversario*, nec precario. Quamquam enim ego vel maxime alii vim faciens fundum possideo, aut clam ab alio nactus sum, aut alium exorans in possessionem veni, si tamen nihil hujusmodi a me commissum est adversus te, vinco te in certamine hujus interdicti.

In interdicto autem Utrubi is vincit, qui, anno retro replicato, plurimo tempore possedit: veluti, ego septem mensibus possedi, tu quinque posterioribus; ego vincam: jam igitur possessione mihi reddita, tu sic actor factus probationibus gravaris.

Sed haec quidem omnia olim *obtinebant:* ast hodie haec aliter servantur, nulla observanda interdictorum differentia circa possessionis quaestionem: is enim vincit, sive immobilis sit res sive mobilis, qui fundum litis contestatae empore sine vitio possidet. Itaque non spectamus amplius, quis possideat, quum interdictum redderetur, nec quis plurimo praecedentis anni tempore possederit.

§ 5. Possidemus autem non modo per nos ipsos, vel per eos quos in potestate habemus, sed etiam per alios, qui in potestate nostra non sunt, qualis est qui agrum a nobis conduxit, et inquilinus, et ille apud quem deposui, aut cui rem meam commodavi: illis enim naturaliter possidentibus, ego jure *civili* possideo. Atque hoc est, quod vulgo dicitur, posse me per alium, qui meo nomine sit in possessione, possessionem retinere.

Enimvero animo quis potest possessionem retinere: nam licet vel maxime neque ipse, neque ejus nomine aliquis in possessione sit rei, sed rem reliquerit, non animo spernentis, sed sperantis *se* deinde ad eam reversurum; et sic retinere videtur possessionem. Hoc autem fit in agris aut suburbanis; ea enim relinquimus hiemis tempore, propter habitationis incommoditatem, sperantes invitante tempore eadem loca recipere. Sed animo primam adprehendere possessionem non possumus: veluti, vendidisti mihi praedia, sita in illa

neque eius nomine alius, tamen, si non reliquendae possessionis animo, sed postea reversurus inde discesserit, retinere possessionem videtur. adipisci vero possessionem per quos aliquis potest, secundo libro exposuimus. nec ulla dubitatio est, quin animo solo possessionem adipisci nemo potest.

§ 6. Reciperandae possessionis causa solet interdici, si quis ex possessione fundi vel aedium vi deiectus fuerit; nam ei proponitur interdictum unde vi, per quod is, qui deiecit, cogitur ei restituere possessionem, licet is ab eo, qui vi deiecit, vi [h]) vel clam vel precario possidebat. Sed ex sacris constitutionibus, ut supra diximus, si quis rem per vim occupaverit, si quidem in bonis eius est, dominio eius privatur, si aliena, post eius restitutionem etiam aestimationem rei [i]) dare vim passo compellitur. Qui autem aliquem de possessione per vim deiecerit, tenetur lege Iulia de vi privata, aut de vi publica; sed de vi privata, si sine armis vim fecerit, sin autem cum armis eum de possessione expulerit, de vi publica. *armorum* autem appellatione non solum scuta et gladios et galeas significari intellegimus, sed et fustes et lapides.

§ 7. Tertia divisio interdictorum haec est, quod aut simplicia sunt,

---

h) Def. prius *vi;* def. posterius *vi.* — i) def. *rei.*

---

provincia; ea mihi tradere volebas; ego neque adprehendere possum illa loca, aut non audeo, neque aliquem mittere qui adprehendat; dicere tibi non possum, Absiste *illis* praediis, namque ego ea animo possideo. Animo enim primam adprehendere possessionem non possumus: sed possessionem corpore mihi traditam animo retinere possum.

Quinam vero sint, per quos nobis possessio adquiratur, plene diximus in secunda Institutione.

§ 6. Recuperandae *possessionis* vim quoque habet interdictum Unde vi. Nam si quis me *de* agro meo vel domo mea vi ejecerit, necessarium mihi *est* dictum interdictum, per quod possessionem mihi restituere cogetur; licet maxime vim ei ante intulerim, aut clam eo in possessionem venerim, aut possessionem precario ab eo acceperim.

Sed haec quidem veteres *servabant:* constitutiones autem (ut jam diximus) volunt, ut si quis rem suam vi eripiat, ipse ejus dominio privetur: sin vero alienam, ut et illam reddat et aestimationem ejus vim passo praestet. Qui vero aliquem vi dejecit *de* possessione quam tenebat, non solum memorato tenetur interdicto, sed et criminali subjacet judicio *legis* Juliae de vi privata aut de vi publica. Tunc autem locum habet *judicium* de vi privata, quum sine armis vim commisit: quod si cum armis aliquem vi possessione expulit, *lege* Julia de vi publica tenetur. Armorum vero adpellatione non modo scuta et gladii et galeae significantur, sed et ligna et lapides, et omne instrumentum, quod laedere potest.

§ 7. Diximus, interdictorum alia esse prohibitoria, alia restitutoria, alia

aut duplicia. simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus est; qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria: namque actor est, qui desiderat aut exhiberi, aut restitui, reus is, a quo desideratur, ut restituat, aut exhibeat. prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. simplicia sunt, veluti cum prohibet praetor, in loco sacro, vel in flumine publico ripave eius aliquid fieri (nam actor est, qui desiderat, ne quid fiat; reus, qui aliquid facere conatur); duplicia sunt, veluti uti possidetis interdictum, et utrubi. ideo autem *duplicia* vocantur, quia par utriusque litigatoris in his condicio est, nec quisquam praecipue reus vel actor intellegitur, sed unusquisque tam rei, quam actoris partem sustinet.

§ 8. De ordine et veteri exitu interdictorum supervacuum est hodie dicere: nam quotiens extra ordinem ius dicitur (qualia sunt hodie omnia iudicia), non est necesse, reddi interdictum, sed perinde iudicatur sine interdictis, atque si utilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.

---

exhibitoria: fecimus et alteram divisionem, dicentes alia habere adipiscendae *possessionis* vim, alia retinendae, alia recuperandae: dicatur etiam tertia interdictorum divisio; alia enim sunt simplicia, alia duplicia.

Simplicia quidem, in quibus actor discretus est ab reo, qualia sunt omnia restitutoria et exhibitoria: namque actor est, qui sibi vult possessionem restitui, aut personam occultatam in medium produci; reus vero, qui possessionem restituere, aut personam in medium producere cogitur.

Prohibitoriorum autem interdictorum alia sunt simplicia, alia duplicia. Et simplicia quidem sunt, quando Praetor vetat quem aedificare in loco sacro, aut in flumine publico vel in ripa ejus quid moliri: prohibens etenim actor est, et prohibitus reus. Duplicia autem, velut *interdicta* Uti possidetis et Utrubi. Ideo autem duplicia vocantur, quoniam par utriusque litigantium est conditio; et neuter in illis praecipue reus est aut actor, sed quisque eorum et rei et actoris vicem obtinet. Adeoque Praetor, quum illis interdicta redderet, media usus fuit enuntiatione, neque hunc neque illum actorem designans ex suis verbis: nam in *interdicto* Uti possidetis haec verba pronuntiabat: *uti possidetis, quo minus possideatis, vim fieri veto;* neque dicebat, *uti possides,* ut ne ad unum dirigere *sermonem* videretur. Ast in *interdicto* Utrubi his usus fuit verbis: *utrubi vestrum servus ille, de quo agitur, majore parte hujus anni fuerit, quo minus is eum ducat, vim fieri veto:* id est: Nolo cum prohiberi, quin capiat hunc servum, cujus in possessione fuit majore anni parte. Vide, quomodo et hic dixerit *utrubi,* id est Apud utrum; neque dixerit, Apud te.

§ 8. De ordine porro et exitu *interdictorum* hodie supervacaneum est dicere. Nam in judiciis extraordinariis, qualia hodie sunt omnia judicia, non necesse est interdicta interponi: sed sine illis judicia exercentur, utili actione pro interdictis instituta. Itaque sic aliquis intendere debet: Utilem adversus te intendo actionem, velut ex interdicto Salviano, aut velut ex interdicto Unde vi, aut alio quolibet.

TITULUS DECIMUS SEXTUS.

DE POENA TEMERE LITIGANTIUM.

Nunc admonendi sumus, magnam curam egisse eos, quia iura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent; quod et nobis studio est. Idque eo maxime fieri potest, quod temeritas tam agentium, quam eorum, cum quibus ageretur, modo pecuniaria poena, modo iurisiurandi religione, modo metu infamiae coercetur.

§ 1. Ecce enim iusiurandum omnibus, qui conveniuntur, ex nostra constitutione defertur: nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi prius iuraverit, quod putans, se bona instantia uti, ad contradicendum pervenit. at adversus infitiantes ex quibusdam causis dupli vel tripli [a]) actio constituitur, veluti si damni iniuriae, aut legatorum locis

a) Def. *v. tripli.*

DE POENA TEMERE LITIGANTIUM.

TITULUS XVI.

Qui jura olim nobis constituerunt, judiciorumque ordinem invenerunt, celeres ac temerarios ad judicia decursus inhibere voluerunt; quod et Imperatori nostro cordi est. Saepe enim quis, nullam adversus me actionem habens, litem moveret, haec cogitans: siquidem *judici* obrepere potuero, condemnabitur mihi adversarius; quod si non potuero, nihil inde laesus ero. Et alius rursum, qui debet, ad infitiandum se vertit, cogitans: aut obrepo *judici* et absolutionem merebo; aut si non potero obrepere, nihil laedor exsolvens quod debeo. Veteres igitur hasce tam actorum calumnias, quam reorum tergiversationes, amputare cupientes, excogitaverunt poenas, aliquando quidem pecuniarias, aliquando autem jurisjurandi praestationem, et aliquando infamiae metum incutientes.

§ 1. Primo enim reis omnibus ex Imperatoris nostri constitutione jusjurandum defertur: namque haud aliter suis utitur allegationibus, nisi prius juraverit, quod putans se bona conscientia actori contradicere, ad judicium venerit. Maxima igitur est poena, quia et perjurio subjicitur, et convictus debitum reddit.

Nonnullae autem sunt actiones, quae in duplum aut in quadruplum condemnationem habent. In duplum, veluti *Lex* Aquilia, et legata locis venerabilibus relicta. Admonemus ergo eos, qui una harum actionum tenentur, ut confiteantur: nam infitiantes duplum dependent, alterum simplum, praeter id quod debetur, poenae nomine exsolventes.

venerabilibus relictorum nomine agetur (statim autem ab initio pluris quam simpli est actio, veluti furti manifesti quadrupli, nec manifesti dupli: nam ex his causis et aliis quibusdam, sive quis neget sive fateatur, pluris quam simpli est actio). Item actoris quoque calumnia coercetur: nam etiam actor pro calumnia iurare cogitur ex nostra constitutione [b]). Utriusque etiam partis advocati iusiurandum subeunt, quod alia nostra constitutione comprehensum est. Haec autem omnia pro veteris [c]) calumniae actione introducta sunt, quae in desuetudinem abiit, quia [d]) in partem decimam litis actorem multabat, quod nusquam factum esse invenimus; sed pro his introductum est et praefatum iusiurandum, et ut improbus litigator etiam damnum et impensas litis inferre adversario suo cogatur.

§ 2. Ex quibusdam iudiciis damnati ignominiosi fiunt, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo, item tutelae, mandati, de-

---

b) *c., quod non calumniandi animo litem movisset, sed existimando, bonam causam habere.* — c) *veteri.* — d) *quae.*

Porro quaedam actiones sunt, quae in amplius quam simplum habent condemnationem, etiamsi actio adversus confitentem moveatur. In duplum quidem furti nec manifesti *actio;* in quadruplum autem furti manifesti. Hae sunt reorum poenae.

Sunt autem et quaedam calumniantium punitiones. Primo enim in principio litis actor jurare cogitur, ex constitutione Principis nostri, quod bona conscientia praesentem instituerit litem.

Alia quoque est constitutio ejusdem Imperatoris sacratissimi, quae utrumque advocatorum jurijurando subjicit.

Hoc autem jusjurandum Imperator noster introduxit in locum institutae olim calumniae *actionis,* quae per desuetudinem sublata est. Nam si ego adversus quem qualemcumque movissem actionem, posteaque victus et calumniator inventus fuissem, reus conversus poterat adversus me intendere actionem de calumnia, quae condemnationem habebat in decimam eorum *partem,* quae ego illum poposceram: veluti, condictione egi, verbi gratia de centum solidis, et victus sum; instituebatur adversus me calumniae *actio* in solidos decem. Quoniam igitur haec calumniae *actio* in usu non erat, in ejus locum praedicti jurisjurandi praestatio inventa est: et ut litigator impudens adversario cogatur impensas refundere, in quas eum conjecit temere cum illo litigans.

§ 2. Praeter dictas nobis in superioribus reorum poenas, sunt et aliae poenae. Etenim aliquae sunt actiones, quibus condemnati fiunt infames: ex delictis quidem *actiones* furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo: ex contractibus autem, aut quasi ex contractibus, tutelae, mandati, depositi, quum directae instituuntur, non item *si* contrariae: nam contrariae non sunt

positi, directis non contrariis actionibus, item [e]) pro socio, quae ab utraque parte directa est (et ob id quilibet ex sociis, eo iudicio damnatus, ignominia notatur). sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo, non solum damnati notantur ignominia, sed etiam pacti, et recte: plurimum enim interest, utrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit.

§ 3. Omnium autem actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur, qua praetor edicit de in ius vocando: utique enim in primis adversarius in ius vocandus est, id est ad eum vocandus est [f]), qui ius dicturus sit. Qua parte praetor parentibus et patronis, item liberis parentibusque patronorum et patronarum hunc praestat honorem, ut non aliter liceat liberis libertisque eos in ius vocare, quam si id ab ipso praetore postulaverint et impetraverint; et, si quis aliter vocaverit, in eum poenam solidorum quinquaginta constituit.

---

e) def. *item.* — f) def. *id est, voc. est.*

---

infamantes, veluti contraria tutelae, quam tutor adversus pupillum habet, de iis quae in illum impendit. Contraria mandati est, quum mandasti mihi ut pro te litigarem, atque *ego* per hanc litis impensas te reposco. Contraria depositi, veluti servum apud me deposuisti; hic aegrotavit; in morbum ejus aliquas impensas feci; has per contrariam depositi *actionem* repeto. *Actio* etiam pro socio famosa est: sed hic contrariam dicere haud licet; directa enim est ab utroque latere, et quicumque ex sociis condemnatus fuerit, fit infamis.

Actionum vero e delictis atque *ex* contractibus haec *est* differentia, quod in *actione* furti ac similibus non modo condemnatus infametur, sed etiam extra judicium pactus: videtur enim quasi pecunia redimere poenam adversum te pronuntiandam; et dum paciscitur, proprium confitetur crimen. Ast in *actionibus* ex contractibus solus condemnatus fit infamis; namque pactus misericordia quoque dignus judicabitur.

§ 3. Omnium autem judiciorum instituendorum initium ex titulo Praetoris de in jus vocando originem capit. Nam qui cum aliquo litigare vult, magistratum adire debet, et illum in jus vocare. Quod si quis adscendentium est, qui vocatur, aut patronus a liberto, vel ejus adscendentes aut descendentes, eum *a magistratu* veniam petere oportet: si enim sine veniae petitione vocati fuerint, instituta adversus eos *liberos aut libertos* in factum actione, condemnabuntur in quinquaginta solidos.

TITULUS DECIMUS SEPTIMUS.

DE OFFICIO IUDICIS.

Superest, ut de officio iudicis dispiciamus. Et quidem in primis illud observare debet iudex, ne aliter iudicet, quam [a]) legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est.

§ 1. Ideo si noxali iudicio addictus [b]) est, observare debet, ut, si condemnandus videbitur dominus, ita debeat condemnare: *Publium Maevium Lucio Titio decem aureis condemno, aut noxam dedere.*

§ 2. Et si in rem actum sit [c]), sive contra petitorem iudicabit [d]), absolvere debet possessorem, sive contra possessorem, iubere eum debet, ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si in praesenti neget se possessor restituere posse, et sine frustatione videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei, ut tamen de litis aestimatione caveat cum fideiussore, si intra tempus, quod ei datum est, non restituisset. Et si hereditas petita sit, eadem circa fructus interveniunt, quae dixi-

---

a) *quam quod.* — b) *aditus.* — c) *s. coram iudice.* — d) *iudicavit; ..verit.*

DE OFFICIO JUDICIS.

TITULUS XVII.

Reliquum est de officio judicum dispicere. Et sane primo loco hoc observare debet judex, ut ne judicans aliter pronuntiet, quam constitutionibus, aut scriptis legibus, aut prudentium scitis, cavetur.

§ 1. Ideo si *actionem* noxalem adversus te instituero, atque delictum in me commissum probavero, judicem sic pronuntiare oportet: Publium Maevium Lucio Titio actori condemno, ad praestandos decem aureos, aut ad servum noxae dedendum.

§ 2. Sin autem quis in rem agit, si quidem contra actorem judicat, reum absolutione dignetur: si vero deteriora *esse* rei jura videt, jubeat eum rem restituere una cum fructibus. Quod si reus neget in praesenti *se* tempore rem posse restituere, et hoc ab eo non dicatur per tergiversationem, judicem oportet tempus praestitutum dare, intra quod actori rem restituere debeat, cautionem exponens cum datione fidejussorum de litis aestimatione, *ipsum* nisi intra tempus ab judice definitum rem restituerit, definitam *litis* aestimationem praestaturum.

Si hereditatis petitio instituitur, eadem judicet de fructibus, quae in *actione* in rem. Illorum vero fructuum nomine, quos sua culpa hereditatis possessor non percepit, condemnetur, quum mala fide in possessionem venerit heredi-

mus intervenire in singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit [e]), in utraque actione eadem ratio paene habetur, si praedo fuerit. si vero bona fide possessor fuerit, non habetur ratio consumptorum [f]), neque non perceptorum; post inchoatam autem petitionem etiam illorum [g]) ratio habetur, qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt.

§ 3. Si ad exhibendum actum fuerit, non sufficit, si exhibeat rem is, cum quo actum est, sed opus est, ut etiam causam rei debeat exhibere, id est ut eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si, cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset: ideoque, si inter moras usucapta sit res a possessore, nihilominus condemnatur. praeterea fructus medii temporis, id est eius, qui post acceptum ad exhibendum iudicium, ante rem iudicatam, intercessit, rationem habere debet iudex. Quodsi neget is [h]), cum quo ad exhibendum actum est, in praesenti exhibere se posse, et tempus exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur, dari ei debet, ut tamen caveat, se

---

e) *p. sive illorum, quos perceperit.* — f) *neque c.* — g) *i. fructuum.* — h) *reus.*

---

tatis: iisdem et in speciali in rem actione fere obtinentibus; nam et in illa qui mala fide in rei possessionem venit, rationem quoque reddet fructuum per negligentiam ejus non perceptorum. Quamobrem autem dixerim *fere*, in *libris* de Judiciis docebimur. Sin autem bonae fidei possessor est reus, non posectur nec quos consumsit fructus, nec quos per negligentiam haud percepit, nomine *scil.* fructuum ante litis contestationem perceptorum: post litis enim contestationem et perceptorum et consumtorum causa condemnet illum judex. Haec igitur de speciali in rem *actione:* eadem vero et in hereditatis petitione dicta sunto.

§ 3. Instituta ad exhibendum *actione*, non satis est reo ad condemnationem evitandam, si rem in medium protulerit, sed et causam rei praestare debet, id est, omnia illa actori restituere, quae habiturus erat, si in principio litis rem agenti restituisset: unde, etsi inter protrahendum *de actione* ad exhibendum judicium, reus rem usucepit, nihilominus condemnabitur, nec dicere potest, per usucapionem dominus factus sum, nec me condemnari oportet, et quod meum factum est, reddere: quoniam institutae ad exhibendum *actionis* tempore usucapio nondum erat consummata, etiamsi intra factam moram tempus ejus exiit. Verum quoniam ad litis contestationem recurrimus, quando *res* nondum erat usucapta, merito restituitur, ut quae non videtur reo adquisita esse per usucapionem, quia (ut dictum est) condemnationem ad exemplum litis contestatae trahimus: sed et fructus medii temporis, id est post contestationem usque ad condemnationem *perceptos*, reus reddat. At negans, non *tamen* per tergiversationem, *se* rem ad praesens tempus exhibere posse, quia forte res in alio loco sita est, habebit tempus

restituturum; quodsi neque statim iussu iudicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caveat, condemnandus sit in id, quod actoris intererat, ab initio rem exhibitam esse [i]).

§ 4. Si familiae erciscundae iudicio [k]) actum sit, singulas res singulis heredibus adiudicare debet, et si in alterius persona praegravare videatur adiudicatio, debet hunc invicem coheredi certa pecunia (sicut iam dictum est) condemnare. eo quoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hereditariam fundi percepit, aut rem hereditariam corrupit, aut consumpsit. quae quidem similiter inter plures quoque, quam duos coheredes, subsequuntur.

§ 5. Eadem interveniunt et, si communi dividundo de pluribus rebus actum fuerit. quodsi de una re, veluti de fundo, si quidem iste fundus commode regionibus [l]) divisionem recipiat, partes eius singulis adiudicare debet, et, si unius pars praegravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus est; quodsi commode dividi non possit, vel [m]) homo forte, aut mulus erit, de quo actum sit, uni totus [n]) adiudicandus est, et is invicem alteri certa pecunia condemnandus.

---

i) *si ab i. res ..ta esset.* — k) def. *iudicio.* — l) *regionis.* — m) *veluti h.* — n) *tunc t. u.*

---

ad restituendum; cavens actori, se rem restituturum. Sin vero non statim, jussui parens judicis, rem exhibet, neque se restituturum cavet, in tantum condemnabitur, in quantum actoris intererat, rem litis contestatae tempore restitutam fuisse.

§ 4. Quum familiae erciscundae *judicium* agitur, judicis esto officium, unamquamque rem integram unicuique heredum adsignare: et si contingat *rem* uni heredum adsignatam majoris esse pretii, coheredi hunc condemnet, ut in praecedentibus diximus, in certam pecuniae quantitatem, ut aequalem utrique *partem* servet. Veluti, Primo adjudicavit res mille solidorum, Secundo octingentorum: condemnet Primum Secundo in solidos C, ut uterque nongenos habeat solidos. Quod si evenit quoque, ut unus heredum solus ex bonis communibus fructus perceperit, aut rem hereditariam corruperit vel consumserit: (quid enim, si vinum fuit, atque hoc ebibit?) condemnetur propter haec coheredi pro rata. Haec autem non modo, si duo sint heredes, sed etiam si plures, locum habeant.

§ 5. Eadem et in *judicio* communi dividundo dicemus, quum inter aliquos de multis rebus communibus dividendis agitur: sin autem de una *re* sola, velut exempli causa fundo, si quidem sine damno *rei* propositae in regiones fundus potest dividi, namque habet forte et olivetum et vinetum, potest judex uni adsignare olivetum, alteri vinetum; sic tamen ut meliorem portionem accipiens condemnetur pecuniam alteri dare. Quod si hoc incongruum esse

§ 6. Si finium regundorum actum fuerit, dispicere debet iudex, an necessaria sit adiudicatio. quae sane uno casu necessaria est, si evidenditioribus finibus distingui agros commodius sit, quam olim fuissent distincti: nam tunc necesse est, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari. quo casu conveniens est, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. eo quoque nomine damnandus est quisque hoc iudicio, quod forte circa fines malitiose aliquid commisit, verbi gratia quia lapides finales furatus est, aut arbores finales cecidit. contumaciae quoque nomine quisque eo iudicio condemnatur, veluti si quis, iubente iudice, metiri agros passus non fuerit.

§ 7. Quod autem istis iudiciis alicui adiudicatum sit, id statim eius fit, cui adiudicatum est.

---

videtur, aut etiam servus forte sit propositus, aut mulus, de quo tale instituitur judicium, uni rem totam adjudicet; ita tamen, ut is alteri in certam pecuniam condemnetur.

§ 6. Quum inter aliquos finium regundorum *judicium* agitur, judicem spectare oportet, an in casu praesenti adjudicatio sit utilis, quae in uno casu necessario fiet. Nam si obscuri fines agros discernunt, quos judex transferre possit, officium ejus erit ex uno duorum agrorum partem aliquam confini adsignare, ut ad illam partem fines perspicuos constituat: quo casu consequens est, ut alterum in certos nummos illi condemnet.

Sed et, si evênit ut unus confinium maligne circa fines versatus sit, ideo forte, quod lapides terminos definientes sustulit, vel arbores terminos discernentes excîdit, istius damni nomine adversario condemnabitur.

Nonnunquam autem et is, qui contumaciter aut inobedienter circa judicis jussa versatur, dat poenas, ejusque *rei* causa condemnatur: veluti, mota de finibus controversia, utrumque agrum mensurari judex jussit; alteruter haud passus est; hic tamquam inobediens judici secundum *jam* dicta condemnabitur.

§ 7. Quod autem in uno*quoque* horum judiciorum, id est familiae erciscundae, communi dividundo, finium regundorum, ab judice adjudicatum fuit, statim in illius dominio fit, cui adjudicatum fuerit. Oportet ergo et hanc adquisitionem, *scil.* ex adjudicatione, specialibus in jure actibus adnumerare.

TITULUS DECIMUS OCTAVUS.

DE PUBLICIS IUDICIIS.

Publica iudicia neque per actiones ordinantur, nec omnino quicquam simile habent ceteris iudiciis, de quibus locuti sumus, magnaque diversitas est eorum et in instituendis, et in exercendis.

§ 1. Publica autem dicta sunt, quod cuivis ex populo executio eorum plerumque datur.

§ 2. Publicorum iudiciorum quaedam capitalia sunt, quaedam non capitalia. capitalia dicimus, quae ultimo supplicio afficiunt, vel aquae et ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo; cetera, si qua [a]) infamiam irrogant cum damno pecuniario, haec publica quidem sunt, non tamen capitalia.

§ 3. Publica autem iudicia sunt haec. Lex Iulia maiestatis, quae in eos, qui contra imperatorem vel rempublicam aliquid moliti sunt,

---

a) *quam.*

DE PUBLICIS JUDICIIS.

TITULUS XVIII.

Magnam publicorum judiciorum curam jura habuere. Haec autem neque per ordinarias exercentur actiones, neque in discussionibus reliquorum judiciorum atque horum quidquam simile invenimus: magna enim inter illa est differentia, et in lite contestanda et in ipsis quoque actionibus. Itaque nemo publicum instituens judicium dicere potest, Intendo hanc actionem, sed Intendo hanc legem. Atque hic tormenta inveniuntur adhibita, et modo publicationes, modo civitatis amissiones; item modo libertatis, modo vitae ademtio irrogata *invenitur:* ast haec *ab* judiciis pecuniariis aliena sunt.

§ 1. Dicta autem sunt publica, quoniam cuivis e populo ut plurimum agendi datur potestas. *Ut plurimum* vero dixi, quia quaedam sunt personae, quibus publico judicio agere non permittitur: eae autem in pleniori judiciorum publicorum doctrina perfectissime cognosci possunt.

§ 2. Publicorum *judiciorum* alia sunt capitalia, alia non capitalia. Capitalia autem dicimus, quae reum ultimo subjiciunt supplicio, id est, animae amissioni, vel aquae et ignis interdictioni, vel deportationi, vel metallo. Sed reliqua, quae publica sunt judicia, infamiamque cum damno pecuniario infligunt, ea publica quidem censentur, at non capitalia.

§ 3. Necesse autem *est judicia* publica enumerare. *Lex* est Julia de majestate, quae contra eos competit, qui quid adversus Imperatorem vel Rem-

suum vigorem extendit. cuius poena animae amissionem sustinet, et memoria rei et b) post mortem damnatur.

§ 4. Item lex Iulia de adulteriis coercendis, quae non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed etiam eos, qui cum masculis infandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia etiam stupri flagitium punitur, cum quis sine vi vel virginem vel viduam honeste viventem stupraverit. poenam autem eadem lex irrogat peccatoribus c), si honesti sunt, publicationem partis dimidiae bonorum, si humiles, corporis coercitionem cum relegatione.

§ 5. Item lex Cornelia de sicariis, quae homicidas ultore ferro persequitur, vel eos, qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. *telum* autem, ut Caius noster interpretatione legis duodecim tabularum scriptum reliquit, vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur, sed et omne significatur, quod manu cuiusdam mittitur: sequitur ergo, ut et lapis et lignum et ferrum hoc nomine contineatur. dictumque ab eo, quod *in longinquum* mittitur, a Graeca voce figuratum, ἀπὸ τοῦ τηλοῦ; et hanc significationem invenire possumus et in Graeco nomine: nam quod nos *telum* appellamus, illi βέλος appellant ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. admonet nos Xenophon d). nam ita scribit: καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. *sicarii* autem

b) Def. *et; etiam p.* — c) *stupratoribus.* — d) *admonent nos epigrammata in Xerolopho urbis faustissimae scripta.*

publicam moliti sunt. Hujus vero poena animae amissionem continet: et exercetur, ut in principio tertiae Institutionis diximus, etiam post mortem rebellis.

§ 4. Est etiam *Lex* Julia de adulteriis, non modo eos puniens, qui alienas nuptias violant, capitalique subjiciens supplicio; sed et qui masculis miscentur. Eadem vero lex et stupri crimen punit, si quis extra vim virginem aut viduam honeste viventem corruperit: infligens ei, qui talia deliquit, publicationem in dimidiam patrimonii sui *partem;* sin autem *tenuis ac* vilis sit qui ea commisit, post afflictatum ejus corpus, ipsum relegat.

§ 5. Tertia est *Lex* Cornelia de sicariis, quae homicidas gladio punit, aut illos, qui alicujus occidendi causa obambulant cum ferro, quod in textu *telum* adpellat. Atqui Gajus in suo commentario, in quo *Legem* XII Tabb. interpretatur, ait telum apud vulgus significare, non modo sagittam quae ab arcu mittitur, sed etiam omne quod ab alicujus manu emittitur: itaque et lapis, et lignum, et ferrum, hoc nomine continetur. Dictum autem est *telum*, quia ad intervallum et *in* longinquum mittitur, a Graeca voce formatum, *scil.* a τηλοῦ telum: et hanc significationem in Graeco nomine invenire possumus; quod enim Romani telum adpellant, id Graeci ΒΕΛΟΣ vocitant a *verbo* βαλλεσθαι. Hujus porro *rei* testis *est* Xenophon, sic scribens: „et tela

appellantur a *sica*, quod significat *ferreum cultrum*. Eadem lege et venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, vel [e]) susurris magicis homines occiderunt, vel mala medicamenta publice vendiderunt.

§ 6. Alia deinde lex asperrimum crimen nova poena persequitur, quae *Pompeia de parricidiis* vocatur. Qua cavetur, ut, si quis parentis, aut filii, aut omnino affectionis [f]) eius, quae nuncupatione *parricidii* continetur, fata properaverit [g]), sive clam sive palam id ausus fuerit, nec non is, cuius dolo malo id factum est, vel conscius criminis existit, licet extraneus sit, poena parricidii punietur, et neque gladio, neque ignibus, neque ulla alia sollemni poena subiicietur, sed insutus culeo cum cane et gallo gallinaceo et vipera et simia, et inter eius ferales angustias comprehensus, secundum quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proiicietur, ut omni [h]) elementorum usu vivus carere incipiat, ut ei caelum superstiti, terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione vel affinitate coniunctas personas necaverit, poenam legis Corneliae de sicariis sustinebit.

---

e) *quam.* — f) *affinitatis.* — g) *praeparaverit.* — h) *omnium.*

„simul ferebantur, lanceae, sagittae, fundae, et plurimi item lapides." *Etenim* praeposito teli nomine, cetera subjunxit.

Haec autem lex dicitur Cornelia de sicariis: sicarii vero dicuntur homicidae, a sica, quod *vocabulum* ferreum gladiolum significat.

Eadem lex et maleficos capitaliter punit, qui artibus odiosis et venenis, magicisque susurris vel incantationibus, homines interimunt, aut letalia medicamenta publice vendunt.

§ 6. Est etiam *Lex* Pompeja de parricidiis, asperrimum crimen novis subjiciens poenis. Illa autem cautum est, ut si quis quemquam adscendentium, aut filium vel quemquam descendentium ejusdem adfectionis et parricidii nomine comprehensum, clanculum aut palam, peremerit: nec non is, cujus dolo hoc factum, vel qui facti fuit conscius, etiamsi extraneus sit, tali subjiciatur supplicio: neque gladium intentans lex, neque igni tradens, neque alii ulli solitarum poenarum eum subjiciens, sed culeo bubulo cum indi *jubens*, cum cane et gallo et vipera et simia, atque ita culeo eum insui: ut inter ejusmodi bestias in augustiis comprehensus, pro regionis qualitate, in qua punitur, aut in propinquum mare, aut in amnem projiciatur, mari longe distante: ut et vivus et mortuus omni elemento privetur; vivus enim, quum sub culeo sit occultatus, et in aqua versetur, aëris seu coeli usu privatur; mortuus autem humo non dignatur, culeo in aquis fluctuante. Supradictae autem bestiae idcirco induntur, quia moribus illi sunt similes: namque aliae parentes interimunt, aliae a pugna adversus eos haud abstinent. Sed si quis alios cognatos aut per adfinitatem conjunctos occiderit, *Lege* Cornelia de Sicariis tenetur.

§ 7. Item lex Cornelia de falsis, quae etiam testamentaria vocatur, poenam irrogat ei, qui testamentum vel aliud instrumentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit, subiecerit, quive signum adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit sciens dolo malo. Eiusque legis poena in servos ultimum supplicium est (quod et in lege de sicariis et veneficis servatur), in liberos vero deportatio.

§ 8. Item lex Iulia de vi publica seu privata adversus eos exoritur, qui vim vel armatam, vel sine armis commiserint. Sed si quidem armata vis arguatur, deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogatur; si vero sine armis, in tertiam partem bonorum publicatio imponitur [i]). Sin autem per vim raptus virginis, vel viduae, vel sanctimonialis, vel aliae [k]) fuerit perpetratus, tunc et peccatores, et ei, qui opem [l]) flagitio dederunt, capite puniuntur, secundum nostrae constitutionis definitionem, ex qua haec apertius possibile est scire.

§ 9. Lex [m]) Iulia peculatus eos punit, qui pecuniam, vel rem publicam, vel sacram [n]), vel religiosam furati fuerint. Sed si quidem ipsi iudices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerunt, capitali animadversione puniuntur, et non solum hi, sed etiam, qui ministerium eis ad hoc adhibuerunt, vel qui subtractas ab his scientes susceperunt; alii vero, qui in hanc legem inciderint, poenae deportationis subiungentur [o]).

---

i) *publicatione punitur.* — k) *alterius;* def. *v. a.* — l) *operam.* — m) *Item l.* — n) *publ. p., v. r. sacr.* — o) *subiugentur, subiicientur, ..untur.*

---

§ 7. Est quoque *Lex* Cornelia de falsis, quam testamentariam vocamus, puniens eum qui testamentum vel aliud instrumentum falsum scripsit, aut signavit, aut recitavit, aut subjecit; vel qui scilicet signum adulterinum impressit, aut dolo malo sculpsit. Hujus vero poena adversus servos quidem capitalis est, ut et *legis* Corneliae de sicariis et veneficis; adversus liberos autem est deportatio.

§ 8. Porro et duae sunt *leges* Iuliae, una de vi publica, et altera de vi privata, adversus eos qui vim armatam, aut etiam sine armis committunt. Sed si vis armata inferatur, delinquenti irrogatur deportatio: sin absque armis, in tertiam patrimonii *partem* publicatio decernitur. Quod si quis per vim virginem vel viduam vel Deo consecratam, id est sanctimonialem vel diaconissam, rapuerit, una cum auxiliatoribus suis capitale sustinet supplicium: secundum ea quae Imperatoris nostri constitutione sanciuntur, uti deinceps clarius pernosci poterit.

§ 9. Addatur his etiam Lex Julia de peculatu, eos puniens, qui pecunias aut res publicas vel sacras vel religiosas furati sunt. Sed si quidem magistratus fuerint, qui potestatis *suae* tempore res quasdam publicas subripuerunt, capitaliter puniuntur, una cum suis ministris: praeterea eamdem sustinent

§ 10. Est et inter publica iudicia lex Fabia de plagiariis, quae interdum capitis poenam ex sacris constitutionibus irrogat, interdum leviorem.

§ 11. Sunt praeterea publica iudicia lex Iulia ambitus, et lex Iulia repetundarum, et lex Iulia de annona, et lex Iulia de residuis p), quae de certis q) capitulis loquuntur, et animae quidem amissionem non irrogant, aliis autem poenis eos subiiciunt, qui praecepta earum neglexerint.

§ 12. Sed de publicis iudiciis haec exposuimus, ut vobis possibile sit, summo digito et quasi per indicem ea tetigisse. alioquin diligentior eorum scientia vobis ex latioribus digestorum seu pandectarum libris, Deo propitio, adventura est.

INSTITUTIONUM
COMPOSITARUM PER TRIBONIANUM,
VIRUM MAGNIFICUM, MAGISTRUM ET EXQUAESTORE SACRI PALATII, ET THEOPHILUM ET DOROTHEUM, VIROS ILLUSTRES, ANTECESSORES,

EXPLICIT LIBER QUARTUS.

---

p) Addunt: *et lex Visellia de libertinis.* — q) *ceteris.*

---

poenam, et qui a furantibus scientes receperunt. Quod si quis alius praeter memoratos in hoc crimen incidat, deportatione mulctatur.

§ 10. Publicis *judiciis* connumeratur quoque *Lex* Fabia de plagiariis, quae aliquando capitalem ex constitutionibus principalibus poenam irrogat, aliquando autem leviorem, uti ex Codice et constitutionibus cognoscere licet.

§ 11. Sunt et aliae leges publicae. *Lex* Julia de ambitu, adversus eos competens qui pecuniam aliquibus dederunt, ut magistratum vel honorem aliquem consequerentur.

Et *Lex* Julia de repetundis, quae exercetur adversus magistratus, aut adversus judices vel adsessores quoque, qui in judicio furati sunt, (*id est, ob judicandum pecuniam acceperunt.*)

Et *Lex* Julia de annona, quae eos punit, qui frumentum sive annonam, quae ad urbem reginam defertur, in alia loca avertunt.

Et *Lex Julia* de residuis, puniens eum qui publicas pecunias administravit, *ac* deinde reliqua non restituit.

Hae autem *leges* de aliis quoque quibusdam capitibus loquuntur. Et vitae quidem amissionem nulla earum infligit, sed delinquentem et praeceptis illarum adversantem aliis poenis subjicit.

§ 12. Verum haec de judiciis publicis docuisse sufficit, ut juvenes *ea* accipere et per compendiariam traditionem summo digito gustare possint: namque diligentior horum cognitio ex ampliori Digestorum sive Pandectae doctrina, duce gratia Divina, legentibus adventura est.

FINIS.

INDEX TITULORUM

IMPERATORIS JUSTINIANI

INSTITUTIONUM.

Titulos in nostra et Gothofredianis editionibus occurrentes (hos uncinis inclusos) in hoc indice secundum literarum ordinem stricte disposuimus; paucos, ubi id commoditati quaerentium maxime conferre videbatur, ex ordine principalium verborum iteravimus.

(De . . acquirendo . . dominio II, 1.).
Per q. pers. n. acquiritur II, 9.
Per q. pers. n. obl. acquiritur III, 28. (29.).
De acquisit. per arrogationem III, 10. (11.).
De actionibus IV, 6.
De p. et t. actionibus . . IV, 12.
De e., c. l. c. bona addicuntur III, 11. (12.).
De ademptione legatorum II, 21.
De adoptionibus I, 11.
De l. agnatorum successione III, 2.
De l. agnatorum tutela I, 15.
Quibus alienare licet v. non II, 8.
De a. p. arrogationem III, 10. (10.)
De l. Aquilia IV, 3.
De assignatione libertor. III. 8. (9.).
De Atiliano tutore, et eo, qui ex l. Iulia et Titia dabatur I, 20.
De auctoritate tutorum I, 21.
De bonorum possess. III, 9. (10.).
De capitis minutione I, 16.
De . . SC. Claudiano III, 12. (13.).
De codicillis II, 25.
De gr. cognationis III, 6.
De succ. cognatorum III, 5.
De consensu obligatione III, 22. (23.).
De curatoribus I, 23.
De obl., q. ex delicto nasc. IV, 1.
De divisione stipulationum III, 18. (19.).
(De . . dominio II, 1.).
De donationibus II, 7.
De duobus reis stipulandi et promittendi III, 16. (17.).
De emptione et venditione III, 23. (24.).
De eo, cui libertatis causa bona addicuntur III, 11. (12.).
De exceptionibus IV, 13.
De excusationibus tutorum vel curatorum I, 25.
De exheredatione liberorum II, 13.
De l. Falcidia II, 22.
De fideicommissariis hereditatibus (et ad SC. Trebellianum) II, 23.
De fideiussoribus III, 20. (21.).
De fiduciaria tutela I, 19.
De l. Furia Can. s. I, 7.
De gradibus cognationis III, 6.
De u. et habitatione II, 5.
De action., q. ad heredes . . trans. IV, 12.
De heredibus instituendis II, 14.
De hereditatibus, quae ab intestato deferuntur III, 1.
De heredum qualitate et differentia II, 19.
De his, per q. agere possumus IV, 10.

De his, qui sui vel alieni iuris sunt I, 8.
(De his, quibus permissum est, tutores dare I, 13. §. 3.).
De r. incorporalibus II, 2.
De ingenuis I, 4.
De iniuriis IV, 4.
De inofficioso testamento II, 18.
De interdictis IV, 15.
De hered., q. ab intestato d. III, 1.
De inutil. stipulationibus III, 19. (20.).
De..l. Iulia et Titia I, 20.
De iure naturali et gentium et civ. I, 2.
De iure personarum I, 3.
De h., q. s. v. a. iuris s. I, 8.
De iustitia et iure I, 1.
De legatis II, 20.
De lege Aquilia IV, 3.
De lege Falcidia II, 22.
De lege Furia Can. sublata I, 7.
De..lege Iulia et Titia I, 20.
De legitima agnatorum successione III, 2.
De legitima agnatorum tutela I, 15.
De legitima parentum tutela I, 18.
De legitima patronorum tutela I, 17.
De libertinis I, 5.
De assign. libertorum III, 8. (9.).
De succ. libertorum III, 7. (8.).
De literarum obligatione III, 21.(22.).
De locatione et conductione III,24.(25.).
De mandato III, 26. (27.).
Q., q. ex c., manumittere n. p. I, 6.
De militari testamento II, 11.
De noxalibus actionibus IV, 8.
De nuptiis I, 10.
De obligationibus III, 13. (14.).
De consensu obligatione III, 22. (23.).
De obligationibus, quae ex delicto nascuntur IV, 1.
De obligationibus, quae quasi ex delicto nascuntur IV, 5.
De obligationibus quasi ex contractu III, 27. (28.).
De officio iudicis IV, 17.
De SC. Orphitiano III, 4.
De l. parentum tut. I, 18.
De patria potestate I, 9.
De l. patronorum tutela I, 17.
Si q. pauperiem f. d. IV, 9.
De perpetuis et temporalibus actionibus, et quae ad heredes vel in heredes transeunt IV, 12.
De i. personarum I, 3.
Per quas personas nobis acquiritur II, 9.
Per quas personas nobis obligatio acquiritur III, 28. (29.).
De poena temere litigantium IV, 16.
De p. potestate I, 9.
Q. c. eo, q. in al. potestate e., negot. gestum e. dic. IV, 7.
Q. m. i. potestatis solvitur I, 12.
De u. et l. t. praescriptionibus II,6.
De publicis iudiciis IV, 18.
De pupillari substitutione II, 16.
De oblig. quasi ex contractu III, 27. (28.).
De obligat., q. quasi ex delicto n. IV, 5.
Qui dari tut. testam. possunt I, 14.
Qui, quibus ex causis, manumittere non possunt I, 6.
Quibus alienare licet, vel non II, 8.
(Quibus ex causis manumittere non licet I, 6.).
Quibus modis ius potestatis solv. I, 12.
Quib. mod. oblig. tollitur III, 29. (30.).
Quib. mod. re contrah. obl. III, 14. (15.).
Quib. mod. testam. infirmantur II, 17.
Quibus modis tutela finitur I, 22.
Quibus non est permissum, testamenta facere II, 12.
Quod eum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dic. IV, 7.
De rebus incorporalibus II, 2.
Qu. m. re contr. obl. III, 14. (15.).
De d. reis stip. et prom. III, 16. (17.).
De replicationibus IV, 14.
De rerum divisione (et acquirendo ipsarum dominio) II, 1.
De satisdationibus IV, 11.
De satisdat. tutorum vel curatorum I, 24.

De . . senatusconsulto Claud. III, 12. (23.).
De SCto Orphitiano III, 4.
De SCto Tertulliano III, 3.
(..ad SCtum Trebell. II, 23.).
(De serv. cognatione III, 6. §. 10. (III, 7.).)
De servitutibus II, 3.
De stip. servorum III, 17. (18.).
De singulis rebus per fideicommissum relictis II, 24.
Si quadrupes pauper. fecisse dic. IV, 9.
De societate III, 25. (26.).
De stipulatione servor. III, 17. (18.).
De p. substitutione II, 16.
De v. substitutione II, 15.
De successione cognatorum III, 5.
De successione libertorum III, 7. (8.).
De successionibus sublatis, quae fiebant per bonorum venditionem et ex SCto Claudiano III, 12. (13.).
De h., q. sui v. alieni iuris s. I, 8.
De suspectis tutor. vel curator. I, 26.
De p. temere litig. IV, 16.
De..temporalibus act. IV, 12.
De SC. Tertulliano III, 3.
De testamentis ordinandis II, 10.
(De his, quibus permissum est, tutores dare I, 13. §. 3.).
Q, m. testam. infirmantur II, 17.
Qui d. tutores testamento p. I, 14.
Q. m. oblig. tollitur III, 29. (30.)
(..ad SC. Trebellianum II, 23.).
Q. m. tutela finitur I, 22.
De auct. tutorum I, 21.
De tutelis I, 13.
De verborum obligat. III, 15. (16.).
De e. et venditione III, 23. (24.).
De vi bonorum raptorum IV, 2.
De usucapionibus et longi temp. praescriptionibus II, 6.
De usu et habitatione II, 5.
De usufructu II, 4.
De vulgari substitutione II, 15.

INDEX PARAGRAPHORUM.

In hunc indicem, ne eius opem in citationibus veterum frustra requiras, praeter nostros, i. e. Gothofredianarum et Cuiacianarum editionum, paragraphos, eos quoque contulimus, qui in Chappuisianis rubro signo notantur. Eos autem, qui in hisce solis occurrunt, in nostrae sc. editionis paragraphis mediis incipientes, uncinis inclusimus.

Ab hostibus I, 20, 2.
(Abolita est enim II, 6, 7.).
(Accessit deinde tertium II, 10, 1.).
Accessit novus casus III, 11. (12.), pr.
Accidit aliquando II, 8, pr.
Ac ne is quidem hac lege IV, 3, 3.
Ac ne plurimi quidem IV, 3, 15.
(Ac prius dispiciamus I, 8, pr.).
Acquiritur nobis non solum II, 9, pr.
(Actio autem nihil IV, 6, pr.).
Actiones autem de peculio IV, 6, 10.
Actionum autem quaedam IV, 6, 28.
Ad certum tempus I, 14, 3.
Ademptio legatorum II, 21, pr.
Adeo autem familiaritatem aliquam III, 24. (25.), 3.
(Adhuc autem et III, 9. (10.), 2.).
Adipiscendae possessionis IV, 15, 3.
Ad legitimam successionem III, 2, 8.
Admonendi autem I, 12, 7.
Admonendi tamen III, 1, 13.
Adoptio autem I, 11, 1.
(Adoptio enim I, 11, 4.).
Adoptivi liberi II, 13, 4.
(Adversus sacratissimum autem II, 6, 14.)
Aedibus denique legatis II, 20, 19.
Aeque si agat IV, 6, 2.
Aeque si debitor IV, 13, 4.
Affinitatis quoque I, 10, 6.
Agnationis quoque III, 6, 8.
Alia deinde lex IV, 18, 6.
Alia causa est II, 1, 48.
Aliae autem donationes II, 7, 2.
(Aliae autem sunt IV, 6, 3.).
(Alia insuper multa II, 7, 2.).
Aliam vero bonorum III, 9. (10.) 4. (6.).
Alia sane causa II, 1, 24.
Aliena autem causa III, 26. (27.), 3.
(Aliena, veluti IV, 10, pr.).
(Alienus quoque servus II, 14, 1.).
(Alienus servus II, 14, pr.)
Aliis quoqua II, 6, 6.
(Alioquin, quam IV, 13, 6.).
Alioqui, si adhuc I, 10, 7.
(Alioquin, si eum II, 13, pr.).
(Alioquin, si intra IV, 13, 10.).
Alioquin, si ita III, 23. (24.), I.
Alio quoque modo II, 17, 4.
(Aliquando (autem) etiam IV, 1, 10.)
Aliquando autem evenit I, 10, 13.
Aliquando etiam furtiva II, 6, 8.
Aliquando etiam suae IV, 1, 10.
Aliquando tamen neque III, 9. (10.), 1.
Alteri stipulari III, 19, 19. (20.).
Amotis quoque III, 6, 11. (12.).
Animalium nomine IV, 9, pr.
An servo heredis II, 20, 32.
Ante Augusti tempora II, 25, pr.
Ante heredis II, 20, 34.
Appellamus autem IV, 6, 15.
Appellantur autem IV, 13, 8. (7.).
Apium quoque II, 1, 14.
Apud Catomen I, 11, 12.

(Aquaeductus est ius II, 3, pr.).
(At adversus IV, 16, 1.).
(At ex contrario II, 8, 2.).
At hi, qui emancipati III, 1, 10.
(At (insula) in flumine II, 1, 22.).
(At is, qui utendum III, 14. (15.), 2.).
(Atqui patrono I, 19, pr.).
(At qui per I, 15, 1.).
Atrox iniuria IV, 4, 9.
(At si is, qui pinxit II, 1, 34.).
At si ita stipuleris III, 15. (16.), 3.
(At si quis in alieno II, 1, 39.).
At si quis rem III, 19. (20.), 1.
Auctoritas autem I, 21, pr.

(Bella etenim I, 2, 2.).

Caecus autem II, 12, 4.
Capite tertio de omni IV, 3, 13.
Caput secundum legis Aquiliae IV, 3, 12.
Certae autem I, 14, 4.
(Certe illud II, 1, 30.).
Certe qui nullam operam IV, 1, (12.)
(Cervos quoque quidam II, 1, 15.).
(Ceterae quoque res II, 4, 2.).
Ceteri, qui testatoris II, 19, 3.
Ceterum dubium non est IV, 7, 5.
Ceterum inter masculos III, 2, 3.
Ceterum placuit IV, 3, 16.
Ceterum sciendum est IV, 9, 1.
(Ceterum si genitalis IV, 9, pr.).
(Ceterum si ut II, 11, 1.).
Civilia (enim) autem iura II, 1, 11.
Codicillis autem hereditas II, 25, 2.
Codicillos autem II, 25, 3.
Communem servum III, 28. (29.), 3.
Communes sunt III, 18. (19.), 4.
(Comparatae IV, 13, pr.).
Compensationes quoque IV, 6, 39.
Conceptum furtum IV, 1, 4.
Condiciones, quae III, 15 (16.), 6.
Conductor omnia III, 24. (25.), 5.
Consensu fiunt III, 22. (23.), pr.
Consequens est I, 26, 3.
Constat autem I, 2, 3.
Constituitur autem II, 4, 2.
Contra autem II, 8, 1.
(Contra quoque IV, 6, 2.).
Conventionales sunt III. 18. (19.), 3.
Corporales hae II, 2, 1.
Creditor quoque III, 14. (15.), 4.
(Cui similis IV, 5, 1.).
(Cuius enim I, 10, 3.).
(Cuius rescripti I, 8, 2.).
Cum autem ad I, 16, 7.
Cum autem emptio III, 23. (24.), 3.
Cum autem finitus II, 4, 4.
Cum autem impubes I, 11, 3.
Cum autem in compluribus I, 13, 4.
Cum autem ingenuus I, 4, 1.
Cum autem is I, 12, 1.
Cum autem quaeritur, an III, 1. 7.
(Cum autem quaeritur, quantum IV, 7, 4.).
Cum autem ratio II, 22, 3.
(Cum enim lex II, 8, pr.).
(Cum enim olim II, 22, pr.).
(Cum eo quoque IV, 6, 40.).
(Cum erat incivile I, 25, 13.).
Cum ergo certus I, 6, 7.
(Cum et agnatos I, 17, pr.).
(Cum etiam eius II, 14, 2.).
Cum ex aliena II, 1, 25.
Cum expositum IV, 1, pr.
Cum filius III, 1, 6.
Cum igitur plures III, 9. (10.), 4. (8.).
Cum igitur pupillorum I, 20, 7.
Cum in suo solo II, 1, 29.
(Cum lege regia I, 2, 6.).
(Cum non I, 6, 2.).
Cumque antea III, 9. (10.), 4. (5.).
Cumque hoc Prooem. §. 3.
Cum quis sub III, 19. (20.), 25.
(Cum satis absurdum III, 2, 7.).
(Cum satis fuerat I, 7, pr.).
(Cum sit incivile I, 25, 13.).
Cum vero tuam II, 1, 12.
Curare autem IV, 6, 32.

Damni iniuriae IV, 3, pr.
Dantur autem I, 23, 1.
Dari autem I, 14, pr.

Datum est I, 26, 1.
Datur autem haec III, 8. (9.), 2.
Datus autem I, 25, 17.
De constituta IV, 6, 9.
(Defuncti autem I, 25, pr.).
De hereditatibus autem II, 5, 6.
De his autem II, 9, 4.
De illa sane III, 25. (26.), 2.
Denique et si II, 11, 5.
De ordine IV, 15, 8.
De pecunia IV, 6, 9.
Desinunt autem I, 22, 6.
(Dictum est autem I, 12, 5.).
(Directo autem II, 24, 2.).
Diutina possessio II, 6, 12.
Dominus, noxali IV, 8, 3.
(Donationum autem II, 7, pr.).
(Dum tamen a villis II, 1, 1.).
(Duo pluresve III, 16, pr.).
Duorum autem I, 10, 4.

Eadem haec III, 1, 12.
Eadem interveniunt IV, 17, 5.
Eadem lege I, 6, 4.
Eadem oratione II, 17, 8. (7.).
Eadem ratione praetor IV, 7, 2.
Ea quoque res II, 20, 7.
(Eas vero exceptiones IV, 13, 11.)
Ecce enim, cum III, 10. (11.), 1.
Ecce enim iusiurandum IV, 16, 1.
(Ecce plerumque IV, 6, 3.).
Edicto divi Marci II, 6, 14.
(Ei, qui tuo III, 19, 4.).
(Ei vero, qui II, 1, 35.).
Eius, qui apud II, 12, 5.
(Eius vero mulieris I, 10, 3.).
Emancipati autem III, 1, 9.
Emancipatos liberos II, 13, 3.
Emptio et venditio III, 23. (24.), pr.
Emptio tam sub III, 23. (24.), 4.
(Enimvero tutor I, 26, 13.).
(Eo amplius II, 4, 3.).
Eodem numero sunt II, 2, 3.
(Eo enim ipso I, 17, pr.).
(Eos etiam, qui III, 5, 2.).
Erant ante III, 12. (13.), pr.
Erat et ex III, 12. (13.), 1.
Erat olim et II, 7, 4.
Ergo non omnes I, 10, 1.
Ergo si quidem II, 23, 6.
Error autem II, 6, 11.
(Est autem alluvio II, 1, 20.).
Est autem capitis I, 16, pr.
(Est autem casus II, 14, pr.).
Est autem litus II, 1, 9.
(Est autem prodita III, 29, 2.).
Est autem tutela I, 13, 1.
Est et alia I, 19, pr.
Est et aliud II, 7, 3.
Est et alterius III, 10. (11.), pr.
Est etiam aliud II, 7, pr.
(Est etiam prohibiti IV, 1, 4.).
Est et inter IV, 18, 10.
Est prodita III, 29. (30.), 2.
(Est tamen casus II, 14, pr.).
(Et ad exemplum II, 7, 2.).
(Et bellicos Prooem. §. 1.).
(Et certa quaedam II, 20, 2.).
(Et constat, eos I, 25, pr.),
Et contra quoque IV, 6, 2.
(Et convenienter scilicet II, 9, 3.).
(Et convenienter, si II, 5, 2.).
(Et cum hoc placitum II, 6, pr.).
Et cum quaesitum II, 22, 1.
(Et cum quibusdam I, 11, 3.),
(Et cum recto II, 7. 2.).
Et cum sacratissimas Prooem. §. 2.
(Et cum super II, 22, pr.).
(Et cum uxore II, 5, 2.).
(Et deditities quidem I, 5, 3.).
(Et e contrario potest II, 14, 5.).
(Et e contrario, si I, 4, pr.).
(Et eorum utilitati II, 6, 7.).
(Et ex diverso II, 14, 7.).
(Et exquiritur causa I, 11, 3.).
(Et haec adeo vera I, 10, 1.).
(Et ideo constat I, 10, 2.).
(Et ideo constitutionem II, 6, pr.).
(Et in eo par II, 13, 1.).
(Et inhumanum II, 9, 2.).
Et in Neronis quidem II, 23, 4.
(Et in summa II, 7, 1.).

(Et invenimus viam II, 7, 4.).
(Et is quidem III, 14, 2.).
Et ita rescripto III, 11, (12.), 1.
(Et lege antiqua II, 13, 5.).
Et libertas I, 3, 1.
Et licet post III, 1, 8.
(Et mortuo eo III, 2, 4.).
(Et multo magis II, 10, 11.).
Et non ineleganter I, 2, 10.
(Et novissimo loco II, 15, pr.)
(Et omnes libertos I, 5, 3.).
(Et omnes quidem I, 26, 2.).
Et plures II, 15, 1.
(Et possunt quidem I, 26, 2.).
(Et post multam II, 1, 25.).
(Et praeterea I, 12, 6.).
(Et primo loco III, 9. (10.), 3.).
Et quae supra III, 24. (25.), 1.
(Et quasdam donationes II, 7, 2.).
Et quia prima II, 23, 12.
(Et quia sive IV, 7, pr.)
Et quidem naturali II, 1, 1.
(Et quidem quaemadmodum I, 12, pr.)
Et quidem si nihil III, 25, (26.), 1.
Et qui potestatem I, 25, 3.
(Et quod in castris II, 11, 3.).
Et quod neque I, 12, 10.
(Et ruptum quidem II, 17. 3.).
(Et servus, qui I, 6, 5.).
(Et si creditori suo III, 19, 20.).
(Et si ex disparibus II, 15, 2.).
(Et si hereditas IV, 17, 2.).
Et si in rem IV, 17, 2.
Et si intra hoc III, 9. (10.), 5.
(Et si plures sine II, 14, 6.).
Et si plures unciae II, 14, 8.
Et si rursus ea IV, 14, 2.
Et si talis personae I, 10, 1.
(Et si unum tantum II, 14, 5.).
Et stipulandi III, 16. (17.), pr.
Et tam filium I, 11, 6.
(Et tunc ex edicto I, 12, 6.).
Et unum hominem et plures II, 14, 4.
(Et vix receptum II, 5, 2.).
(Eum, qui surdus II, 19, 7.).
Eum quoque, cui II, 23, 11.
Eum quoque, qui IV, 6, 40.
(Examen quoque II, 1, 14.).
(Excepta sola IV, 6, 30.).
Exceptiones autem IV, 14, 4.
(Exceptis his II, 12, pr.),
Ex condicionali III, 15. (16.), 4.
Ex contrario II, 20, 14.
Excusantur autem I, 25, pr.
Ex diverso, herede II, 20, 33.
Ex diverso, si quis II, 1, 30.
Ex duobus reis III, 16. (17.), 2.
Ex eadem lege I, 17, pr.
(Exemplo ceterorum I, 25, pr.).
Exemplo patronorum I, 18, pr.
Ex eo autem II, 17, 7. (6.).
Exhibitoria sunt IV, 15, 1.
Ex his illud I, 4, pr.
Ex his itaque II, 9, 5.
(Ex his modis II, 6, pr.).
Ex hoc tamen IV, 3, 14.
Ex huiusmodi III, 16. (17.), 1.
Ex maleficiis servorum IV, 8, pr.
Ex maleficiis vero IV, 6, 18.
Ex non scripto I, 2, 9.
Expositis generibus III, 28. (29.), pr.
(Exposuimus summatim II, 5, 6.).
Ex quibusdam iudiciis IV, 16, 2.
Ex quibusdam tamen III, 27. (28.), 7.
Extraneis autem II, 19, 5.
Extraneo vero II, 16, 9.

(Favos quoque II, 1, 14.).
Feminae quoque I, 11, 10.
Ferae igitur II, 1, 12.
Fideiussores ita III, 20. (21.), 5.
Fideiussor et praecedere III, 20. (21.), 3.
Fideiussor non tantum III, 20. (21.), 2.
Filiusfamilias I, 12, 4.
Finitur autem II, 4, 3.
Flumina autem II, 1, 2.
Fratris vel I, 10, 3.
Fructuarius vero II, 9, 4.
Fuerat et antea IV, 6, 29.
(Furiosi autem II, 12, 1.).
Furiosi quoque I, 23, 3.
Furiosus nullum III, 19. (20.), 8.

Furiosus vel minor I, 14, 2.
Furti actio IV, 1, 19. (21.).
Furti autem IV, 1, 13. (15.).
Furtivae quoque II, 6, 2.
Furtorum autem IV, 1, 3.
Furtum autem fit IV, 1, 6.
Furtum autem vel IV, 1, 2.
Furtum est contractatio IV, 1, 1.

Gallinarum et anserum II, 1, 16.
Generaliter iniuria IV, 4, pr.
Graece fideiussor III, 20. (21.), 7.

(Habent autem II, 14, 5.).
Hactenus ostendisse III, 6, 7.
Hactenus tantisper II, 9, 6.
Haec actio IV, 4, 12.
(Haec autem actio IV, 9, pr.).
(Haec autem omnia IV, 16, 1.).
Haec constitutio III, 11. (12.), 6.
Haec de servitutibus II, 5, 6.
Haec exempli causa IV, 13, 6.
(Hae mortis causa II, 7, 1.).
Heredes autem II, 19, pr.
Heredes instituere II, 14, pr.
Hereditas plerumque II, 14, 5.
Heres et pure II, 14, 9.
Heres quoque III, 27. (28.), 5.
(Hi enim, qui I, 25, pr.).
(Hinc descendit I, 2, pr.).
Hi, qui in parentum IV, 1, 12. (13.).
Hi, quos numquam II, 14, 12.
His autem verbis IV, 3, 9.
His generaliter I, 1, 2.
Hi vero, qui I, 12, pr.
Hoc amplius hae III, 29. (30.), 4.
Hoc amplius interdum II, 1, 46.
Hoc autem casu II, 17, 5.
Hoc etiam addendum III, 2, 4.
Hoc loco admonendi IV, 12, pr.
Hoc loco et illud III, 5, 5. (4.).
Hoc loco necessarium III, 6, pr.
Hoc quoque II, 9, 2.
Hoc rescripto III, 11. (12.), 2.
(Hoc tamen capite IV, 3, 14.).
(Hodie autem IV, 13, 10.).
(Hodie tamen IV, 15, 4.).
Hos etiam III, 5, 2. (1.).
(Huic autem IV, 6, 33.).
Huic proxima II, 20, 30.
Huius studii I, 1, 4.

Idem et in milite I, 25, 14.
(Idem et in pluribus I, 24, 1.).
Idem iuris est de eo III, 27. (28), 4.
Idem iuris est, si quis IV, 13, 2.
Idem iuris est, si rem III, 19. (20.), 2.
(Idem placet et de eo II, 9, 4.).
(Idemque erit, si II, 14, 8.).
Idemque iuris est I, 6, 2.
(Ideo autem diximus I, 17, pr.).
Ideo autem hae servitutes II, 3, 3.
Ideo autem istis modis III, 22. (23.), 1.
(Ideo autem muros II, 1, 10.).
(Ideo autem plus IV, 6, 33.).
Ideo nos mediam I, 6, 7.
(Ideoque cognosce I, 8, 2.).
(Ideoque si anseres II, 1, 16.).
(Ideoque sic appellatur II, 19, 1.).
(Ideoque si debitor II, 8, 2.).
(Ideoque si mulier II, 13, 1.).
(Ideoque si noxali IV, 17, 1.).
(Ideoque statuimus II, 9, 2.).
Ideo si noxali IV, 17, 1.
(Id privilegium II, 11, 1.).
(Idque eo maxime IV, 16, pr.),
(Idque lege Iulia II, 13, 2.).
Igitur post Prooem. §. 4.
Igitur cum quis III, 27. (28.), 1.
Igitur in pupillari II, 16, 2.
Igitur liberi II, 9, 1.
Igitur quartam II, 18, 6.
Iidem rescripserunt I, 25, 19.
Iisdem istis modis II, 5, pr.
(Illis autem II, 11, pr.).
Illud autem I, 12, 9.
Illud certum est, ad III, 6, 10.
Illud certum est serviles I, 10, 10.
Illud expeditum est III, 25. (26.), 3.
Illud in summa IV, 7, 8.
Illud non ex verbis IV, 3, 10.
Illud palam est IV, 3, 14.

Illud proprie IV, 7, 7.
Illud proprium I, 11, 11.
Illud quaesitum II, 1, 13.
Illud quoque III, 26. (27.), 7.
(Imo ulterius IV, 1, 3.).
(Imperatores II, 17, 3.).
Imperatoriam maiest. Prooem. pr.
(Imperatoris auctoritate I, 11, 1.).
(Imperio magistratus I, 11, 1.).
Imperitia quoque IV, 3, 7.
Impetu quoque IV, 3, 8.
Impossibilis condicio II, 14, 10.
Impuberes autem I, 20, 6.
Impuberes non possunt I, 26, 4.
(In alienum locum II, 1, 9.).
In bonae fidei IV, 6, 30.
In duplum IV, 6, 23.
In eas quoque I, 10, 2.
In extraneis II, 19, 4.
In hac re olim III, 15. (16.), 1.
(In his autem animalibus II, 1, 15.).
(In his autem casibus IV, 5, 3.).
(In his enim IV, 6, 31.).
In omnibus autem III, 20. (21.), 1.
In pecudum fructu II, 1, 37.
In personam quoque IV, 6, 8.
In petenda autem III, 9. (10.), 6. (10).
In plurimis I, 11, 8.
In potestate itaque I, 8, 1.
In potestate nostra I, 9, pr.
In primis hoc III, 11. (12.), 3.
In primis igitur II, 23, 2.
In quibus breviter Prooem. §. 5.
(In quibus tribus IV, 6, 20).
In rusticorum II, 3, 2.
In servorum I, 3, 5.
In simplum agitur IV, 6, 22.
In stipulationibus III, 20. (21.), 8.
In summa, quod III, 8. (9.), pr.
In summa sciendum est, de IV, 4, 10.
In summa sciendum est, mand. III, 26. (27.), 13.
In summa sciendum est, quaesitum IV, 1, 18. (20.).
In testibus autem II, 10, 9.
(Incertis autem II, 20, 25.).
Incertis vero II, 20, 25.
Incorporales autem II, 2, 2.
Ingenuus est I, 4, pr.
Inimicitiae I, 25, 11.
Iniuria autem committitur IV, 4, 1.
Iniuria autem occidere IV, 3, 2.
Insula, quae II, 1, 22.
Interdum autem et I, 23, 5.
Interdum autem licet III, 1, 4.
Iuterdum etiam liberorum IV, 1, 9.
Interdum etiam sine II, 1, 44.
Interdum evenit IV, 14, pr.
Interdum furti IV, 1, 11.
(Interdum quoque IV, 1, 11.).
(Inter eas enim I, 10, 1.).
(Inter pignus IV, 6, 7.).
Inter venditorem II, 6, 13.
Intestatorum autem III, 1, 1.
Intestatus decedit III, 1, pr.
Introduxit et aliam IV, 7, 3.
Is, ad quem II, 1, 36.
(Is ergo miles II, 11, 1.).
Is, qui exequitur III, 26. (27.), 8.
Is quoque, qui III. 14. (15.), 1.
Ita autem III, 19. (20.) 15.
(Ita demum III, 1, 2.).
(Ita etenim res II, 9, 2.).
(Itaque ii, qui I, 10, 12.).
(Itaque si filius I, 13, 3.).
(Itaque si moriente I, 12, pr.).
(Itaque si pecuniae II, 4, 2.).
(Itaque si quidem II, 12, pr.).
Itaque si quis IV, 3, 4.
(Itaque stipendiaria II, 1, 40.).
(Itaque tunc I, 6, 3.).
(Ita tamen hi I, 19, pr.)
(Ita, ut hoc ius II, 10, 3.).
Item actio de eo IV, 3, 4.
(Item actoris IV, 16, 1.).
Item amitam I, 10, 5.
Item divus I, 25, 1.
Item ea, quae II, 1, 19.
(Item contra III, 19, 2.).
Item ea, quae II, 1, 17.
Item et in pluribus I, 24, 1.
Item exercitor IV, 5, 3.

Item extraneus II, 19, 7.
Item finitur tutela I, 22, 1.
(Item finitur ususfructus II, 4, 3.).
(Item furiosi II, 12, 1.).
Item in his III, 22. (23.), 3.
Item inviti I, 23, 2.
Item inutilis III, 19. (20.), 6.
Item is, ad quem II, 5, 3.
Item is, cui quis III, 27. (28.), 6.
Item is, cui res III, 14. (15.), 2.
Item is, ex cuius IV, 5, 1.
Item is, qui aedium II, 5, 2.
Item lapilli II, 1, 18.
Item lex Cornelia de falsis IV, 18, 7.
Item lex Cornelia de sicariis IV, 18, 5.
Item lex Iulia de adulteriis IV, 18, 4.
Item lex Iulia de vi publica IV, 18, 8.
Item lex Iulia peculatus IV, 18, 9.
(Item libertis II, 5, 2.).
(Item loco I, 23, 5.).
Item maior I, 25, 13.
(Item nec materteram I, 10, 5.).
Item nemo III, 19. (20.), 22.
(Item nepotes I, 25, pr.).
Item nobis II, 9, 3.
(Item non aliter I, 11, 3.).
Item per acceptilationem III, 29. (30.), 1.
(Item per alienos II, 9, 5.).
Item per liberos III, 28. (29.), 1.
Item post mortem III, 19. (20.), 16.
Item pretium III, 23. (24.), 2.
Item prodigus II, 12, 2.
Item propter adversam I, 25, 7.
Item propter litem I, 25, 4.
Item quaeritur III, 24. (25.), 4.
Item qui reipubl. I, 25, 2.
Item Romae I, 25, 15.
Item si adhuc integro III, 26. (27.), 10.
(Item si adhuc privigna I, 10, 6.).
(Item si adhuc socrus I, 10, 7.).
(Item si alicuius rei III, 25. (26.), 6.
Item si de dote IV, 6, 37.
Item si fullo IV, 1, 15. (17.).
Item si inter III, 27. (28.), 3.
Item si is II, 6, 5.
Item si iudicio IV, 13, 5.
Item si propter, I, 25, 9.
Item si putator IV, 3, 5.
Item si quis ex III, 25. (26.), 8.
Item si quis in IV, 6, 6.
Item si quis ita III, 19. (20.), 14.
Item si quis merces II, 1, 45.
Item si quis postulante IV, 6, 11.
Item si quis status I, 25, 12.
(Item si testamento I, 20, 5.).
Item mutus II, 12, 3.
Item Serviana IV, 6, 7.
Item tria I, 25, 5.
Item verborum III, 19. (20.), 12.
Item vetustas III, 1, 15.
Item vobis II, 9, 3.
Iudiciales sunt III, 18. (19.), 1.
Iure civili II, 6, pr.
(Iure enim II, 10, 2.).
Iuris praecepta I, 1, 3.
Iurisprudentia I, 1, 1.
(Ius autem accrescendi II, 13, pr.).
Ius autem civile I, 2, 1.
(Ius autem gentium I, 2, 2.).
Ius autem potestatis I, 9, 2.
Ius bonorum III, 9. (10.), pr.
Ius naturale I, 2, pr.
(Ius tamen II, 13, pr.).
Iustae autem I, 6, 5.
Iustas autem I, 10, pr.
Iustitia est I, 1, pr.

(Latinos autem Iunianos I, 5, 3.).
Legari autem II, 20, 24.
Legatariis autem II, 10, 11.
Legatum itaque II, 20, 1.
Lege Furia I, 7, pr.
Lex XII. tab. III, 3, pr.
Lex est, quod I, 2, 4.
(Lex Iulia peculatus IV, 18, 9.).
Liberi quoque III, 5, 3. (2.).
Liberis autem II, 16, 5.
Liberis itaque III, 9. (9.).
Liberis suis II, 16, pr.
(Libertas quoque incertae II, 20, 25.).
Libertas quoque servo II, 24, 2.
Libertini I, 5, pr.

Libertinorum I, 5, 3.
(Libertus autem I, 19, pr.).
Libertus quoque I, 26, 11.
Liberum IV, 3, 11.
Licet autem domino I, 6, 1.
Licet autem et in I, 11, 5.
(Licet autem totum II, 10, 10.).
Licet autem vulgo III, 3, 7.
(Licet enim totum II, 10, 10.).
Literae quoque II, 1, 33.
Litorum quoque II, 1, 5.
Loca etiam III, 15, (16.), 5.
Loca sacra III, 23, (24.), 5.
Locatio et conductio III, 24, (25.), pr.
(Locus autem II, 1, 8.).
Longe magis II, 20, 31.

Mandatis tantum III, 26. (27.), 1.
Mandatum contrahitur III, 26. (27.). pr.
Mandatum et in diem III, 26. (27.), 12.
Mandatum non suscipere III, 26. (27.), 11.
Manet autem societas III, 25. (26.), 4.
(Manumissio autem I, 5, pr.).
Mariti tamen I, 10, 8.
Masculi puberes et feminae I, 23, pr.
(Masculi quidem puberes, feminae I, 10, pr.).
Masculo igitur II, 16, 8.
(Masculos vero II, 13, 1.).
Mater vel avus II, 13, 7.
Maxima est capitis I, 16, 1.
(Militia enim, vel I, 12, 4.).
Minima cap. deminutio I, 16, 3.
Minor capit. deminutio I, 16, 2.
Minorem natu I, 11, 4.
Minor sive media I, 2, 16.
Minus autem II, 5, 1.
Minus ergo III, 1, 11.
(Modo videamus II, 1, pr.).
Mortis causa II, 7, 1.
Mortuo autem III, 10, (1.).
Mortuo conductore III, 24. (25.), 6.
(Multis aliis III, 7, 3,).
Multis autem I, 5, 1.
(Multis modis I, 5, 3.).
(Multum autem III, 21, pr.).
Mutum neque III, 19. (20.), 7.

(Nam Antoninus I, 8, 2.).
(Nam agnatio I, 15, 3.).
Nam apud omnes I, 8, 1.
(Nam a quarundam I, 10, 1.).
(Nam cedendo II, 4, 3.).
(Nam conceptum IV, 1, 3.).
(Nam constat I, 10, 9.).
(Nam cum prudentibus II, 7, 1.
(Nam et apes II, 1, 15.).
(Nam et ita III, 25, 2.).
(Nam et legatorum II, 9, 6.).
(Nam et mutus II, 12, 3.).
(Nam ex his I, 13, pr.).
(Nam furtivarum II, 6, 2.).
(Nam hae res II, 4, 2.).
(Nam ius istud I, 2, pr.)
(Nam legatorum II, 9, 6.).
(Nam moribus II, 16, pr.)
(Nam mortuo I, 12, pr.).
(Nam nec anni I, 25. 2.).
(Nam nec hi I, 10, 12.).
(Nam quamvis II, 11, pr.).
(Namque agit IV, 6, 1.).
(Namque placuit I, 21, pr.).
Namque si cui IV, 6, 4.
(Nam qui sciens II, 6, 3.).
(Nam quod quisque I, 2. 1.).
(Nam si heres II, 6, 4.).
(Nam si maxima I, 16, 6.).
(Nam si pater I, 19, pr.).
(Nam si quis I, 18, pr.).
(Nam usu exigente I, 2, 2.).
(Nam ut emptio III. 24, pr.).
(Nec ad rem pertinet, quod II, 2, 2).
(Nec ad rem pertinet, si II, 12, 1.).
(Nec alius II, 24. 2.).
(Nec enim, quod IV, 6, 14.).
(Nec enim unquam III, 25, 1.).
(Necessarii vero II, 19, 2.).
Necessarius heres II, 19, 1.
(Nec interest, feras II, 1, 12.).
Nec interest, testamento III, 8, (9.), 3.
(Nec interest, primus II, 14, 6.).

(Nec longe II, 1, 48.).
(Nec non eos III, 1, 2.).
(Nec non is I, 10, 13.).
Nec tantum libertum III, 8, (9.), 1.
Ne iniuria defunctus afficiatur I, 6, 1.
(Nemo igitur II, 1, 1.).
(Nepotibus I, 13, 3.).
(Nec ulli II, 5, 1.).
(Nec ullorum II, 11, 1.).
Neque autem I, 24, 4.
(Neque enim II, 14, 5.).
Neque tamen hereditatem I, 21, 1.
Ne tamen I, 24, pr.
Nihil autem interest, utrum aliquis II, 23, 8.
Nihil autem interest, utrum ipse II, 1, 42.
Nihil aut. interest, testam. II, 10, 12.
Nominatim autem II, 13, 1.
Non autem omnes IV, 12, 1.
(Non autem utique II, 14, 5.).
Non esse autem I, 25, 10.
Non solum autem heredibus II, 16, 4.
Non solum autem is IV, 4. 11.
Non solum autem testatoris II, 20, 4.
Non solum res III, 15. (16.), 7.
Non solum tamen I, 11, pr.
Non tamen cuicumque I, 6, pr.
Non tamen omnibus II, 12, pr.
Non tamen per II, 17, 6. (5.).
Non tamen, ut II, 13, pr.
Non tantum autem liberis II, 18, 1.
Non tantum autem testam. II, 25, 1.
Nos autem per I, 20, 5.
(Nostra autem constitutio II, 20, 2.).
(Nostra autem divina II, 6, 14.).
(Nostra autem maiest. I, 22, pr.).
(Nostra autem providentia I, 12. 6.).
(Nostra id constitutio II, 11, 6.).
(Nostra vero II, 13, 5.).
Novissime sciendum est, eos I, 26, 12.
Novissime sciend. est, etiam III, 4, 3.
Novissime sciend. est, rem II, 6, 10.
(Novus autem alveus II, 1, 23.).
Noxa autem est IV, 8, 1.
Nullius autem sunt II, 1, 7.
Nunc admonendi sumus, agere IV, 10, pr.
Nunc admonendi sumus, magnam IV, 16, pr.
Nunc admon. sumus, neque II, 8, 2.
Nunc autem nos eandem III, 10. (11), 2.
Nunc de libertor. bonis III, 7. (8.), pr.
Nunc transeamus ad fideicomm. II, 23, pr.
Nunc transeamus ad oblig. III, 13. (14.), pr.
Nuptiae autem I, 9, 1.

Ob hominem vero IV, 5, 1.
Oblatum furtum IV, 1, 4.
Olim scriptura III, 21. (22.), pr.
Omne autem I, 2, 12. (3. pr.).
Omnes autem IV, 6, 21.
(Omnes vero populi Prooem. 1.).
Omnis autem IV, 8, 5.
Omnis res III, 19. (20.), pr.
Omnis stipulatio III, 15. (16.), 2.
Omnium actionum IV, 6, 1.
Omnium autem actionum IV, 16, 3.
Omnium aut. obligat. III, 13. (14.), 1.
Optionis legatum II, 20, 23.
Ostendimus, qui possunt I, 26, 2.

Pari ratione et, si I, 12, 1.
Partibus autem II, 14, 6.
Pater, nec non is II, 10, 8.
Patitur autem IV, 4, 2.
Pavonum et columbarum II, 1, 15.
(Peculium autem nisi II, 20, 20.).
Per adoptionem III, 2, 2.
Per contrarium autem III, 4, pr.
Per contrarium evenit III, 1, 5.
Per eum quoque III, 28. (29.), 2.
(Perficiuntur autem II, 7, 2.).
Permissum est itaque I, 13, 3.
Perpetuae et peremptoriae IV, 13, 9. (8.).
Per traditionem II, 1, 40.
Placebat autem III, 2, 7.
Placuit tamen, eos IV, 1, 7.

Plane ad stercorandum II, 5, 4.
Plane de militum II, 11, 1.
Plane ex his I, 2, 6.
Plane odio, IV, 6, 14.
Plane qui alienum II, 1, 12.
Plane si depositi IV, 6, 17.
Plane si longiore II, 1, 21.
Plane solutio III, 19. (20.), 4.
(Plebiscitum est I, 2, 4.).
Plebs autem a populo I, 2, 4.
Plerumque I, 25, pr.
Plus autem IV, 6, 33.
Poena autem IV, 4, 7.
Poenae quoque II, 20, 36.
Poenae servus I, 22, 3.
Poenales quoque IV, 6, 12.
Poena manifesti IV, 1, 5.
Possidere autem IV, 15, 5.
Possunt autem II, 10, 5.
Postea autem III, 3, 2.
(Postea divus II, 23, 1.).
Postea lege III, 7. (8.), 2.
(Postea vero II, 10, 2.).
Posteriore quoque II, 17, 2.
Post genera III, 27. (28.), pr.
Post haec videamus II, 20, pr.
(Post missionem vero II, 11, 3.).
Post mortem quoque II, 20, 35.
Post mortem suam III, 19. (20.), 13.
(Post quod II, 23, 5.)
Post suos heredes III, 5, pr.
(Postumi quoque II, 13, 1.).
Postumo quoque, II. 20, 26.
Postumorum autem II, 13, 2.
Postumus autem II, 20, 28.
Potest autem non solum, II, 24, 1.
Potest autem quis etiam II, 24, pr.
Potest aut. quis in testam. II, 15, pr.
(Potest etiam II, 3, 4.).
Praediorum urbanorum II, 3, 1.
Praeferuntur autem III, 3, 3.
Praeiudiciales actiones IV, 6, 13.
Praeterea debitor IV, 13, 3.
Praeterea emancipatione I, 12, 6.
Praeterea etiam IV, 13, 11. (10.).
Praeterea et is III, 14. (15.), 3.
Praeterea intestatus II, 23, 10.
Praeterea introducta IV, 7, 4.
Praeterea inutilis III, 19. (20.), 5.
Praeterea novatione III, 29. (30.), 3.
(Praeterea poena IV, 1, 4.).
Praeterea quasdam IV, 6, 31.
Praeterea qui ad certum I, 22, 5.
Praeterea quod per II, 1, 20.
Praeterea sicut III, 24. (25.), 2.
Praeterea si medicus IV, 3, 6.
Praeterea si quis IV, 6, 33.
Praeterea testamentum II, 12, 1.
(Praeter hos igitur, qui II, 12, pr.).
Praetoriae, quae III, 18. (19.), 2.
Praetorum quoque I, 2, 7.
(Praevaluisse tamen I, 6, 3.).
Pretium autem III, 23. (24.), 1.
Primo gradu III, 6, 1.
(Prius est, ut III, 13, 2.).
Procurator neque IV, 10, 1.
(Pro derelicto autem II, 1, 47.).
Prodesse autem liberto III, 7, 1.
Pro eo, qui promittit III, 20. (21.), pr.
(Pro herede autem IV, 15, 3.).
(Prohibitoria sunt IV, 15, 1.).
(Pro hoc tamen II, 19, 1.).
(Proponebant et aediles I, 2, 7.).
(Pro possessore IV, 15, 3.).
(Proprios autem II, 14, pr.).
(Proprius autem servus II, 14, pr.).
Proximus autem III, 2, 6.
(Pubertatem autem I, 22, pr.).
Publica autem dicta IV, 18, 1.
Publica autem iudicia IV, 18, 3.
Publica iudicia neque IV, 18, pr.
Publicatione quoque III, 25. (26.), 7.
Publicorum iudiciorum IV, 18, 2.
Pupilli pupillaeque I, 22, pr.
Pupillus omne III, 19, (20.), 9.

(Qua constitutione I, 25, 13.).
Qua de causa postea III, 7. (8.), 1.
(Qua de causa, si quis eas II, 1, 48.).
Quadrupli veluti IV, 6, 25.
(Quae autem III, 9, 4.).
(Quaecumque diximus II, 16, 4.).

Quaedam actiones IV, 6, 20.
(Quaedam enim II, 1, pr.).
Quaedam praeterea II, 2, pr.
Quae de fullone IV, 1, 16. (18).
Quae diximus de servo IV, 7, 6.
(Quae et ipsa legitima tutela I, 17, pr.).
(Quae et ipsa legit. vocatur I, 18, pr.)
Quae omnia apertius IV, 11, 6.
(Quae quidem I, 24, 2.).
Quaeri solet, quis II, 1, 25.
Qua in re III, 6, pr.
Qualis est IV, 6, 20.
Quam formam IV, 11, 7.
(Quam, quasi libertates I, 7, pr.).
Quantitas autem II, 22, 2.
Qua parte III, 5, 1.
Qua ratione autem II, 1, 32.
Qua ratione excitati II, 16, 1.
Qua ratione, si cui II, 1, 43.
Qua ratione verius II, 1, 47.
(Quare inprimis III, 9, pr.).
Quarto gradu III, 6, 4.
Quarum omnium IV, 14, 3.
Quarum quaedam IV, 13, 7.
Quas ex omnibus Prooem. §. 6.
(Qui autem excusare se I, 25, 16.).
(Qui autem ex fideicom. II, 24, 2.).
(Qui autem ex filia I, 9, 3.).
(Qui autem prohibitas I, 10, 2.).
Qui autem se vult I, 25, 16.
(Qui pro usu aut III, 24, 5.).
(Quia duas uxores I, 10, 6.).
(Quia eadem I, 10, 6.).
(Quia hi, qui I, 12, 5).
(Quia non sunt II, 1, 1.).
Quia plerumque parentes II, 18, pr.
(Quia plerumque ubi I, 17, pr.).
Quia tamen ita IV, 2, 1.
Quia tamen superius IV, 7, pr.
(Quia utraeque filiae I, 10, 6.).
Quibus autem dignitas I, 11, 5.
Quibus autem testamento, I, 15, pr.
(Quibus connumerari III, 1, 2.).
Quibus constitutionibus I, 24, 3.
(Quid enim, si septem II, 10, 5.).
(Quid ergo, si intra II, 11, 3.).
(Quid, si patronus I, 26, 2.).
Qui hoc anno III, 19. (20.), 26.
Qui igitur ex te I, 9, 3.
Quinimo et mutus II, 11, 2.
Quinto supra atavus III, 6, 5.
(Quippe cum ea res II, 6, 4.).
Qui res alienas IV, 2, pr.
(Qui Sabinus I, 8, 2.).
Qui tutelam I, 25, 18.
Quod autem ad II, 6, 7.
Quod autem de II, 18, (7.).
Quod aut. dictum est, furtivas II, 6, 3.
Quod aut. dictum est, manere I, 16, 6.
Quod autem istis iudiciis IV, 17, 7.
Quod autem lex I, 15, 2.
(Quod ad feminas III, 2, 3.).
(Quod autem ex alia II, 9, 1.).
Quod autem non praecise IV, 3, 1.
(Quodcumque ergo I, 2, 6.).
(Quod enim ante II, 1, 12.).
(Quod enim placuit II, 9, 4.).
(Quod et aliis I, 10, 13.).
(Quod et ipsum I, 10, 7.).
(Quod genus IV, 6, 2.).
(Quod ita scilicet I, 10, 6.).
(Quod nobis II, 9, 1.).
(Quod non erat I, 6, 7).
(Quod non per II, 14, pr.).
(Quod nostra const. latius II, 11, 6.).
(Quod nostra const. non I, 6, 2.).
(Quod nostra const. simil. II, 6, 12.).
(Quod quidem ius ab II, 12, pr.).
(Quod servus communis III, 17, 3.).
(Quodsi aliqua ex II, 1, 29.).
(Quodsi aliqua parte II, 1, 22.).
(Quodsi alteri II, 1, 22.).
(Quodsi casu II, 1, 28.).
(Quodsi fortuitu II, 1, 27.).
Quodsi frumentum II, 1, 28.
(Quodsi ille II, 6, 12.).
(Quodsi male II, 8, 2.).
(Quodsi meae I, 8, 2.).
Quodsi naturali II, 1, 23.
(Quodsi nemo I, 24, 1.).
(Quodsi partim II, 1, 25.).
(Quodsi post aliquod II, 1, 23.).

(Quodsi post emancipat. I, 12, 9.).
(Quodsi quis III, 19, 4.).
Quodsi tutor I, 23, 6.
Quodsi vis II, 1, 21.
Quodsi ususfructus IV, 4, 5.
Quod turpi III, 19. (20.), 24.
(Quod vero naturalis I, 2, 1.).
(Quod vero per aes II, 10, 1.).
(Quoniam filius I, 19, pr.).
Quoquo enim II, 11, pr.
Quorum utramque Prooem. §. 1.
(Quorum vis IV, 15, 4.).
Quos autem III, 9, 2.
Quotiens plures III, 19. (20.), 18.

Reciperandae possessionis IV, 15, 6.
Re contrahitur III, 14. (15.), pr.
Recte quoque III, 26. (27.), 9.
Rei persequendae IV, 6, 17.
Relegati autem I, 12, 2.
Religiosum locum II, 1, 9.
Repetitis itaque III, 6, 11.
Res fisci nostri II, 6, 9.
Responsa prudentum I, 2, 8.
Restituta autem II, 23, 3.
(Restitutoria sunt IV, 15, 1.).
Retinendae possessionis IV, 15, 4.
(Re: veluti IV, 6, 33.).
Riparum quoque II, 1, 4.
Rumpitur autem II, 17, 1.
(Rursus earum I, 8, pr.).
Rursus ex diverso IV, 6, 5.
Rursus interdum IV, 14, 1.
Rusticorum praediorum II, 3, pr.

Sacra sunt II, 1, 8.
Saepe enim etiam II, 12, 3.
(Sancitum etenim II, 9, 1.).
Sanctae quoque II, 1, 10.
(Sane enim I, 10, 2.).
Sane in hac IV, 2, 2.
Sane uno casu IV, 6, 2.
Satisdationum IV, 11, pr.
(Satis enim constat II, 14, 6.
Sciendum est autem, huiusmodi III, 4, 2.
Sciendum est autem, non I, 24, 2.
Sciendum est, suspecti I, 26, pr.
(Sciendum est tamen II, 7, 2.).
Sciendum itaque est II, 23, 1.
Sciendum tamen est, divum II, 19, 6.
Sciendum tamen est, quod II, 11, 6.
(Scriptum autem I, 2, 3.).
Secundo supra III, 6, 2.
(Sed adoptivi I, 25, pr.).
Sed agnationis I, 15, 3.
Sed aliquando II, 6, 1.
Sed bene III, 9 (10.), 7. (6.).
Sed cum aliquis II, 10, 7.
Sed cum antea III, 3, 5.
Sed cum ex hoc III, 4, 1.
Sed cum factum III, 17. (18.), 2.
(Sed cum libertas I, 6, 7.).
Sed cum magis III, 6, 9.
Sed cum multas III, 11. (12.), 7.
Sed cum paulatim II, 10, 3.
Sed cum pessimum II, 7, 4.
(Sed dedititiorum I, 5, 3.).
Sed de publicis IV, 18, 12.
Sed ea omnia III, 1, 14.
Sed eas quidem III, 9. (10.), 8. (2.).
(Sed emancipatio I, 12, 6.).
(Sed et alieno II, 10, 5.).
Sed et capitis I, 22, 4.
(Sed et filiae III, 3, 3.).
Sed et illud I, 11, 9.
(Sed et in strictis IV, 6, 30.).
Sed et lex IV, 4, 8.
(Sed et maior I, 8, 2.).
Sed et mente I, 23, 4.
(Sed et plebiscita I, 2, 4.).
Sed et propter I, 25, 6.
(Sed et quasdam II, 7, 2.).
Sed et, quod I, 2, 6.
Sed et servus I, 14, 1.
Sed et, si credat IV, 1, 8.
(Sed et, si decedens I, 11, 3.).
(Sed et, si diversae II, 1, 27.).
Sed et, si e contrario II, 18, 5.
Sed et, si ex testamento I, 24, 1.
Sed et, si pater I, 12, 8.
Sed et, si quis ante II, 11, 4.
Sed et, si quis cum IV, 6, 38.

(Sed et, si quisquis I, 4, pr.),
Sed et, si quis stipul. III, 19 (20.), 20.
Sed et, si rem II, 20, 5.
Sed et, si testamento I, 20, 1.
(Sed et, si tu I, 10, 2.).
Sed et, si usque I, 22, 2.
(Sed et tale II, 20, 21.).
Sed et unum II, 10, 13.
(Sed et veteres IV, 7, 7.).
Sed ex constitutione I, 12, 4.
(Sed ex constitut. divor. II, 20, 2.).
(Sed ex constitut. sacris IV, 15, 6.).
Sed ex diverso pro eo III, 10 (11.), 3.
(Sed ex diverso pupilli II, 8, 2.).
Sed ex his legibus I, 20, 3.
(Sed feminini quidem II, 13, 1.).
Sed furti quidem IV, 6, 26.
Sed hactenus II, 11, 3.
(Sed hae actiones, id. IV, 1, 4.).
Sed haec de his III, 7. (8.), 4.
Sed haec hodie IV, 11, 2.
Sed haec ita II, 18, 3.
(Sed haec quidem antea IV, 6, 33).
Sed haec quidem de II, 10, 14.
Sed haec quidem vetustas II, 13, 5.
Sed hae iuris III, 3, 1.
Sed his omnibus II, 10, 4.
(Sed hoc distinctionem I, 12, pr.).
Sed hoc etiâm II, 8, 2.
Sed hoc forsitan II, 8, 1.
Sed hoc iure I, 20, 4.
Sed hoc non est I, 24, pr.
Sed hoc tempore I, 8, 2.
Sed hodie ex I, 11, 2.
(Sed hodie haec IV, 11, 2.).
(Sed huiusmodi II, 20, 36.).
(Sed id, quod ante II, 12, 2.).
(Sed illa quidem II, 10, 1.).
(Sed interdicto IV, 15, 4.).
(Sed is apud IV, 1, 17. (19)).
(Sed istae actiones IV, 6, 31.).
Sed istae quidem IV, 6, 3.
Sed ius quidem I, 2, 2.
Sed naturalia I, 2, 11.
Sed nec huiusmodi II, 20, 27.
(Sed nec magis II, 1, 28.).
(Sed nec neptem I, 10, 3.).
(Sed nec nominatim II, 13, pr.).
(Sed ne creditores ius II, 8, 1.).
(Sed ne in primis II, 20, 3.).
Sed neque heres II, 10, 10.
(Sed non ita de II, 13, pr.).
Sed non usque II, 20, 3.
Sed nos constitutione III, 3, 4.
Sed nos, cum adhuc III, 1, 16.
Sed nostra benivolentia II, 19,.. (6.).
Sed nostra constitutio III, 7. (8.), 3.
Sed olim quidem II, 20, 2.
(Sed Papinianus II, 6, 9.).
(Sed posteriorem II, 1, 13.).
Sed praedicta quidem II, 10, 2.
(Sed Primus II, 7, 3.).
(Sed proprietas II, 1, 4.).
(Sed pupilli I, 22, 4.).
Sed quemadmodum III, 3, 6.
Sed quia heredes II, 23, 5.
(Sed quia incivile II, 20, 34.).
Sed quia stipulationes II, 23, 7.
(Sed qui filium II, 13, pr.).
Sed quod diximus III, 19. (20), 10.
Sed quod dum II, 12, 5.
(Sed quoniam I, 5, 3).
(Sed si a Titio II 1, 33.).
Sed si cui habitatio II, 5, 5.
Sed si emancipatio I, 13, 5.
(Sed si ex indulgentia I, 12, 1.).
(Sed si filius eius II, 13, 2.).
(Sed si filiusfamilias II, 10, 9.).
Sed si gregis usumfructum II, 1, 38.
(Sed si heres II, 9, 3.).
(Sed si in bello I, 25, pr.).
Sed si in expeditione II, 13, 6.
Sed si instituto II, 15, 3.
(Sed si is, qui II, 1. 41.).
Sed si libero, qui IV, 4, 6.
(Sed si non fuerant II, 13, pr.).
(Sed si nummi, quos II, 8, 2.).
Sed si pecoris II, 5, 4.
(Sed si qua per I, 10, 2.).
Sed si quis nepotis I, 11, 7.
(Sed si quis post II, 12, 3.).
Sed si quis praesens I, 26, 10.

Sed si quis priore II, 17, 3.
Sed si rem legatarii II, 20, 10,
Sed si suspecti I, 26, 8.
Sed si uxori II, 20, 15.
(Sed sui quidem II, 19, 2·).
Sed tamen id II, 6, 4.
(Sed tamen nomen II, 7, 3.).
(Sed testari quidem II, 11, pr.).
(Sed ut nepos II, 19, 2.).
Sed veteres IV, 8, 7.
(Sed utilitatis causa II, 4, 2.).
Sed ut nihil II, 10, 1.
Semel autem I, 6, 6.
Senatusconsultum est I, 2, 5.
Septima eas secuta III, 9. (10.), 7. (5.).
Sequens divisio in quatuor III, 13. (14.), 2.
Sequens divis. interdictor. IV, 15, 2.
Sequens illa divisio IV, 6, 16.
Sequitur de iure I, 8, pr.
(Sequitur ergo, ut I, 10, 12.).
Sequitur, ut de IV, 13, pr.
Sequitur, ut dispiciamus IV, 15, pr.
(Serviana autem IV, 6, 7.).
Servi autem, aut I, 3, 4.
Servi autem ex eo I, 3, 3.
Servis autem ipsis IV, 4, 3.
Servitus autem I, 3, 2.
Servi vero I, 5, 2.
(Servum adulterio II, 14, pr.).
Servus alienus II, 14, 2.
Servus autem a domino II, 14, 1.
(Servus autem alienus I, 14, 1.).
Servus autem manumissus I, 16, 4.
Servus communis III, 17. (18.), 3.
Servus ex persona III, 17. (18.), pr.
Servus plurium II, 14, 3.
Sexto gradu III, 6, 6.
Si ab hostibus I, 12, 5.
Si ad exhibendum IV, 17, 3.
Si adversus ea I, 10, 12.
(Si communem servum II, 7, 4.).
Si communi servo IV, 4, 4.
Si cui fundus II, 20, 9.
Si cui nullus I, 20, pr.
(Sicut Aelius IV, 3, 1.).
(Sicut divus IV, 3, 1.).
(Sicut ille remittitur I, 26, 10.).
Si de alia re III, 19. (20.), 23.
Si duorum II, 1, 27.
Si eadem res II, 20, 8.
(Si enim tres I, 25, pr.).
Si ergo miles II, 11, 1.
Si ex pluribus III, 4, 4.
Si familiae ercisc. IV, 17, 4.
Si filiusfamilias IV, 5, 2.
Si finium regundorum IV, 17, 6.
Si fundum dari III, 19. (20.), 27.
Si generaliter II, 20, 22.
(Signacula autem II, 10, 3).
Si grex legatus II, 20, 18.
Si igitur iussu IV, 7, 1.
Si impossibilis III, 19. (20.), 11.
Si inter tutorem I, 21, 3.
Si is, qui in integrum III, 11. (12.), 5.
Si iudex litem IV, 5, pr.
Si minus in intentione IV, 6, 34.
(Si modo ei nemo I, 6, 1.).
Si nemo suus III, 2, pr.
Si peculium legatum II, 20, 20.
Si plures condiciones II, 14, 11.
Si plures instituantur II, 24, 6.
Si plures sint fideiuss. III, 20. (21.), 4.
Si plures sint gradus III, 2, 5.
(Si quid autem III, 20, 6.).
Si quis agens IV, 6, 33.
Si quis alii III, 19. (20.), 4.
Si quis aliud IV, 6, 35.
Si quis alium III, 19. (20.), 3.
Si quis ancillas II, 20, 17.
Si quis a non domino II, 1, 35.
Si quis autem falsis I, 25, 20.
Si quis autem fideiuss. III, 20. (21.), 6.
Si quis autem suspectus I, 26, 7.
Si quis debitori II, 20, 13.
Si quis filiabus I, 14, 5.
Si quis in aliena II, 1, 34.
Si quis in nomine II, 20, 29.
(Si quis itaque delatam III, 9, 5.).
(Si quis ita stipuletur III, 15, 4.).
Si quis rem suam II, 20, 11.
Si quis tutor I, 26, 9.
Si quis velit vicino II, 3, 4.

Si quis una aliqua II, 23, 9.
Si rem suam II, 20, 12.
Si res aliena II, 20, 6.
Si res legata II, 20, 16.
Si scriptum fuerit III, 19. (20.), 17.
Si servum alienum II, 15, 4.
Si servus domino IV, 8, 6.
Si tamen alienam II, 1, 26.
Si Titius alienam II, 1, 31.
Si tutor nomine II, 18, 4.
(Sive ex duobus I, 4, pr.).
(Si vero ibi I, 12, 5.).
(Si vero intestati II, 12 pr.).
Si vero ope IV, 1, .. (14.).
(Si vero pater I, 11, 2.).
(Si vero quis II, 20, 12.).
Si vero reus IV, 11, 5.
(Si vero totus II, 14, 6.).
(Si vero ultra I, 25, 16.).
Si uxor I, 10, 9.
Sic itaque discretis IV, 6, 14.
Simili modo I, 22, 3.
Similiter eum I, 25, 8.
(Sin autem aliter II, 8, 2.).
(Sin autem ipsi I, 24, 1.).
Sin autem per procurator. IV, 11, 3.
(Sin autem per vim IV, 18, 8.).
Sin autem quis ita II, 16, 3.
(Sin autem resipuerint II, 16, 1.).
Sin vero aliquis IV, 11, 4.
Sin vero in personam IV, 11, 1.
Singulorum autem II, 1, 11.
Sive autem III, 17. (18.), 1.
Societatem coire III, 25. (26.), pr.
Socius socio III, 25. (26.), 9.
Socrum quoque I, 10, 7.
Solvitur adhuc III, 25. (26.), 5.
(Statim autem ab IV, 16, 1.).
Stipulationum aliae III, 18. (19.), pr.
Sua et aliena III, 26. (27.), 4.
(Sub certa vero II, 20, 25.).
Sub condicione III, 15, (16.), 4.
(Subscriptiones autem II, 10, 3.).
(Subsidiaria autem I, 24, 2.).
Substituitur autem II, 16, 7.
Sui autem etiam III, 1, 3.
Sui autem et necessarii II, 19, 2.
Sui autem heredes III, 1, 2.
Summa autem divisio IV, 15, 1.
Summa autem ratione IV, 8, 2.
Summa itaque divisio I, 3, pr.
Summa itaque ope Prooem. §. 7.
Sunt autem agnati per I, 15, 1.
Sunt autem agnati, ut III, 2, 1.
Sunt aut. bonor. III, 9. (10.) 3, (1.).
Sunt autem constitutae IV, 8, 4.
Sunt et aliae I, 10, 11.
Sunt praeterea publica IV, 18, 11.
Sunt praeterea quaedam IV, 6, 36.
(Sunt tamen, qui IV, 15, 1.).
Superest, ut admoneamus IV, 12, 2.
Superest, ut de actionibus IV, 6, pr.
Superest, ut de lege II, 22, pr.
Superest, ut de officio IV, 17, pr.
Superiore libro II, 1, pr.
Supra dicta II, 11, pr.
Suspectum enim I, 26, 13.
Suspectus autem remotus I, 26, 6.
Suspectus est autem I, 26, 5.

Tam autem corporales II, 20, 21.
Tam autem naturales II, 18, 2.
Temporales atque IV, 13, 10. (9.).
Tertia divisio IV, 15, 7.
Tertio supra III, 6, 3.
(Testamenti autem II, 19, 4.).
Testamentum ex eo II, 10, pr.
Testamentum iure II, 17, pr.
(Testamentum secundo II, 17, 3.).
Testes autem adhiberi II, 10, 6.
Thesauros, quos quis II, 1, 39.
(Titius filius II, 13, 1.).
Tollitur autem III, 29. (30.), pr.
Transeamus I, 13, pr.
Transferri quoque II, 21, 1.
Tripli vero IV, 6, 24.
Tua et aliena III, 26. (27.), 5.
Tua et mandantis III, 26. (27.), 2.
(Tua gratia et III, 26, 2.).
Tua gratia intervenit III, 26. (27), 6.
Tunc constitutioni III, 11. (12.), 4.
(Tutor autem nec II, 20, 27.).

Tutor autem statim I, 21, 2.
Tutores autem, I, 13, 2.
Tutores et curat. quemadmodum IV, 10, 2.
(Tutores et curat. eodem IV, 11, pr.).
Tutores quoque, qui tutelae III, 27. (28.), 2.
(Tutores vero et IV, 11, pr.).

(Valde enim prospic. I, 6, 1.).
Vel singulis autem II, 16, 6.
(Veluti adversus IV, 6, 12.).
Venditae vero II, 1, 41.
Verba autem II, 24, 3.
Verbi gratia si IV, 13, 1.
Verbis obligatio III, 15. (16.), pr.
Versa vice III, 19. (20.), 21.
Vi autem bonorum IV, 6, 19.
(Videamus itaque de his I, 8, pr.).
(Videamus itaque nunc II, 9, 6.).
Videamus nunc I, 12, pr.
Videamus si pars II, 14, 7.
Unde constat IV, 1, 14, (16.).
(Unde illud quaesitum IV, 1, 8.).
Unde in his causis, I, 21, pr.
(Unde in rebus II, 6, 3.).
Unde inter absentes III, 22. (23), 2.
(Unde nostra II, 12, 3.
(Unde quaesitum est I, 10, pr.).
(Unde qui facultates, II, 19, 1.).
(Unde si alienus IV, 8, 6.).
(Unde solent I, 10, 12.).
Universitatis sunt, II, 1, 6.
(Vocantur autem II, 1, 40.).
Ususfructus a proprietate II, 4, 1.
Ususfructus est ius II, 4, pr.
(Ut ecce plerumque IV, 6, 3.).
(Ut ecce privignam I, 10, 6.).
(Ut ecce, si in IV, 6, 36.).
(Ut ecce, si quid I, 21. (27.), pr.
(Ut ecce, si quis ex II, 1, 25.).
(Ut ecce vas II, 1, 25.).
(Ut hoc ius II, 10, 3.).
(Ut liceat vobis, Prooem. §. 3.).
(Ut novissime II, 15, pr.).
(Utriusque etiam IV, 16, 1.).
(Ut sint totius Prooem. §. 4.).
(Ut utrumque Prooem. §. pr.).
Vulgo quaesitos III, 5, 4. (3).

FL. 8-8-69

35.-

K
C8226I6
1860

Corpus juris civilis.
Institutiones
Theophili paraphrasis
Justiniani Institutionum
Ed. nova

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

KJA
1082
.2
1860
c.1
ROBA

RENC JOZSEF-
NYEGYETEM
mtudományi kar
ami Könyvtára
28.970
Rj.

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 15 12 23 13 007 7